⁊ ſub illo ſplēdore pallio candidiſſimo ami
ctus ⁊ ab angelis ſeptē clariſſimis circūda
tus. Iuuenis etiaꝫ apparuit iuxta eū dans
ei pacē dicens. Tu ſemper mecū eris. Cuꝫ
autem beatus ſebaſtianus hec ⁊ his ſimilia
predicaret zoe vxor nicoſtrati in cuiꝰ domo
ſcti cuſtodiebātur. que loquelā amiſerat. pe
dibus eius prouoluta nutibus veniā poſtu
labat. tunc ſebaſtianus ait. Si ego chriſti
ſeruus ſum. ⁊ ſi vera ſunt omnia que ex ore
meo hec mulier audiuit ⁊ credidit aperiat
os eius qui aperuit os zacharie ꝓphete ſui
Ad hanc vocē mulier exclamauit. Benedi
ctus ſermo oris tui. ⁊ benedicti qui oībus q̄
locutus es credunt. vidi enim angelū librū
tenentem ante te vbi oīa que tu dixiſti ſcri
pta erant. Uir autē eius hoc audiens proci
dit ad pedes ſancti ſebaſtiani ſibi poſtulās
indulgeri. Statimq̧ abſoluēs martires ro
gabat vt liberi abirēt Qui dixerūt nullatenꝰ
ſe deſerturos victoriā quā cepiſſent. Tātaꝫ
igitur gratiam ⁊ virtutē verbis ſancti ſeba
ſtiani. dñs contulerat q̄ non ſolū marcellia
num ⁊ marcū in martirij conſtantia robora
uit. ſed etiā patrē eorum noīe tranquillinū
⁊ matrem cū multis alijs ad fidē conuertit
quos oēs policarpus preſbiter baptizauit.
D Tranquillinus auteꝫ morbo grauiſſi
mo laborans mox vt baptizatus eſt ſanita
tem recepit. Prefectus autem vrbis rome
q̇ ⁊ ipſe morbo grauiſſimo laborabat roga
uit tranquillinum vt ad ſe adduceret eū qui
ſibi ſanitatē dederat. Cū ergo ad eum veniſ
ſent policarpus preſbiter ⁊ ſebaſtianus: et
ipſe eos rogaret. vt etiaꝫ ſanitatē reciperet
dixit ei ſebaſtianus vt prius idola abnegā
ret ⁊ confringēdi ea ſibi poteſtatē traderet
⁊ ſic ſanitatē reciperet. Cui cū cromatius p̄
fectus diceret q̄ ſerui ſui hoc facerēt ⁊ non
ipſe dixit ſebaſtianus Timidi deos ſuos cō
fringere formidāt ſed ⁊ ſi diabolꝰ hac occa
ſione eos lederet. dicerēt infideles eos eſſe
ob hoc leſos q̄ deos ſuos confringerent ſic
q̧ policarpus ⁊ ſebaſtianus accincti pluſq̄ʒ
ducenta idola confregerūt Poſt hoc aūt di
xerūt cromatio Cū nobis idola confringē
tibus ſanitatē recipere debuiſti nec recepi
ſti certū eſt. quia aut infidelitateꝫ nondū ab
iecisti. aut aliqua idola reſeruaſti. tunc indi
cauit ſe habere thalamū in quo erat omnis
diſciplina ſtellaꝝ. ꝓ quo pater ſuꝰ pluſq̄ʒ du
centa pondera auri expēderat. ⁊ ꝑ que futu
ra omnia preuidebat. cui ſebaſtianus q̄ʒdiu
hoc integrū habueris. teip̄m integrū nō ha
bebis. Cūq̧ ad hoc ille aſſentiret tiburcius
eius filꝰ iuuenis egregius dixit Nō patiar
opus deſtrui tā preclaꝝ Sed ne paterne ſa
nitati videar eſſe ꝯtrarius duo clibani accē
dantur vt ſi deſtructo ope pater meꝰ ſanita
tem nō recepit ambo viui cōcremētur. Cui
ſebaſtianꝰ. Sic fiat vt locutꝰ es. Dū igitur
illa cōfringerent angelꝰ p̄fecto apparuit. ⁊
ſibi a domino ieſu ſanitatē redditā nūciauit
Statimq̧ ſanꝰ effectus. cucurrit poſt eū vt
eius pedes obſcularef. Qui euꝫ ꝓhibuit ex
eo q̄ baptiſmū nondū recepat. ſicq̧ ip̄e ⁊ ti
burcius filius eius ⁊ mille quadringenti de
eius familia baptiſati ſunt ⁊ zoe aūt ab infi
delibꝰ tēta ⁊ diu cruciata emiſit ſpm̄. Quod
cū audiſſet tranquillinꝰ prorupit ⁊ dixit. Fe
mine nos ad coronā precedūt. vt quid viui
mus. ipſe autē poſt paucos dies lapidatꝰ eſt
E Sanctus aūt tiburcius ſuper prunas
allatas iubef aut incenſuꝫ dijs īponere aut
ſuper ipſas nudis plantis incedere. Qui ſi
bi ſignū crucis faciēs cōſtāter ſuꝑ ipſas nu
dis īgreſſus eſt plātis dicēs. Uidef mihi q̄
ſuꝑ roſeas flores incedā in noīe dñi nr̄i ie
ſu xp̄i. Cui fabianus prefectus dixit. Quis
ignorat magicā artē xp̄m vos docuiſſe. Cui
Tiburcius. Obmuteſce infelix qꝛ nō es di
gnus nomē tā ſanctū ⁊ tam mellifluū noīa
re. Tūc iratus prefectus iuſſit eū decollari
Marcellianꝰ aūt ⁊ marcus ſtipiti affigunf
Cūq̧ fuiſſent affixi pſallentes dicebāt. Ec
ce q̄ʒ bonū ⁊ q̄ʒ iocundū habitare fratres in
vnū. quibus prefectus. Infelices deponite
amentiā ⁊ voſipſos liberate. Cui illi Nunq̄ʒ
tam bn̄ epulati ſumꝰ. vtinaꝫ tamdiu ſic nos
eſſe ꝑmitteres q̄ʒdiu corpis tegimur indu
mēto. Tūc p̄fectꝰ iuſſit eos lanceis ꝑ latera
trāſuerberari ⁊ ſic martiriū cōſummauerūt
Poſt hoc prefectus diocleciano imperatori



F B L O L. D. Z.

de ſebaſtiāo ſuggeſſit. quē ad ſevocās dixit.
Ego te inter primos in palacio meo ſemꝑ
habui ⁊ tu cōtra ſalutē meā ⁊ deorū iniuriā
hactenus latuiſti. Cui ſebaſtianus. Pro ſa
lute tua xp̄m ſemꝑ colui ⁊ pro ſtatu romani
imperij deum qui in celis eſt ſemꝑ adoraui.
Tunc dioclecianus iuſſit eū in mediū cam-
pū ligari ⁊ a militibus ſagittari. Qui ita eū
ſagittis impleuerūt vt quaſi ericius videret
⁊ eſtimantes illū mortuū abierūt. qui intra
paucos dies liberatus ſtans ſuper gradum
palatij imperatores veniētes de malis que
chriſtianis inferebant dure redarguit. dixe
runtqꝫ imperatores iſte ne eſt ſebaſtianus
quem diu ſagittis interfici iuſſeramus. cui
ſebaſtianus. Ad hoc me dominus reſuſcita
re dignatus eſt vt conueniā vos ⁊ redarguā
vos de malis que chriſti famulis irrogatis
tunc imperator tandiu eū fuſtigari iuſſit do
nec ſpiritū exalaret. fecitqꝫ corpus eius in
cloacam proijci ne a xp̄ianis pro martire co
leretur. Sanctus autē ſebaſtianus ſequen
ti nocte ſctē lucie appuit ⁊ corpꝰ eiꝰ ſibi re-
uelauit. ⁊ vt iuxta veſtigia apoſtolorū illud
ſepeliret precepit quod ⁊ factū eſt. Paſſus
eſt autem ſub diocleciano ⁊ maximiano im
peratoribus qui ceperunt circa annos dn̄i.
cclxxxvij. F Refert Gregorius in pri
mo libro dialogorū ꝙ quedā mulier i tuſcia
nuper nupta cū ad dedicationē eccleſie ſan-
cti ſebaſtiani ab alijs inuitata eēt in ipſa no
cte qua ſequenti die ire debebat carnis vo-
luptate ſtimulata a viro ſuo ſe abſtinere nō
potuit. Facto autē mane magis erubeſcēs
vultū hoim̄ ꝙ̄ dei illuc profecta eſt. Mox
autē vt oratoriū vbi erant reliquie ſancti ſe
baſtiani ingreſſa eſt diabolus eā arripuit et
corā omnibus vexari cepit. Tūc preſbiter il
lius eccleſie palā altaris arripiēs inde eam
operuit. ſed diabolus ſtatim ipm̄ preſbiterꝫ
inuaſit. duxerūt autē eā amici ſui ad incan-
tatores. vt ſuis incātationibus diabolū ef-
fugarent. Sed mox dū incantaret iudicio
dei legio demonū id eſt ſexmilleſexingenti-
ſexagintaſex in eā ingreſſi ipſam acrius ve-
xare ceperūt. Quidā aūt vir noīe fortunatꝰ
ſctitate cōſpicuus ſuis precibus eā ſanauit

Legitur quoqꝫ in geſtis longobardorū ꝙ
tempore gumberti regis italia tota tāta pe
ſte percuſſa eſt vt vix vnus alterū ſufficeret
ſepelire. Et hec peſtis maxime rome ac pa
pie graſſabatur. Tūc viſibiliter bonꝰ ange-
lus multis apparuit malo angelo ſequenti
⁊ venabulū ferenti precipiens vt ꝑcuteret
ac cedem faceret. Quotiens autem aliquā
domū ꝑcutiebat tot īde mortui efferebant.
tunc cuidā diuinitꝰ reuelatū eſt ꝙ nequaꝙ̄
hec peſtis ceſſaret donec ſctō ſebaſtiano al
tare papie conſtrueretur. Quod quidē con-
ſtructum eſt in eccleſia ſancti petri que dici
tur ad vincula: quo facto ſtatim ceſſauit illa
quaſſatio. Et illuc a roma reliquie ſancti ſe
baſtiani ſunt delate Ambroſius in prefatio
ne ſic ait. Beati martiris ſebaſtiani ꝓ con-
feſſiōe noīs tui dn̄e venerabilis ſanguis ef-
fus ſimul ⁊ tua mirabilia manifeſtat ꝙ ꝑfi-
cis ī infirmitate virtutem ⁊ noſtris ſtudiis
das ꝓfectū ⁊ īfirmis apud te p̄ſtas auxiliū.

## ¶ De ſctā Agnete v̾gine xxiiij A

AGnes dicta eſt ab a-
gna q2 mitis et humilis tanꝙ̄
agna fuit. vel a greco quodam
agnos quod eſt pium. quia pia
⁊ miſericors extitit. vel agnes ab agnoſcen
do. quia viā veritatis agnouit. Veritas au
tem ſm̄ aug. Opponitur vanitati ⁊ falſitati
⁊ duplicitati que tria a ſe remouit per virtu
tem quam habuit. B

AGnes virgo pruden-
tiſſima vt teſtatur ambroſius q
eius paſſionem conſcripſit tre-
decimo anno etatis ſue mortē
perdidit ⁊ vitam inuenit. Infantia quidem
cōputabatur in annis: ſed erat ſenectus mē
tis immēſa. Corpore iuuencula ſed animo
cana pulchra facie: ſed pulchrior fide. Que
dum a ſcolis reuertitur a prefecti filio ada-
matur. Cui ille gēmas ⁊ diuitias innume-
rabiles ꝓmiſit ſi ↄ̄ſenſū eius ↄiugio nō ne
garet: cui agnes reſpōdit. Diſcede a me fa-
mes peccati nutrimentum facinoris pabu
lum mortis: quia iam ab alio amatore pre-
uenta ſum. Cepitqꝫ ipm̄ ſuū amatorē ⁊ ſpō



ſum a q̄nqꝫ cōmendare que ſponſe in ſpōſis
precipue requirunt. ſ. a nobilitate gn̄is. a de
core pulchritudinis. a diuitiarū abūdantia
a fortitudie ⁊ potētie efficacia ⁊ ab amoris
excellētia. ſic dicēs. Illū amo q longe te no-
bilior eſt ⁊ genere dignior. cuiꝰ mater v̾go
eſt. cuius pater feminā neſcit cui angeli ſer
uiunt: cuius pulchritudinē ſol ⁊ luna mirāt
cuiꝰ opes nūꝙ̄ deficiūt: cuiꝰ diuitie nūꝙ̄ de
creſcūt. cuiꝰ odore reuiuiſcūt mortui. cuius
tactu ↄfortant infirmi. cuiꝰ amor caſtitas ē
tactus ſanctitas. vnio virginitas. Hec au-
tem quiqꝫ ponit in quadā auctoritate dicēs
Cuiꝰ generoſitas celſior. poſſibilitas forti-
or aſpectꝰ pulchrior. amor ſuauior. ⁊ oi gr̄a
elegantior. C Deinde ponit q̄nqꝫ be-
neficia que ſibi ſponſus ↄtulit ⁊ alijs ſpōſis
ↄfert. ſ. q2 eas fidei anulo ſubarrat. mltipli
ci virtutū varietate eas veſtit ⁊ ornat. paſ-
ſionis ſue ſanguine eas ſignat vinculo amo
ris eas ſibi copulat. ⁊ theſauris celeſtis glo
rie eas ditat ſic dicēs. Qui anulo ſuo ſubar-
rauit me. dexterā meā ⁊ collū meū cinxit la
pidibus p̄cioſis. induit me ciclade auro tex
ta ⁊ immēſis mōilibꝰ ornauit me. poſuit ſi-
gnū in faciē meā vt nullū p̄ter eū amatorē
aſſumā ⁊ ſanguis eiꝰ ornauit genas meas.
iā amplexibꝰ eiꝰ caſtis aſtricta ſum: iā corpꝰ
eius corpori meo ſociatū eſt. oſ̄dit mihi the
ſauros incōparabiles q̄s mihi ſe daturū ſi i
eo pſeuerauero repromiſit Audiēs hec inſa
nus iuuenis lecto ꝓſternit. ⁊ ꝙ amore egro
tet ꝑ alta ſuſpiria a medicis apit. Cūqꝫ pat
iuuenis eadē v̾gini replicaret. ⁊ illa prioris
ſpōſi federa ſe violare nō poſſe aſſereret. ce
pit p̄fectꝰ inq̄rere q̄s eſſꝫ iſte ſpōſus: de cuiꝰ
ſe agnes ꝑtāte iactaret. Cū ergo q̄dā aſſere
ret ꝙ xp̄ꝫ ſpōſū ſuū diceret. blādis priꝰ ſer
mōibꝰ demū terroribꝰ eā pulſat. Cui agnes
Quicq̄d vis age: q2 qđ q̄ris nō poteris obti
nere. Ipm̄ eum terrentē vt blādientē ſiſr de
ridebat. Cui p̄fectꝰ. Vnū tibi đ duobꝰ elige.
Aut cū v̾ginibꝰ dee veſte ſacrifica ſi tibi vir
ginitas placꝫ aut cū meretricibꝰ ſcortaberiſ
Quia ei nobilis erat. vim ſibi inferre nō po
terat. ⁊ iō titulū ſibi xp̄ianitatiſ oppoſuit. cui
illa. Nec ſacrificabo dijs tuis; nec ſordibus

polluar aliēis. Mecū ei habeo cuſtodē cor-
poris mei angelū dn̄i. D Tūc p̄fectꝰ iuſ-
ſit eā expoliari. ⁊ nudā ad lupanar duci. Tā
tam aūt deītatē capillis eiꝰ dn̄s ↄtulit vt me
liꝰ capillis ꝙ̄ veſtibꝰ tegeret. Ingreſſa autē
turpitudis locū angelū dn̄i p̄paratū iuenit.
q locū claritate nimia circūfulſit ſibiqꝫ ſtolā
cādidiſſimā p̄parauit. Sicqꝫ lupanar locus
fit orōnis adeo vt mūdior exiret ꝙ̄ fuiſſꝫ in
greſſa. q̄ imēſo lumini dabat honorē Prefe
cti aūt filꝰ cū alijs iuuenibꝰ ad lupanar ve-
nit ⁊ eos priꝰ ad ipā inuitauit. Qui igreſſi. ſꝫ
ex miraculo territi cōpūcti redierūt. Quos
ille miſeros appellās ⁊ ad eā furēs itrās cū
eā vellet ↄtingere in ipm̄ lumen irruit q cū
deo nō dediſſꝫ honorē p̄focatꝰ a diabolo ex
pirauit. Qđ p̄fectꝰ audiēs cū ingēti ploratu
ad eā venit ⁊ cāꝫ mortiſ eiꝰ diligētiꝰ ſciſcitat
Cui agnes. Ille cuiꝰ volūtatē volebat ꝑfice
re ꝑtātē in eū accepit ⁊ occidit Nā ſocij eius
de viſo miraculo territi redierūt illeſi. Cui p̄
fectus. In hoc apparebit ꝙ nō magicis artibꝰ
hoc egiſti ſi impetrare poteris vt reſuſcitet
Orante agnete iuuenis reſuſcitat. ⁊ xp̄s ab
eo publice p̄dicat. Ad hec tēplorꝫ pōtifices
ſeditionē excitātes in pplo exclamauerunt
Tolle magam. tole maleficā. que mentes
mutat ⁊ animos alienat Prefectus autem
viſo tāto miraculo eā liberare voluit. ſꝫ pro
ſcriptionē metuēs vicariū dereliq̄t: ⁊ q2 eā
liberare nō potuit triſtis abſceſſit. tūc vica-
rius aſpaſiꝰ noīe iuſſit eā in copioſū ignē
iactari Sꝫ i duas ꝑtes flāma diuiſa ſeditio
ſū pplm̄ exurebat ⁊ eā minime ↄtingebat.
Tūc aſpaſiꝰ in gutture eiꝰ gladiū imergi p̄ce
pit. Et ſic xp̄s ſpōſus cādidus rubicūdus ip
ſam ſibi ſpōſā ⁊ martirē ↄſecrauit. Paſſa
eſt aūt vt credit tpe ↄſtantini magni q cepit
anno dn̄i. ccc ix. Cū igit corpus eius xp̄iani
⁊ parentes ipſiꝰ cū gaudio ſepelirēt vix a pa
ganis in eos lapides mittentibus euaſerūt
E Emerētiana aūt eiꝰ collectanea virgo
ſanctiſſima: licet adhuc cathecumia eēt iux
ta ſepulchrū eiꝰ ſtaret: ⁊ conſtanter gētiles
argueret ab eis lapidata eſt. Statimqꝫ ter
remotꝰ coruſcatiões ⁊ fulgura exiterunt
adeo ꝙ ex paganis plurimi perierūt; ita ꝙ

ipſi decetero veniētes ad ſepulchꝛū virginis
non leſerunt. Coꝛpus autē emerentiane iu-
xta coꝛpus ſancte agnetis poſituȝ eſt. Cūqȝ
parentes eius octauo die iuxta tumulū vigi
larent. viderūt choꝝ virginū veſtib⁹ aureis
radientē inter quas viderūt beatā agnetem
ſimili veſte fulge̅tem ⁊ ad dextrā eius agnū
candidioꝛe̅ niue ſtante̅. Quibus illa. Videte
ne me quaſi moꝛtuā lugeatis. ſȝ cōgaudete
mecū ⁊ cōgratulamini: qꝛ cū his omnib⁹ lu-
cidas ſedes accepi: ꝓpter hanc viſione̅ cele-
bꝛabatur feſtū agnetis. ij. Cōſtātia virgo fi
lia conſtantini lepꝛa grauiſſima laboꝛās: cū
hāc viſione̅ audiſſet. tumulū eius adijt et ibi
dum in oꝛatione perſiſteret obdoꝛmiuit. Vi
ditqȝ beatā agnetā ſibi dicentem. Conſtan-
ter agi conſtātia ſi in chꝛiſtū credideris con
tinuo liberaberis. Ad hāc vocem euigilans
perfecte ſe ſanatam inuenit. Que baptiſmū
recipie̅s ſuꝑ coꝛp⁹ ſancte agnetis baſilicam
fecit ⁊ ibi in virginitate degens multas ex-
emplo ſuo ibide̅ virgines aggregauit. F
Quidā vir noīe. Paulinus in eccleſia ſancte
agnetꝭ ſacerdotij funge̅s officio mira cepit
carnis temptatione vexari. Sed cū deū of-
fendere nollet a ſummo pontifice licentiaȝ
petijt ↄtrahendi cuius bonitate̅ ⁊ ſimplicita
tem papa conſiderās anulū ei cū ſmaragdo
dedit ⁊ iuſſit vt imagini foꝛmoſe beati agne
tis que in ſua eccleſia depicta erat ex ꝑte ſua
pꝛeciperet vt ſe permitteret deſponſari. Cū
qȝ hoc ſacerdos imagini impetraret illa cō-
tinuo digitū anulare̅ poꝛrige̅s ⁊ anulo ſuſce
pto digitū retrahe̅s omnem temptatione̅ a
ſacerdote fugauit. Pꝛedictus aute̅ anulus
adhuc dicitur in eius digito apparere. Alibi
tamen legiꝛ ꝙ cū eccleſia beate agnetis rue
ret papa cuidam ſacerdoti dixit ſe ſibi velle
quandaȝ ſponſam cuſtodiendam ⁊ nutrien-
dam. ſ. eccleſiam ſancte agnetis cōmittere
danſqȝ ei anulū iuſſit vt dictam imagine̅ de
ſpōſaret. Quā illa extendente ⁊ retrahente
digitū deſponſauit. De hac virgine dicit am
bꝛo. in libꝛo de virginibus. Hanc ſenes hāc
iuuenes hanc pueri canūt. Nemo eſt lauda
bilioꝛ ꝙ qui ab omnib⁹ laudari poteſt. Quot
homines tot pꝛecones qui martire̅ pꝛedicāt
dum loquuntur. Stupere vniuerſi ꝙ iā diui
nitatꝭ teſtis exiſteret. que adhuc arbitra ſui
ꝑ etate̅ eſſe non poſſet. Fecit deniqȝ vt ei de
deo crederet cui de homine adhuc nō crede
retur. qꝛ qđ vltra naturam eſt hoc de autoꝛe
nature eſt. Nouū martirij genus nondū ido
nea pene ⁊ iam matura victoꝛie. Certare dif
ficilis habilis coꝛonari. Magiſteriū virtutis
impleuit que nōdū iudicium habebat etatis
Nō ſic ad thalamū nupta ꝓperat. vt ad ſup
plicij locū leta ſucceſſu gradu feſtina. Virgo ꝓ
ceſſit. Ite̅ Ambꝛoſius in pꝛefatione. Beata
agnes generoſitatis oblectame̅ta deſpicie̅s
celeſte̅ meruit dignitatem ſocietatis huma-
ne vota ↄte̅nens eterni regis eſt ſociata cō-
ſoꝛtio pꝛecioſam moꝛte̅ ꝑ chꝛiſti cōfeſſiōe ſu
ſcipiens ſimul eſt ei facta confoꝛmis.

## De ſancto vincentio martire. xxv A

Vincentius dicit quaſi viciū incendens vel vincens in
cendia vel victoꝛiam tene̅s ipſe
enim incendit. i. ↄſumpſit vicia
ꝑ carnis moꝛtificatione̅ vicit ince̅dia suppli-
cioꝝ ꝑ cōſtante̅ penarū perpeſſione̅ victoꝛiā
tenuit mūdi ꝑ ipſius deſpectione̅. Vicit em̄
tria que erant in mūdo. ſ. falſos erroꝛes im
mūdos amoꝛes: mundanos timoꝛes quos
vicit ꝑ ſapientiaȝ mūdiciam ⁊ cōſtantiā. De
quibus dicit Aug. Vt cum oībus erroꝛibus
amoꝛibus ⁊ timoꝛibus vincatur hic mund⁹.
ſanctoꝝ martiria docēt ⁊ docuerūt eius paſ-
ſione̅ quidā beatuȝ aug. dicunt cōpilaſſe quā
pꝛudenti⁹ verſib⁹ lucule̅ter exequitur. B

Vince̅tius nobilis ge-
nere ſȝ fide ac religiōe nobilioꝛ
beati valerij epiſcopi diaconus
fuit. Cui ep̄s qꝛ expeditioꝛ erat
lingue vices ſuas cōmiſerat ⁊ ip̄e oꝛoni ⁊ cō
te̅plationi vacabat. Iuſſu igiꝛ daciani pꝛeſi-
dis valeriū trahūtur ⁊ diro carceri mācipan
tur. Cūqȝ eos fame pene defeciſſe crederet
eos ſuo aſpectui iuſſit aſtare. Quos cum ſa
nos cerneret ⁊ gaude̅tes iratus in hāc voce̅
ꝓrupit qđ dicis tu valeri q̄ ſub noīe religio-
nis cōtra decreta pꝛincipū facis. Cum auteȝ
btūs valeri⁹ leni⁹ r̄nderet. dixit ei vincenti⁹
Noli pater venerabilis q̄ſi me̅te timida ſub
murmurare. ſed libera voce exclama. Si er
go iubes pater ſancte reſpōſis iudice̅ aggre
dioꝛ. Cui ille Iamdudū tibi fili cariſſime lo
que̅di curā cōmiſerā ⁊ nūc pꝛo fide qua aſta
mus reſponſa cōmitto. Tūc vince̅ti⁹ cōuer
ſus ad dacianū hactenꝰ īquit a te ſermo de
negāda fide poꝛauit: ſȝ nephariū apud xp̄ia
noꝛū pꝛudentiā eſſe cognoſce deitatis cultū
abnegādo blaſphemare. Tūc iratus dacia-
nus ep̄m in exiliū mitti p̄cepit. vincentiū vo
tanq̄ cōtumace̅ ⁊ p̄ſumptuoſum iuuene̅ vt
eius exemplo alij terrere̅tur in eculeo diſte̅
tum me̅bꝛis oībus diſſipari. Cūqȝ coꝛpoꝛe
totus diſſipareꝛ ait dacianus. Dic mihi vin
centi vbi nūc tuū miſerrimū coꝛp⁹ cōſpicis
At ille ſubride̅s ait. Hoc eſt quod ſemper
optaui. C Tūc iratus p̄ſes cepit ei oīa
genera toꝛme̅toꝝ minari niſi ei aſſenſuȝ p̄-
beret. Cui vince̅tius. O felice̅ me quo mihi
iraſci te grauius putas eo meli⁹ incipis mi
ſereri. Inſurge ergo miſer ⁊ toto maligni-
tatis ſpiritu debacchare. Videbis me de vir
tute plus poſſe dū toꝛqueoꝛ ꝙ poſſis ip̄e qui
toꝛques. Ad hec pꝛeſes cepit clamare ⁊ car
nifices virgis ⁊ fuſtibus verberare. ⁊ ait vin-
centius. quid facis daciane Ecce tu ip̄e me
vindicas de toꝛtoꝛib⁹ meis. Tūc p̄ſes ame̅s
factus dixit carnificibus. Miſerrimi nihil
facitis. Cur deficiūt manus veſtre. Adulte
ros ⁊ patricidas vincere potuiſtis vt nihil i
ter illata ſupplicia celare poſſent ⁊ nūc ſol⁹
vincentius veſtra poterit ſupare toꝛmenta.
Tūc carnifices pectines ferreos vſqȝ ad in
tima coſtarū fixerūt. ita vt de toto eius coꝛ-
poꝛe ſanguis efflueret. ⁊ ſolutis coſtarū cō-
paginibus viſcera interna paterēt. ⁊ ait da-
cianus D Miſerere tui vince̅ti vt poſ
ſis tam pulchꝛā recupare iuue̅tute̅ ⁊ ea q̄ ſu
per ſunt lucrari toꝛme̅ta. ⁊ ait vince̅tius. O
venenoſa diaboli lingua toꝛme̅ta tua nō ti-
meo. ſed hoc ſolū valde metuo ꝙ te mihi fin
gis velle miſereri. Nā quo te magis iratuȝ
video eo ampli⁹ ⁊ magis exulto. nolo vt ali
qđ minuas de ſupplicijs vt te victū ī oīb⁹ fa
tearis. Tūc ex eculeo depoſit⁹ atqȝ ad ignis
craticulā captus moꝛas carnificū argue̅do
ad penā alacriter ꝓperabat. Craticulā ergo
ſpōte ↄſcende̅s ibide̅ aſſaꝛ exuriꝛ ⁊ crematꝛ
me̅bꝛiſqȝ oīb⁹ vncini ferrei ⁊ arde̅tes lamie
infigūtur. Dūqȝ ſanguine flāma reſpgiꝛ vul
nera vulneribus impꝛimūtur. Sal inſuꝑ in
igne̅ ſpargiꝛ. vt in coꝛpus eius vndiqȝ vulne
ratū reſilie̅s ſtride̅tibus flāmis crudeli⁹ cō-
buratꝛ. Iāqȝ nō ad artus: ſed ad viſcera tela
iaciuntꝛ ip̄aqȝ interna viſcera de ei⁹ coꝛꝑe ex
tra labunꝛ. Inter hec ille manet imobilis ⁊
ſurſum erectis lumīnib⁹ dn̄m pꝛecabatꝛ. Cū
qȝ miniſtri hec daciano retuliſſent. heu ait
dacian⁹ vincimur: ſȝ iā nūc vt in pena diuci⁹
viuat ip̄m teterrimo carceri icludite ⁊ ibi te
ſtas acutiſſimas ↄgerite. pedes ei⁹ ligno af
figite ſine omni humano ſolatio extenſum
ſic ſuꝑ teſtas relinquite ⁊ cū defecerit nūcia
te. Fauēt ꝙtoti⁹ miniſtri crudeles dn̄o cru
delioꝛi. ſȝ ecce rex ꝓ quo miles patiꝛ penam
cōmutat in gloꝛiā. Nā tenebꝛe carceris ab
imme̅ſa luce expelluntur. teſtarū aſꝑitas in
oīm floꝛū ſuauitate̅ mutatꝛ. pedes diſſoluūꝛ
⁊ angeloꝝ ſolatio venerādo ꝑfruiꝛ. Cumqȝ
ſuꝑ floꝛes cū angelis pſalle̅s icederet modu
latio dulcis. ⁊ mira ſuauitas floꝝ ꝓcul dif-
funditꝛ. Perterriti cuſtodes cū ꝑ rimas car
ceris qđ intus erat vidiſſent ad fide̅ ↄuerſi
ſunt. Hec audie̅s dacian⁹ amens fact⁹ ait.
Et qđ ei ampli⁹ faciem⁹. ecce em̄ victi ſum⁹
Trāſferatꝛ ad lectulū ⁊ ſtrame̅tis mollioꝛib⁹
reponatꝛ ne plus eū glorioſuȝ faciam⁹ ſi foꝛ
te defecerit in toꝛme̅tis. ſȝ poti⁹ recreatus
nouis iterꝝ ſupplicijs puniatꝛ. Cū igiꝛ ad ſtra
tum mollioꝛe̅ depoꝛtat⁹ eſſet ⁊ ibide̅ paulu-
lū q̄euiſſet ſtatim ſpiritum tradidit. circa annos
dn̄i. cclxxxvij ſub diocleciano ⁊ maximiano
quo audito dacianus veheme̅ter ſe ſic victū
dolens ait. Et ſi nō potui eum ſuperare vi-
uentem puniā vel defunctum ⁊ ſic ſaciaboꝛ
de pena ⁊ ſic poterit mihi pꝛouenire victoꝛia
Iuſſu ergo daciani coꝛpus eius in campuȝ
auibus ⁊ beſtijs deuoꝛādū exponiꝛ. Sȝ ſtati
angeloꝛū cuſtodia p̄muniutur ⁊ intactū a be
ſtijs ↄſeruatꝛ. Deniqȝ coꝛuus ingluuiei dedi
tus alias aues ſe maioꝛes impetu alarū ab
egit. ⁊ lupum accurrente̅ moꝛſibus ⁊ clamo
ribus effugauit. Qui reflexo capite in aſpe-

ctu corpi ſacrifitus cernit̄ vtpote q̇ ibidē an
gelorum cuſtodiā mirabat̄ ꝙ audiēs dacia-
nus ait. Puto ꝙ nec defunctū potero ſupa-
re iubet ergo corpi eiꝰ ingentē molā alliga-
ri. ⁊ in pelago pijci vt qđ in terra a beſtijs cō
ſumi nō potuit ſaltem in pelago a marinis
beluis deuoret̄. Naute igit̄ corpꝰ eiꝰ in pela
gus deferentes ſubmergūt ſed ipſis nautis
velociꝰ littora corpꝰ petit qđ a quadā matro-
na ⁊ quibuſdā alijs ipſo reuelante inuenitur
⁊ ab eis honorifice ſepelitur. ¶ De hoc
martire ſic dicit Aug. Beatus vincētius vi
cit in verbis vicit in penis. vicit in cōfeſſio-
ne. vicit ī tribulatiōe. vicit exuſtus. vicit ſub
merſus. vicit ortꝰ. vicit mortuꝰ. Idē. Torq̄-
tur vincētiꝰ vt exerceat̄. flagellat̄ vt erudia
tur tundit̄ vt ſolidet̄ exurit̄ vt purget̄. Am-
broſiꝰ in p̄fatiōe de ip̄o ſic ait. Torquet̄ vin-
centiꝰ tūdit̄ flagellat̄ ⁊ exurit̄. ſꝫ inuictꝰ pro
ſctō noīe aīus nō ꝯcutit̄. plus ardēs igne ze
li ꝙ̄ ferri plus nectit̄ tiore dei ꝙ̄ ſeculi plus
voluit placere deo. ꝙ̄ foro plus dilexit mori
mūdo ꝙ̄ dn̄o. Itē Aug. Ante oc'los noſtros
mirandū ſpectaculū ꝯſtitutū eſt. Iudex ini-
quus tortor cruētus. martir inuictꝰ crudeli
tatis pietatiſꝗ certamē. Prudētiꝰ ꝗ q̇ cla-
ruit tp̄e theodoſij ſenioris q̇ cepit anno dn̄i
ccclxxxvij. ſic ip̄m daciano r̄ndiſſe ait. Tor-
mēta. carcereſ. vngule ſtridēſꝗ flāmiſ lami
na atꝗ ip̄aꝝ penaꝝ vltima mors xp̄ianis lu
dus eſt. tūc dacianꝰ vinctū retortis brachijs
ſurſuꝫ ac deorſuꝫ extēdite donec cōpage oſ-
ſium diuulſa mēbratim crepet. vt p lacunas
vulneꝝ iecur detectū palpitet. Ridebat hic
miles dei manꝰ cruētas increpās ꝙ fixa nō
ꝓfundiꝰ intraret artꝰ vngula. Cū eēt in car
cere angelꝰ dixit ad eū. Exurge martyr icli
te exurge ſecurꝰ exurge ⁊ almis cetibꝰ nr̄ ſo
dalis addere. O miles inuictiſſime fortiſſi-
morū fortior iā teip̄a ſeua ⁊ aſp̄a tormēta vi
ctorē tremūt. exclamat prudētius. Tu ſolꝰ
inſignite ſolus brauij duplicis palmā tuliſti
tu duas ſimul paraſti laureas. xxvi A

¶ De ſancto Baſilio ep̄o

Baſilius venerabilis
epiſcopꝰ ⁊ doctor p̄cipuus. cuiꝰ
vitā ſcripſit amphilotius icornij
epiſcopus quante ſanctitatis extiterit cui-
dam heremite noīe effrem in viſu mōſtratū
eſt. Cū enim dictꝰ effrem in extaſi poſitꝰ eſ-
ſet vidit colūnā ignis cuiꝰ caput vſꝗ ad ce-
lum ptingebat ⁊ vocē deſup audiuit dicētē.
Talis eſt magnus baſilius q̄lis hec colūna
ignis quā cernis. Veniēs igit̄ ad ciuitatē in
die ep̄hie. vt tm̄ virū videre poſſet cū vidiſſꝫ
eū ſtola candida indutū cū clericis venera-
biliter ꝓcedēte ait itra ſe. Ut video inuacuū
laboraui. Iſte eñ cū in tali honore ⁊ cōſtipa
tione ſit poſitꝰ nequaꝗ̄ talis pōt eſſe quem-
admodū vidi. Nos eñ q̇ portauimus pondꝰ
diei ⁊ eſtus nihil tale cōſecuti ſumꝰ. Et hic
cū in tali honore ⁊ cōſtipatiōe poſitꝰ ſit colū
na ignis eſt. Miror iſta. Baſiliꝰ igit̄ in ſpi-
ritu hoc videns. fecit eum ad ſe introduci.
Qui cū introductꝰ eſſet. vidit linguā igneaꝫ
per os eius loquentem. ⁊ ait effrem. Uere
magnus baſilius vere columna ignis. baſi-
lius. vere ſpiritusſanctꝰ loquitur per os eiꝰ
Dixitꝗ illi effrem. Obſecro domine vt mi-
hi impetres ꝙ grece loquar. Cui baſiliꝰ. Rē
difficilē poſtulaſti. Pro eo tamen orauit et
continuo grece loqui cepit. Quidam alius
heremita videns baſilium alias in pontifi-
cali habitu procedentem eum deſpexit. iudi
cans eū in corde ſuo ꝙ in tali pompa pluri-
mū delectaretur. Et ecce vox facta eſt ad eū
dicens. Tu amplius delectaris in palpādo
catte tue caudā ꝙ̄ delectetur baſilius in ap-
paratu ſuo. Ualens imperator fautor arria
norum eccleſiam quandam a catholicis ab
ſtulit ⁊ arrianis dedit. Ad quem accedens
baſilius ait. Imperator ſcriptū eſt. Honor
regis iudicium diligit. Et iterum. Iudiciū
regis iuſticia. Et cur cor tuum imperauit:
vt catholici eijcerentur de eccleſia ⁊ daretur
arrianis. Cui imperator. Iterum ad contu
melias reuerteris o baſili non decet te. Et
ille. Decet me pro iuſticia etiaꝫ mori. tūc de
moſthenes prefectus epularum imperato
ris. fautor arrianoruꝫ ⁊ loquens pro eis fe
cit barbariſmū. Cui ait baſilius. Tuū eſt de
pulmentarijs regis cogitare. nō dogmata
diuina decoquere. Qui mox cōfuſus tacuit
dicit imperator baſilio. Uade ⁊ iudica inter
eos. ſed nō ſm̄ immoderatū amorē populi.



Abiēs ergo dixit corā catholicis ⁊ arrianis
vt fores eccleſie clauderentur: ⁊ vtriuſꝗ p-
tis ſigillo munirentur: ⁊ ad quorum oratio-
nes aperirent̄ ſua eſſet. Quod cū omnibus
placuiſſet orātibus arrianis tribus diebꝰ ⁊
noctibus ⁊ veniētibus ad fores eccleſie nō
ſunt aperte. Tūc baſilius ꝓceſſiōe ordinata
venit ad eccleſiā ⁊ facta oratiōe leui ictu ba
culo paſtorali fores tetigit dicens. Tollite
portas principes veſtras ⁊ eleuamini por-
te eternales ⁊c. Et cōtinuo ſunt aperte ⁊ in
trantes deo gratias reddiderūt. Et reddita
eſt eccleſia catholicis. Fecit autē imꝑator ꝓ
mitti multa baſilio vt in hiſtoria tripartita
legitur. ſi ſibi ꝯſentiret ⁊ ille. Pueris iſta cō
ueniūt. Nā qui diuinis ſaginant̄ eloquijs cor
rumpere de diuinis dogmatibus: nec vnaꝫ
ſillabā patiūtur. tūc imꝑator indignatus vt
ibidē dicit̄. cū de eiꝰ exilio ſniaꝫ vellet ſcribe
re. primꝰ ſcōus. tertiꝰ calamꝰ fractus eſt. De
inde tremor magnꝰ eius manū inuaſit. Vñ
indignatꝰ cartā fregit. B Uir quidā ve
nerabilis noīe eradius filiā vnicā habebat
quā ꝯſecrare dn̄o diſponebat. ſꝫ diabolꝰ hu
mani generis inimicꝰ hoc aduertēs vnū de
ſeruis predicti eradij in amorē puelle pluri
mū inflammauit. Uerū cū impoſſibile cer-
neret: vt ipſe qui ſeruꝰ erat in amplexus tā
nobilis puelle accedere poſſet ad vnū de ma
leficis acceſſit ꝓmittēs ei multam pecunie
quantitatē ſi ad hoc eum iuuare vellet. Cui
dixit maleficus. Ego hoc agere non poſſuꝫ
ſed ſi vis mittā te ad dn̄m meū diabolū. ⁊ ſi
feceris que ip̄e tibi dixerit tuū deſideriū ob
tinebis. Et dixit iuuenis. Quecūꝗ dixerit
mihi faciā. Ille ergo maleficꝰ ep̄l'am ad dia
bolū fecit. ⁊ eā p dictū iuuenē ī hec v̄ba trāſ
miſit. Quoniā quidē mi dn̄e oportet me fe-
ſtināter ⁊ ſollicite quoſꝗ a xp̄ianorum reli-
gione abſtrahere: ⁊ tue adducere volūtati.
vt pars tua quotidie multiplicetur miſi tibi
hunc iuuenē cupiditate in talē puellā exar-
ſum ⁊ poſtulo vt ſuū deſideriū aſſequat̄: vt ī
iſto glorier ⁊ alios tibi de cetero valeam ag
gregare. Et dans ei epiſtolā dixit. Uade et
tali hora noctis ſta ſupra monumētū genti
lis ⁊ ibidē demones acclama ⁊ hanc cartaꝫ
in aere exalta ⁊ ſtatim aderunt tibi. Qui va
dens demones inuocabat ⁊ cartā p aerem
eijciebat. ⁊ ecce adeſt princeps tenebrarum
vallatus multitudine demoniorū. Qui cuꝫ
epiſtolā p̄legiſſet ait ad iuueneꝫ. Credis in
me vt tuā cōpleam voluntatē. q̇ ait. Credo
dn̄e. cui diabolus. Et abnegas xp̄m tuū qui
ait abnego. dicit diabolꝰ. Perfidi eſtis vos
xp̄iani. qꝛ quādo quidē me opus habetis ad
me venitis. quādo aūt deſideriū veſtrū aſſe
cuti eſtis ſtatī me negatis: ⁊ ad xp̄m veſtrū
acceditis. Ille aūt qꝛ clemētiſſimꝰ eſt ſuſci-
pit vos. ſꝫ ſi vis vt tuā cōpleā voluntatē fac
mihi manu tua ſcriptū in quo ꝯfitearis te
abrenūciare xp̄o tuo ⁊ baptiſmati ⁊ xp̄iane
ꝓfeſſioni ⁊ meꝰ ſis ſeruꝰ ⁊ mecuꝫ in iudicio
cōdemnādus. q̇ ſtatim manu ꝓpria ſcriptū
fecit. qualiter xp̄o abrenūciaret ⁊ ſe ſeruitu
ti diaboli māciparet. Cōtinuo igit̄ diabolꝰ
accerſiuit ſpiritus q̇ erāt ſup fornicationeꝫ
iubens eis vt ad predictaꝫ puellam accede-
rent: ⁊ cor eius in amorē iuuenis inflāma-
rent. qui accēdētes cor eiꝰ adeo accēderūt.
vt puella ſe in terrā ꝓijceret: ⁊ ad patreꝫ la-
mētabiliter exclamaret. Miſerere mihi pr̄
miſerere mihi. qꝛ dire torqueor ꝓpter amo
rem talis pueri noſtri. Miſerere viſceribꝰ
tuis ⁊ paternū amoreꝫ mihi oſtēde ⁊ puero
quē amo: ⁊ ꝓ q̇ crucior me ꝯiūge. Sin autē
poſt modicū me moriturā videbis: ⁊ ꝓ me ī
die iudicij rationeꝫ reddes. Pater autē eiu
lans dicebat. Heu me miſerū quid contigit
miſere filie mee. Quis meū theſauꝝ furatꝰ
eſt. Quis dulce lumē oculoꝝ meoꝝ extinxit
Ego te volebā celeſti ſpōſo ꝯiūgere ⁊ per te
ſaluari putabā ⁊ tu in amorē laſciuie inſani
ſti. ſine filia vt ſicut diſpoſui te domino con
iungam ne ducas ſenectutē meā cū dolore
ad inferos. Illa autem clamabat dicens.
Pater mi aut cito deſideriuꝫ meū comple.
aut moriturā poſt modicū me videbis. Cuꝫ
igitur illa amariſſime fleret. ⁊ quaſi inſani-
ret pater eius in magna deſolatiōe poſitꝰ ⁊
amicorū conſilijs deceptus ſuaꝫ voluntatē
compleuit. ⁊ eam puero in vxoreꝫ dedit: ac
vniuerſam ſubſtantiam ſibi tribuit dicens.
Uade filia mea vere miſera. Cuꝫ ergo inſi-

mul permanerent iuuenis ille eccleſiam nō
introibat: nec ſibi crucis ſignaculū faciebat
nec deo ſe recōmēdabat. vnde de hoc notat⁹
eſt a nōnullis qui vxori ſue dixerūt. Scis qꝛ
vir tuus quē tibi elegiſti xp̄ianus nō eſt. nec
eccleſiā ingredit̄ qđ illa audiens vehemēter
extimuit ⁊ humo ſe ꝓſternēs vngulis ſeipāʒ
diſcerpere cepit: ac pectus ſuum ꝯtūdere et
dicere. Heu mihi miſere cur nata ſum ⁊ na
ta continuo rapta non ſum. Cum ergo viro
ſuo que audierat retuliſſet: ⁊ ille nequaꝙ̄ rē
ſic eſſe aſſereret: ſed omnino falſum qđ ipſa
audierat affirmaret illa ait. Si vis vt credā
tibi ego ⁊ tu cras eccleſiam ingrediamur. vi
dēs ille ꝙ latere nō poſſet narrauit ei totuʒ
ordinē geſte rei. qđ illa audiens vehemēter
ingemuit. ⁊ ad beatū baſiliuʒ ꝓperauit. eiqꝫ
oīa que viro ſuo ⁊ ſibi cōtigerant enarrauit
Baſilius aūt puerū vocās. ⁊ oīa ab eo audi
ens dixit ei. Vis fili reuerti ad dominum: q̇
ait. Utiqꝫ domine ſed non valeo quia diabo
lo ſum ꝓfeſſus: ⁊ chriſtum abnegaui: ⁊ ab-
negatiōis mee ſcriptum feci: ⁊ diabolo ipm̄
dedi. Cui baſilius. Nō ſit tibi cure. benign⁹
eſt enim domin⁹: ⁊ te penitentem ſuſcipiet.
Et ꝯtinuo apprehendēs puerum ſignū cru
cis in eius fronte fecit ⁊ per tres dies ipſuʒ
recluſit: poſtea eum viſitauit ⁊ dixit. Quō ha
bes fili q̇ ait. In magna ſum domine defe-
ctione: nec ſuffero clamores eoꝝ ⁊ terrores
ſeu dilapidationes. tenentes eñ manuſcri-
ptū cauſant̄ me dicētes. tu veniſti ad nos et
nō nos ad te. ⁊ dixit ſanct⁹. Noli timere fili
tantūmodo crede: ⁊ dans ei modicā eſcā fa-
cienſqꝫ ſignū crucis iteruʒ eū recluſit ⁊ ꝓ eo
orauit. Poſt aliquot dies iterū eū viſitauit
⁊ ait. quō hēs fili. q̇ ait. Pater a lōge clamo
res eoꝝ ⁊ minas audio: ſꝫ eos nō video. Et
dās ei iterū eſcā ⁊ ſignās ⁊ claudēs hoſtium
abijt ⁊ ꝓ eo orauit. ⁊ poſt aliq̄t dies rediens
dixit. Quomodo habes rn̄dit bn̄ habeo ſan-
cte dei. vidi eñ te in viſu pugnantē ꝓ me et
diabolū vincentem. Poſt hoc cum educens
oēm clerū ⁊ religioſos ⁊ populuʒ cōuocauit
⁊ oēs ꝓ eo orare admonuit tenēſqꝫ manum
pueri ducebat eū ad eccliaʒ. Et ecce diabo-
lus cū multitudine demonū ad eum venit ⁊
inuiſibiliter apprehēdēs puerū. conabat̄ eū
rapere de manu eius ⁊ cepit clamare puer.
Sancte dei adiuua me. ⁊ tanta cū improb⁹
inſtantia aggreſſus eſt. vt etiam ſanctū im-
pelleret trahens puerū q̇ ait ad euʒ. Impro
biſſime nō ſufficit tibi perditio tua. niſi ⁊ dei
mei temptes pſalma. Diabol⁹ autē dixit ad
eū multis audientibus. Preiudicas mihi o
baſili. Tūc oēs clamauerūt kyrieleyſon di-
xitqꝫ ad eū baſili⁹. Increpet te dn̄s diabole q̇
ait. Preiudicas mihi o baſili. Non abij ego
ad eū ſed ipe venit ad me abnegauit xp̄m ſu
um et ꝓfeſſus eſt mihi. ecce ſcriptuʒ eius in
manu habeo q̇ ait nō ceſſabim⁹ orare donec
ſcriptum reddas. Et orāte baſilio ⁊ tenente
in celū man⁹. ecce carta ꝑ aerē delata ⁊ ab oī
bus viſa venit: ⁊ impoſita eſt in man⁹ baſilij
Quam ille ſuſcipiens dixit puero cognoſcis
has litteras frater. Et ille etiam domine
manu mea ſcripte ſunt. Et frangens baſili⁹
ſcriptū. ꝑduxit eū ad eccleſiam. ⁊ dignū eū fe
cit ſancto miſterio. ⁊ bn̄ inſtruēs hac reglaʒ
ſibi dans reddit mlieri. ¶ Mulier q̄dā
peccata multa habens et ea in carta cōſcri-
bens in fine quoddā graui⁹ ꝯſcripſit. ⁊ ſcri-
ptū ipm̄ beato baſilio tradidit rogās vt ꝓ ea
oraret ⁊ ſuis orōnibus peccata ipſa deleret.
Qui cū oraſſet ⁊ mulier cartā aperuiſſet. oīa
peccata preter iſtud grauius deleta iuenit.
Que ait ad baſiliū. Miſerere mei ſerue dei
⁊ ꝓ hoc mihi indulgentiā impetra ſicut pro
alijs ipetraſti. Qui ait ad illaʒ. Recede a me
mulier qꝛ hō peccator ego ſum indigēs idul
gentia ſicut ⁊ tu. Cum aūt illa inſtaret dixit
ei. Uade ad ſctm̄ virū effrē. ⁊ ille q̄ poſtulas
tibi poterit ipetrare. Que cū abijſſ; ad ſctm̄
viruʒ effrē. ⁊ cur ad eū a ſancto baſilio miſſa
ſit intimaſſet. ille ait. Recede qꝛ hō peccator
ego ſum. ſed redi filia ad baſiliū ⁊ q̇ tibi ꝓ ce
teris veniā ipetrauit. ꝓ iſto quoqꝫ impetra-
re valebit. feſtina cito vt eū viuuʒ inuenias.
Que cū in ciuitatē veniſſet: ecce baſilius ad
tumulum ferebat̄. Illa aūt poſt eū clamare
cepit ⁊ dicere. Uideat de⁹ ⁊ iudicet inter me
⁊ te qꝛ valens placare deū ꝓ me ad aliū trāſ
miſiſti me. Tūc ꝓiecit cartā ſup feretrū. Et
poſt modicū illam recipiens ⁊ aperiēs illud



peccatū penitus deletū inuenit. Sicqꝫ ipſa
⁊ oēs qui aderāt. deo imēſas gratias reddi-
derūt. ¶ Antequā autē vir dei migraret a
corpore poſit⁹ in infirmitate qua ⁊ mortuus
eſt quēdā iudeū noīe ioſeph medicinali arte
valde peritū. quē vir dei multum diligebat:
eo ꝙ ſe illuʒ ad fidē ꝯuerſuruʒ ꝓuidebat ad
ſe quaſi ei⁹ opa indigeret. vocauit. Ille vero
ei⁹ pulſuʒ tāgens ⁊ ex tactu mor ē in ianuis
eſſe cognoſcens dixit familie. Que ad ſepul
turā neceſſaria ſunt ꝓparate. qꝛ cōtinuo mo
riet̄. Quod baſili⁹ audiēs dixit ei. Neſcis q̇d
dicis. Cui ioſeph. Crede dn̄e: qꝛ ſol cuʒ ſole
occidʒ hodie. i. tu cū ſole occides hodie. Cui
dixit baſili⁹. Quid dices ſi nō moriar hodie.
Cui ioſeph. Non eſt poſſibile dn̄e. Et baſili⁹
Et ſi in craſtinuʒ vſqꝫ ad horā ſextā ſupuixe
ro quid facies. Et ioſeph ait. Si vſqꝫ ad illā
ſupuixeris horā vtiqꝫ ego moriar. Et baſili⁹
etiā moriaris peccato. viuas aūt xp̄o. Et ille
ſcio q̇d dicis. ⁊ ſi vſqꝫ ad illā horā ſupuixeris
faciā qđ hortaris. Tūc beat⁹ baſilius lʒ ſm̄
naturā ilico moriturus eſſet: a dn̄o tn̄ mortꝫ
inducias impetrauit ⁊ vſqꝫ in craſtinū in ho
ram nonā vixit. Quod ioſeph vidēs ⁊ ſtupēs
in xp̄m credidit. Baſilius aūt virtute animi
imbecilitatē corpis ſuperās de cubiculo ſuo
ſurrexit. ⁊ eccliaʒ ingrediēs eū ſuis proprijs
manibus baptiſauit. Poſtea vero ad lectu-
lum ſuū redijt: ⁊ ſtatim ſpirituʒ deo feliciter
reddidit. Floruit circa annos dn̄i. ccclxx.

¶ De ſcō Johāne elemoſinario. xxvij A

IOhānes elemoſina-
rius patriarcha alexādrin⁹ qu a
dā nocte in orōne ꝯſiſtens vidit
quādā puellā pulcherrimaʒ ſibi
aſſiſtentē ⁊ coronā oliuarū in capite baiulan
tē. Quē ille vidēs nimiū ſtupefact⁹ q̄ eſſet in
quiſiuit. Et illa. Ego ſum miſericordia que
dei filiū de celo adduxi. Me ſponſaʒ accipe
⁊ bene tibi erit. Intelligēs ergo per oliuam
miſericordiā deſignari. ab illa die factus eſt
ſic miſericors vt eleymor. i. elemoſynari⁹ vo
caret̄. Paupes aūt ſemꝑ ſuos dominos ap
pellabat. Et inde hoſpitalarij hn̄t ēt vt pau-
peres dn̄os ſuos vocēt. Omnes igitur ſuos
famulos ꝯuocauit eiſqꝫ dixit. Euntes ꝑ to-
tā ciuitatē cōſcribite mihi vſqꝫ ad vnū oēs
dominos meos. Illis vero nō intelligentib⁹
dixit quos vos egenos ⁊ mēdicos vocatis.
iſtos ego dn̄os ⁊ auxiliatores ꝓdico. Iſti eñ
nobis vere auxiliari ⁊ celeſte regnum dona
re poterūt volēs oēs ad elemoſinā inuitare
narrare cōſueuit ꝙ pauperib⁹ ſemel ſe ad ſo
lē calefaciētibus ceperūt inuicē de elemoſi-
natoribus ꝯferre ⁊ bonos collaudare ⁊ ma
los vituperare. Erat aūt q̇dā telonarius no
mine petrus diues valde ⁊ ꝓpotēs: ſꝫ nimis
paupib⁹ immiſericors qꝛ ad domū ſuam ac-
cedentes cū indignatione nimia repellebat
Cum ergo nullus illorū inuentus fuiſſet q̇
in domo ſua elemoſinā recepiſſet: vnus illo
rum dixit. Quid vultis mihi dare ſi ego ho-
die ab eo elemoſinā accipiam. ⁊ facientibus
cū eo pactum ad domū eius venit: ⁊ elemo-
ſinam poſtulauit. At ille domū reuertens: ⁊
pauperem pre foribus vidēs cum mancipiū
eius panes ſiliginis in domum deferret ille
lapidem nō inueniēs panē ſiliginis arripuit
⁊ cum furore inde eū percuſſit. Quem proti
nus arripiens pauper ad ſocios redijt. et ꝙ
de manu eius elemoſinam acceperit indica
uit. Poſt duos dies infirmatus ad morteʒ
vidit ſe ante iudicium ſtare ⁊ mauros quoſ-
dam ſuper ſtateram eius mala appēdere. ex
altera auteʒ parte ſtatere quidam dealbati
triſtes ſtabant eo ꝙ nihil ibi apponerent in-
uenire valebant tunc vnus eorum dixit. Ue
re nihil habem⁹ niſi vnū paneʒ ſiliginis: quē
ante duos dies chriſto dedit coactus. Queʒ
dum ſuper ſtateram ponerent equalitas vt
ſibi videbatur facta eſt. Dixerūtqꝫ ei Adau-
ge ad ſiliginē hanc. alioquin te mauri appre
hēdēt. Euigilans auteʒ ⁊ liberatus dicebat
pape. Si vna ſiligo. quam per furoreʒ iacta
ui ita profuit. ꝙtomagis omnia ſua indigē-
tibus elargiri. quadam igitur die cum opti-
mis veſtibus indutus per viā pergeret. qui
dam naufragus ab eo veſtimētum aliqđ po
ſtulabat. Continuo ille precioſo veſtimen-
to ſe expoliauit ⁊ illi dedit. Quod ille accipi-
ens ſtatim vēdidit. Cū aūt telonari⁹ rediret
⁊ veſtimētū ſuſpēſum videret. ꝯtriſtat⁹ ē val
de. adeo vt nec cibum ſumere vellet dicens.

Quoniam nō fui dignꝰ vt mei memoriā ha-
beret egenus. Et ecce dū dormiret vidit quē-
dā ſup ſolē fulgētē ⁊ ſup caput crucē ferentē
⁊ habentū indutū veſtimētū qđ dederat ege-
no ⁊ dicentē ſibi. Quid ploras petre. qui cuȝ
cām ſue triſticie ſibi dixiſſet. ille ait. Cogno-
ſcis hoc. Et ille. Etiam domine. Et dominꝰ
ad eū. Jllo ego veſtior ex quo mihi dediſti. ⁊
gratias ago beneuolūtati tue qm̄ frigore af-
fligebar. ⁊ cooperuiſti me. Jn ſe ergo reuer-
ſus cepit egenos btificare ac dicere. Uiuit
dominus non moriar donec fiāmus ex eis.
Dans ergo pauperibus que habebat ⁊ accer-
ſito notario ſuo dixit ei. Secretum volo tibi
cōmittere. qđ ſi ꝓpalaueris aut ſi me nō au-
dieris barbaris vendā te. Danſqȝ ei decē li-
bras auri dixit ei. Uade in ſanctā ciuitatem
⁊ merces tibi eme ⁊ me alicui xp̄iano vende.
⁊ pauperibus precium tribue. Jllo autem re-
cuſante dixit ei. Si me nō audieris ego bar-
baris vendam te. ducens ergo cum vt dixe-
rat. cuidam argentario veſtibus ſordidis in-
dutum tanꝗ̄ ſuum ſeruum vendidit ⁊ trigin-
ta numiſmata inde accipiens pauperibus
erogauit. Petrus ergo omnia officia vilia
faciebat: ita ꝙ ab omnibus contēnebatur et
ab alijs ſeruis frequenter percutibatur ⁊ eti-
am iam amens appellebatur. Dominus au-
tem frequēte ſibi apparebat ⁊ veſtimenta et
nūmiſmata oſtendens ipſum conſolabatur.
Uerum imperatore ⁊ vniuerſis de amiſſio-
ne tanti viri dolentibus quidam vicini eius
conſtantinopolim ad viſitanduȝ loca ſancta
venerūt ⁊ a domino ipſius inuitati cum prā-
derent ſibi ab inuiceȝ in aure dixerunt. Quā
ſimilꝰ ē puer iſte dn̄o petro telonario. ⁊ curio-
ſe reſpicientibꝰ vnus dixit. Uere dn̄s petrus
eſt. Surgā ⁊ tenebo eū. Quod ille aduertēs
latenter fugit. Erat aūt hoſtiarius ſurdus ⁊
mutus qui per ſignū hoſtiuȝ aperiebat. Cui
petrus vt ſibi aperiret non ſignis ſed verbis
imperauit. Et ille cōtinuo audiens ⁊ loque-
lam recipiens ſibiqȝ reſpondēs ei aperuit: et
domū ingrediēs cunctis de eiꝰ loquela mirā-
tibꝰ dixit. Jlle qui coquinā faciebat exijt ⁊
fugit ſ3videte ne dei ſit ſeruꝰ. Cū eīm mihi di-
xit tibi dico aperi. mox ex ore eiꝰ exijt flāma,
que linguam ⁊ aures meas tetigit: ⁊ conti-
nuo auditū ⁊ loquelā recepi. Et exiliētes vni-
uerſi ⁊ cōcurrentes poſt eū ip̄m amplꝰ inue-
nire nō potuerūt. Tūc oēs de domo illa pe-
nitentiā egerūt: eo ꝙ taleȝ virū ſic viliter tra-
ctauerūt. B Monachus quidā vitalis
noīe volēs ſanctū iohannē tēptare ſi poſſet ſi-
bi verbis ꝑſuadere ⁊ ad ſcādalū facile inclina-
ri. Jngrediēs ergo ciuitatē omnes publicas
meretrices ꝯſcripſit. Jntrabat ergo ad illas
per ordinē dicēs cuilibet. Dona mihi nocteȝ
iſtā ⁊ noli fornicari ipſe autem domū intrās
in angulo flexis genibꝰ tota nocte in oratio-
ne ſtabat ⁊ pro illa orabat ⁊ poſtea mane exi-
bat precipiens cuilibet ne alicui reuelaret.
Una aūt vitam eius manifeſtauit. Que ſta-
tim orante ſene a demone vexari cepit. Cui
omnes dicebant. Reddidit tibi deus qđ me-
rebaris. quoniam mentita es vt fornicetur
enim ingreditur peſſimus iſte. ⁊ nō propter
aliud. Ueſpere autem facto dicebat predictꝰ
vitalis cunctis audientibus. Uolo ire. qꝛ ta-
lis domina me expectat. Multis vero illuȝ
criminantibus reſpōdebat. Nūquid ego nō
habeo corpus vt omnes. aut monachis ſo-
lū iratus eſt deus. vere ⁊ ipi homines ſunt vt
ceteri. Dicebant autē quidā. Accipe tibi mu-
lierem vnā abba. ⁊ muta habitū vt nō ſcāda-
liſes alios. Jlle aūt fingens ſe iratū dicebat
Uere nō audiam vos. ite a me. Qui vult ſcā-
daliſari ſcādalizetur ⁊ collidet fronteȝ in pa-
rietem. Nūquid iudices cōſtituti eſtis ſuper
me a deo: ite ⁊ de vobis curaȝ habete. vos ꝓ
me nō reddetis rationē. Hec autē cū clamo-
re dicebat. Cūqȝ ad beatū iohānē querimo-
nia deferretur. cor eius deus indurauit ne
his fidē adhiberet. Deprecabatur auteȝ deū
vt poſt mortē ſuaȝ. opus ſuum alicui reuela-
ret vt nō iputaret̄ in peccatū his q̄ de eo ſcā-
dalizabant̄. Multas igit̄ de p̄dictis mulie-
ribus ad cōuerſionem ꝑduxit. ⁊ in monaſte-
rio plurimas collocauit. Quodā mane dum
ab vna illarū egrederet̄ obuiauit ei quidā in-
grediens ad fornicādum cū ea danſqȝ ei ala-
pam dixit. Uſqȝ quo peſſime non emendas
te ab his tuis immundicijs. Et ille. Crede
michi accipies a me talem alapā vt tota ale-



xandria congregetur. Et ecce poſtea diabo-
lus in ſpecie mauri ſibi alapam dedit dicens
Hec eſt alapa quam mittit tibi abbas vita-
lis. Et ſtatim a demone vexatur. ita ꝙ ad vo-
ces eius omnes currebant. Sed tamen pe-
nitens per eius orationē liberatus eſt. Uir
autē dei morti appropinquans. hanc ſcriptu-
ram reliquit. Nolite ante tempus iudicare.
Mulieribus autē ꝯfitentibus que faciebat
omnes glorificabant deū ⁊ precipue beatus
iohannes dicens. Quoniam alapam quam
ille accepit accepiſſem ⁊ ego. Quidam pau-
per in habitu peregrini ad iohanneȝ venit. ⁊
ab eo elemoſinam poſtulauit. At ille vocato
diſpēſatore dixit. da ei ſex numiſmata. Que
ille accipiens et abiens habitum mutauit et
iterum ad patriarchaȝ rediens. ab eo elemo-
ſinam poſtulauit. Jlle auteȝ diſpenſatore vo-
cato dixit da ei ſex aureos. quos cum ſibi de-
diſſet ⁊ ille abijſſet. dixit ei diſpenſator. Per
orationes tuas pater. iſte idem hodie muta-
to habitu bis accepit. Beatus auteȝ iohan-
nes quaſi hoc ſe neſcire diſſimulauit. Jterū
ille tertio habitum mutans ad beatum io-
hannem venit ⁊ elemoſinam poſtulauit. tūc
diſpenſator beatum iohannem tetigit innu-
ens ꝙ ille eſſet. Cui beatus iohannes reſpō-
dit. Uade et da ei duodecim nūmiſmata. ne
forte ſit dominus meus iheſus chriſtus qui
temptare me velit vtrum poterit hic plus ac-
cipere ꝙ̄ ego dare. Quadam vice cum patri-
tius quādam pecuniam eccleſie in mercatio-
nibus ponere vellet et patriarcha nullate-
nus conſentiret. ſed pauperibus eam diſpē-
ſare vellet. ambo plurimum contendentes
irati ab inuicem receſſerunt. Adueniēte ho-
ra vndecima mandat patriacha per archip̄ſ-
biterum patricio dicens. Domine ſol ad oc-
caſum eſt. Quod ille audiens. lachrimis in-
fuſus ad eū venit ⁊ veniam poſtulauit. D
Cum quidam ſuus nepos ad quodam taber-
nario grauem iniuriam audiuiſſet. et ex hoc
patriarche lamentabiliter conquerens nul-
latenus conſolari poſſet patriarcha reſpon-
dit. Et quomodo eſt auſus tibi aliquid cōtra-
dicere ⁊ os ſuū contra te aperire. Crede fili
mee paruitati. quoniā faciam in eo hodie ta-
lē rem vt tota alexandria miretur. Quod au-
diens ille conſolationem recepit putans q̇ꝛ
eum faceret grauiter verberari. Uidens io-
hannes ꝙ conſolationem recepiſſet. pectus
eius oſculatus eſt dicens. Fili ſi vere nepos
mee humilitatis exiſtis prepara te et flagel-
lari ⁊ conuicia pati ab omnibus. Uera enim
cognatio nō ex carne ⁊ ſanguie; ſed ex virtu-
te mentis agnoſcitur. Confeſtim igitur pro
illo homine miſit ⁊ ab omni penſione ⁊ tribu-
to liberum eum fecit. Et omnes audientes
mirati ſunt. Et intellexerūt hoc eſſe qđ dixe-
rat; faciā in eo talem rem vt tota alexandria
miretur. Audiēs patriarcha ꝯſuetudinē eſſe
ꝙ mox vt imperator coronatus eſt. ꝯfeſtim
monumentoꝝ edificatores ſumūt quattuor
vel quinqȝ minutias marmoꝝ puſillas diuer-
ſi coloris. ⁊ ingrediētes ad iꝑatorē dicūt. De
quali marmore vel metallo iubat iꝑeriū tuū
ſibi fieri monumētū. Jmitatus h̄ monumen-
tū ſibi fieri p̄cepit. ſed tū vſqȝ ad obitū ſuū il-
lud imꝑfectū manere fecit. Ordinauitqȝ ali-
quos q̇ ad eū cū in celebri feſtiuitate cū clero
ꝯſiſteret accederēt ſibiqȝ dicerēt. Dn̄e monu-
mentū tuū imꝑfectū eſt. p̄cipe vt ꝯſumet̄ eo
ꝙ neſcias q̄ hora ſurveniat. E Diues q̇-
dā cū vidiſſȝ beatū iohānē in ſtratu ſuo viles
pānos habere eo ꝙ ceteros paupibꝰ erogaſ-
ſet. quoddā valde p̄cioſum coopimētū emit
⁊ beato iohanni tradidit. Qui eū illud nocte
ſup ſe haberet tota nocte dormire nō potuit
cogitās ꝙ trecēti dn̄i ſui de tāto p̄cio coope-
riri poſſent. Tota iſup nocte lamētabat̄ ⁊ di-
cebat. Quāti incenati ꝗ̄ti i foro pluuijs ma-
defacti. quāti p̄ frigore dētibꝰ ſtridētes hodie
dormierut. Tu vero grādes piſces deuorās
⁊ in thalamo requieſcēs cū oibꝰ malis tuis: in-
ſup te coopertorio trigintaſex nūmiſmatuȝ
calefacis. Humilis iohānes aliavice hoc nō
veſtiet̄. Statimqȝ facto mane illud vendi fe-
cit. ⁊ p̄ciū paupibus erogauit qđ audiēs ille
diues ipſum coopertoriū. ſcđo emit ⁊ beato
iohāni tradidit. rogās vt ipſum decetero nō
venderet ſed ſuper ſeipſum teneret. At ille
iſtud accipiens iuſſit iterū vendi ⁊ dn̄is ſuis
preciū erogari. Quod ille diues audiēs. ite-
rum abijt ⁊ ipſum redemit ac beato iohanni

detulit. eiq; gratulabūdus dixit. Uidebimꝰ
q̄s deficiet aut tu vendēdo. aut ego redimē
do ⁊ ſic ſuauiter quaſi diuitē vidēniabat di
cens φ poſſit aliq̄s intētiōe dādi pauꝑibus
diuites taliter expoliare. nec peccat. Duo eī
lucrat᷑ talis. Unū q᷑ aīas illoꝝ ſaluat. Alteꝝ
quoniā ipē ex hoc mercedē nō modicā acci
piet. Uolēs beatꝰ iohānes hoīes ad elemoſi
nam ꝓuocare narrare ꝯſueuit de ſancto ſe
rapione φ cū amictū ſuū pauperi tribuiſſet
⁊ alteri obuiās q̄ frigus patiebat᷑ tunicā ſi
militer tribuiſſet. ⁊ euangeliū tenēs nudus
ſederet interrogauit eū quidā dicens Abba
quis te expoliauit. Et demōſtrās euāgeliū
dixit. Jlle me expoliauit. Alias aūt aliū pau
perē videns euangeliū ipm vēdidit. ⁊ paupe
ri preciū dedit. Qui cuꝫ interrogaretur vbi
ipſum euangeliū haberet reſpondit. Euan
gelium precipit dicens. Uade ⁊ vēde omia
que habes ⁊ da pauperibus. Seipſuꝫ ergo
habebam ⁊ ſeipſum vendidi ⁊ tradidi. vt mā
dabat F Cū cuidā elemoſinā petenti
dari precepiſſet beatꝰ iohānes quinq; num
mos indignatus ille φ maiorem ſibi elemo
ſinam non feciſſet. continuo ad contumeli
as ipſius prorupit. ac in eius faciem conui
ciari cepit. quod eius famuli audiētes in eū
irruere voluerunt ac ipſuꝫ grauiter cedere
quod beatus iohannes omnino ꝓhibuit di
cens. Sinite fratres ſinite vt mihi maledi
cat. Ecce eñ habeo ſexaginta annos blaſ
phemans ꝑ opa mea xp̄m ⁊ vnū conuiciū nō
portabo ab iſto. iuſſitq; ſacculū afferri ⁊ corā
ipſo apponi vt inde tolleret q̄ntū vellet. Cuꝫ
populus lecto euangelio eccleſiā exiret ⁊ fo
ris ocioſis verbis vacaret: quadā vice poſt
euangeliū patriarcha cū ipſis exijt ⁊ in me
dio eoꝝ ſedere cepit. Oibus vō de hoc mi
rantibus dixit ad eos. Filij vbi oues ibi pa
ſtor. Aut igit᷑ intrate ⁊ ego vobiſcū intrabo
Aut manete hic ⁊ ego pariter manebo. Se
mel igit᷑ ⁊ bis hoc fecit. ⁊ ſic populū ſtare in
eccleſia erudiuit. Cū quidaꝫ iuuenis ſancti
monialem quandā rapuiſſet. ⁊ clerici talem
iuuenem coram beato iohāne exprobrarēt
⁊ ipm excōicandū eſſe dicerent. vtpote q̄ du
as aīas ꝑdiderat. ſcꝫ ſuam ⁊ illius cōpeſcuit
eos beatus iohānes dicēs Nō ſic filij nō ſic
Oſtendo vobis quia ⁊ vos duo peccata cō
mittitis Primo q᷑ contra preceptū dn̄i fa
citis qui ait. Nolite iudicare vt non iudice
mini. Secundo quia neſcitis pro certo ſi vſ
q; hodie peccent ⁊ ſe non peniteāt. Frequē
ter autē exiſtente btō iohāne in oratiōe ⁊ in
extaſi mentis poſito talibus verbis cū deo
diſputare auditus eſt. Sic ſic bone ieſu ego
diſpergendo ⁊ tu miniſtrādo videamus q̄s
vincat. G Cū febre correptus ſe morti
appropinquare cerneret dixit. Gratias tibi
ago deus: quoniā exaudiſti miſeriā meā ro
gantē bonitatē tuā ne inueniretur moriētī
mihi niſi vnū tremiſſe. Hoc igit᷑ pauperibꝰ
dari iubeo. Poſitū eſt igit᷑ venerabile corpꝰ
eius in ſepulchro vbi corpa duoꝝ epiſcopoꝝ
fuerant tumulata Et corpa illa mirabiliter
ſancto iohanni ceſſerūt ⁊ locū mediū vacuū
dimiſerūt. Ante autē paucos dies φ more
retur: cū quedā mulier quoddam flagitioſiſ
ſimū peccatū cōmiſiſſet: ⁊ nulli vnq̄ confite
ri auderet. dixit ei ſanctus iohānes vt ſaltē
illud ſcriberet eo φ ſcribere ſciebat ⁊ ſigilla
tum ei offerret. ⁊ ipſe ꝓ ea oraret. Cui illa
aſſenſit ⁊ peccatū ſcribēs diligēter ſigillauit
⁊ beato iohanni tradidit. Sed poſt paucos
dies beatus iohānes infirmatus in dn̄o re
quieuit. Jlla vt audiuit illū defunctū ſe vitu
peratā ⁊ cōfuſam putauit credēs φ ſcriptū
alicui cōmiſiſſet. ⁊ ad manus alterius deue
niſſet. Ad tumulū igitur ſancti iohānis ac
ceſſit. ⁊ ibi vberrime flens clamabat dicēs.
Heu heu putans confeſſionē vitare cōfuſio
omnibus facta ſum. Cūq; amariſſime fle
ret. ⁊ beatū iohannem rogaret vt ſibi oſten
deret vbi nā ſcriptū ſuū dimiſiſſet. ecce bea
tus iohānes in habitu pontificali de tumu
lo proceſſit duobus epiſcopis qui ſecū quie
ſcebant. hincinde vallatus dixitq; mulieri.
Cur nos tantū infeſtas. ⁊ me ⁊ ſanctos iſtos
qui mecū ſunt quieſcere non permittis. Ec
ce ſtole noſtre lachrimis tuis omnes made
facte ſunt. Porrexitq; ſibi ſcriptū ſuū ſigil
latū vt prius fuerat dicēs ei. Uide ſigillum
hoc ⁊ aperi ſcriptū tuū ⁊ lege. Quod illa ape
riens peccatū ſuū omnino deletum inuenit



Et ibi taliter ſcriptū reꝑit. Propter iohānē
ſeruū meū deletuꝫ eſt peccatū tuū. Sicq; il
la imēſas deo grās retulit. Et btūs iohānes
cū alijs duobus ep̄is in monumētum redijt.
Claruit circa annū domini. ſexingenteſimū
quintum tp̄e. Foſſe imperatoris.

¶ De ꝯuerſiōe ſcti pauli apoſtoli. xxviij A

COnuerſio ſancti pau
li apoſtoli fctā eſt eodē āno quo
xp̄s paſſus eſt ⁊ ſtephanꝰ lapida
tus anno nō naturali ſed emer
genti. Nā xp̄s. viij. kalen. aprilis paſſus eſt
Stephanus eodē anno. iij. die auguſti lapi
datus. eſt Paulus vero. viij. kalē. februarij
cōuerſus eſt. Quare aūt eius ꝯuerſio po tiuſ
q̄ alioꝝ ſctōꝝ celebrat᷑ triplex ratio ſolet aſ
ſignari. Primo ꝓpter exēplū vt nullus quā
tucūq; peccator deſperet de venia qñ tātum
in culpa talē poſtmodū ꝯſpicit fuiſſe in grā
Scdo ꝓpter gaudium. Sicut eñ eccl'ia ma
gnā triſticiā habuit in eiꝰ ꝑſecutiōe ita maxi
mā letitiā habuit in eiꝰ ꝯuerſione. Tertio ꝓ
pter miraculū qd̄ ſcꝫ dn̄s in eo oſtēdit. dū de
ſeuiſſimo ꝑſecutore fecit fideliſſimū p̄dica
torē. Eiꝰ eñ ꝯuerſio fuit miraculoſa rōne ef
ficiētis diſponētis ⁊ patiētis. Rōne efficiētꝭ
id eſt xp̄i q̄ eū ꝯuertit. Jbi ei p̄mo oſtēdit ſuā
mirabilē potētiaꝫ in hoc φ ei dixit. Durū eſt
tibi ꝯ ſtimulū calcitrare. Et in hoc φ ipſum
tā ſubito imutauit. Uñ ꝯtinuo imutatus rñ
dit. Dn̄e q̄d me vis facere. Auguſtinus ſuꝑ h̄
verbo. Occiſus agnꝰ a lupis fecit agnos de
lupis. Jam parat ſe ad obediēdū q̄ prius ſe
uiebat ad ꝑſequēdū. Scdo ibi oſtēdit eiꝰ mi
rabilē ſapiētiā. Mirabil' eñ ſapiētia fuit in
hoc: q᷑ ipm a tumore ſuperbie deiecit offerē
do infima humilitatis nō ſublimia maieſta
tis. Ego inquit ſum iheſus nazarenus quē
tu perſeque. ⁊c. glo. Non deum vel filiū dei
ſe vocat ſed humilitatis inquit mee ſuſcipe
infima. et ſuperbie tue ſquamas depone.
Tertio ibi oſtendit ſuam mirabileꝫ clemen
tiam. qd̄ notatur in hoc φ ipſum exiſtenteꝫ
in actu ⁊ volūtati ꝑſequēdi cōuertit. Licꝫ eñ
haberet deformē affectū: q᷑ ſpirās minarū
⁊ cedis ꝑuerſuꝫ cognatū: q᷑ acceſſit ad p̄nci
pes ⁊c. q᷑ ſe ingerēs ꝑniciosum actū. q᷑ ibat
vt vinctos perduceret in iheruſalem. ⁊ ideo
eius iter peſſimuꝫ erat ipſum tamen diuina
miſericordia conuertit. Secundo fuit mira
culoſa ratione diſponentis. i. lucis que ipm
ad cōuerſionē diſpoſuit. Jpſa enim lux dici
tur fuiſſe ſubita: immēſa ⁊ celica. Et ſubito
inquit circūfulſit eum lux de celo. Paulus
enim tria vicia in ſe habebat. Primum erat
audacia: qd̄ notatur in hoc φ dicitur. Acceſ
ſit ad principes ſacerdotum non vocatus: ſꝫ
ſponte ſcelo cōcitante eum. Scdm erat ſu
perbia. qd̄ notatur in hoc φ dicitur ſpirans
minarum ⁊c. Tertium erat carnalis intelli
gentia quam. ſ. in lege habebat. Unde glo.
ſuper illud. Ego ſum ieſus na. ⁊c. Ego deuſ
celeſtis loquor quē mortuuꝫ putas ſenſu iu
daico. Jpſa igit᷑ lux diuina fuit ſubita vt au
dacē terreret. fuit immēſa vt ſublimē ⁊ ſuper
bum in ima humilitatis ꝓſterneret. fuit ce
lica vt carnalem eius intelligentiam in cele
ſtem mutaret vel pōt dici φ illud diſponens
fuit in tribus. ſ. in voce acclamante. in luce
fulgente in virtute potente. Tertio fuit mi
raculoſa ratiōe patiētis. i. ipſiꝰ pauli in quo
facta eſt cōuerſio ipſa. Jn eo eñ hec tria mi
raculoſe exteriꝰ facta ſunt. ſ. ꝓſtratio. obce
catio. ⁊ triduana ieiunatio Eſt eñ ꝓſtratꝰ vt
erigat᷑ q̄ntū ad depreſſuꝫ affectū. Aug. Pro
ſtratus eſt paulus vt cecaret᷑. cecatus eſt vt
mutaretur. mutatus eſt vt mitteret᷑. miſſus
eſt vt pro veritate pateretur. Jtem aug. Eli
ſus eſt ſeuiēs et factus eſt credēs. eliſus eſt
lupus ⁊ factus eſt agnus. eliſus eſt ꝑſecutor
⁊ factus eſt predicator eliſus eſt filius per
ditionis ⁊ factus eſt vas electiōis. Eſt obce
catus vt illuſtraret᷑ q̄ntum ad tenebroſum in
tellectum. Unde ⁊ in illo triduo quo manſit
cecatus dicitur φ doctus fuerit euangeliuꝫ
Non eñ accepit illud ab homine neq; per
hominē vt ipſe teſtatur. ſed per reuelationē
iheſu chriſti. Auguſti. Paulum dico verum
athletam xp̄i. doctū ab illo. vnctū de illo. cru
cifixuꝫ cū illo. ⁊ glorioſuꝫ in illo. Eſt i carne
maceratus. vt ipſa caro diſponatur ad bone
operationis effectum. Optime enim dein
ceps corpus eius ad omne opus bonū diſpo

ſitum eſt. Nam eſurire ⁊ abūdare ſciebat et
vbiqꝫ in omnibus iſtitutus erat. ⁊ oīa aduer
ſa libenter ſufferebat Criſ. Tirānos ac po-
pulos ſpirātes furorem velut quoſdā eſſe cu
lices eſtimabat. Mortem vero atqꝫ crucia-
tus. ⁊ mille ſupplicia quaſi ludū putabat eē
puerorum. Hec amplectebatur libenter et
magis decorabatur cathena vinctus ꝙ dia-
demate precioſa coronatus. ac libētius reci
piebat vulnera ꝙ alij munera. Uel iſta tria
dicuntur fuiſſe in eo contra tria que fuerūt
in prima parente. In ipſo enim fuit contra
deum erectio ⁊ econtra in paulo ad terrā ꝓ-
ſtratio. In ipſo oculorum apertio. ⁊ ecōtra
in paulo oculoꝝ obcecatio. In ipſo fuit mā-
ducatio cibi vetiti. ⁊ ecōtra in paulo abſtinē
tia cibi liciti.

## ¶ De ſancta paula. xxxix A

PAula fuit nobiliſſima
mat rona romanorum. cuius vi
tam beatus hieronimus cōpo-
ſuit in hec verba. Si cūcta cor-
poris mei mēbra verterent̄ i linguas et oēs
art⁹ humana voce reſonarent nihil dignum
ſancte ac venerabil' paule virtutib⁹ dicerē.
Nobil' gñe. ſꝫ multo nobilior ſctitate. potēs
quondā diuitijs. ſꝫ nūc xp̄i pauptate inſigni
or. Teſtor ⁊ ieſuꝫ ⁊ ſanctos angelos ei⁹ ipm
qꝫ propriū angelum qui cuſtos fuit ⁊ comes
admirabilis femine. me nihil in gratiaꝫ. nil
dicere more laudantium. ſed qđ dicitur⁹ ſum
pro teſtimonio mi⁹ eſſe eius meritis. Uult
lector breuiter eius ſcire virtutes. oēs ſuos
pauperes pauperior ipſa dimiſit. Et ſicut in
ter multas gemmas precioſiſſima gēma mi
cat. ⁊ ſicut iubar ſolis ꝑuos igniculos ſtella-
rum obruit ⁊ obſcurat ita cunctorum virtu-
tes ſua humilitate ſupauit. Minimaqꝫ fuit
inter omnes vt omniū maior eſſet. ⁊ ꝙtopl⁹
ſe deijciebat. tanto magis a chriſto ſubleua
batur. Latebat ⁊ nō latebat. Fugiēdo vanaꝫ
gloriam: gloriam merebatur. que virtutem
quaſi vmbra ſequitur ⁊ appetitores ſuos de
ſerens. appetit contemptatores. Hec cum
quinqꝫ liberos edidiſſet bleſillā ſuper cuius
mortem eam rome cōſulatus ſum. Pauli-
nam que ſanctum ⁊ ad mirabilem virum pa
machium ⁊ propoſiti ⁊ rerū ſuarum reliquit
heredem ad quem ſuper eius obitu paruū li
bellum edidimus. Euſtochium que nunc in
ſanctis locis ⁊ virginitatis ⁊ eccl'ie monile
ꝑcioſiſſimū eſt rufina q̄ i maturo funere piuꝫ
matr' animū ꝯſternauit. ⁊ toxociū poſt quē
parere deſijt vt intelligeres eā nō diu fuire
voluiſſe officio ꝯiugali. ſed mariti deſiderio
q̇ mares optabat liberos. ediduſſe. Poſtq̄
vir ei⁹ mortu⁹ eſt. ita eū planxit. vt ꝓpe ipſā
moreret̄. ita etiā ſe cōuertit ad dei ſeruitutē
vt mortē ei⁹ q̄ſi vidēret̄ optaſſe. B Quid
ergo referā ample ⁊ nobilis domus ⁊ quon
dā opulētiſſime oēs pene diuitias in paupe
res erogatas. Hec paulini epiſcopi anthio-
ceni ⁊ epiphanij qui romā venerāt accēſa vir
tutibus ꝑ momēta patriam deſerere cogita
bat q̇d vltra differo. Deſcēdit ad portuꝫ. fra
tre cognatis. affinib⁹. ⁊ qđ his mai⁹ eſt libe-
ris ꝓſequētib⁹ ⁊ clemētiſſimā mr̄eꝫ vincere
cupientib⁹. iā carbaſa tēdebant̄ ⁊ remoꝝ du
ctu nauis in altū ꝓtrahebatur. paruus toxo
cius ſupplices manus tendebat in littore.
Rufina iā nubilis vt ſuas expectaret nupti-
as tacens fletib⁹ obſecrabat. ⁊ tñ illa ſiccos
oculos tēdebat ad celū. pietatē in filios. pie
tatē in deū ſuperans. Neſciebat ſe matrē vt
xp̄i ſe ꝓbaret ancillā. Torquebantur viſcera
⁊ quaſi a ſuis mēbris diſtraherent̄ cū dolo-
re pugnabat. hoc cōtra iura nature plena fi-
des patiebat̄. imo gaudēs animus appete-
bat. ⁊ amorē filioꝝ maiore in deū amore cō-
tēnēs. in ſola euſtochio que ⁊ propoſiti et na
uigatōis ei⁹ comes erat acq̇eſcebat. Sulca
bat interim nauis mare ⁊ cunctis qui cū eo
vehebantur littora reſpiciētibus illa verſos
tenebat oculos ne videret qđ ſine tormento
videre nō poterat. Cumqꝫ ad loca terre ſan-
cte veniſſet ⁊ ꝓcōſul paleſtine q̇ familiā eius
optime nouerat ꝑmiſſis apparitoribus iuſ-
ſiſſet ei parare pretoriuꝫ elegit humilē cellu
laꝫ. que cuncta loca xp̄i veſtigioꝝ tanto ardo
re ac ſtudio circūibat. vt niſi ad reliqua feſti-
naret a primis nō poſſet abduci. Proſtrata
qꝫ añ crucē quaſi pēdētē dñꝫ cerneret adora
bat. Ingreſſaqꝫ ſepulchrum reſurrectionis



oſculabat̄ lapidē quē ab hoſtio monumenti
amouerat angelus ⁊ ipm corporis locuꝫ in
quo dñs iacuerat quaſi ſitiēs deſideratas a-
quas fidei ore lambebat Quid ibi lachrima
rum ꝙtū gemituꝫ quid doloris effuderit.
teſtis eſt cūcta hieroſolima teſtis eſt ipē do
min⁹ quē rogabat. Deinde ꝑrexit bethleem
atqꝫ in ſpecu ſaluatoris ingrediēs vidit ſa-
crū ꝟginis diuerſoriū ⁊ me audiēte iurabat
ſe cernere fidei oculis infantē pānis inuo-
lutū. vagientē in ꝑſepio dñꝫ. magos adorā-
tes ſtellā fulgentē deſuꝑ. matrē ꝟginē nu-
tricū ſedulū paſtores nocte veniētes vt vi-
derent verbū qđ factū erat q̄ſi etiā tūc euan
geliſte iohānis principiū dedicarēt. In prin
cipio erat ꝟbū ⁊ ꝟbū erat apud deū. ⁊ ꝟbuꝫ
caro factū eſt. Paruulos interfectos hero
deꝫ ſeuientē ioſeph ⁊ mariā fugiētes in egi
ptum mixtiſqꝫ gaudio lachrimis loquebat̄
Salue bethleem dom⁹ panis in qua natus
eſt ille panis q̇ de celo deſcēdit. Salue effra
ta regio vberrima. cui⁹ fertilitas de⁹ eſt. Da
uid loqtur ꝯfidēter introibim⁹ in taberna-
culū eius adorabim⁹ in loco vbi ſteterūt pe
des eius. Et ego miſera ⁊ peccatrix digna
ſum iudicata deoſculari ꝑſepe in q̄ dñs par
uulus vagijt orare in ſpelūca in q̄ ꝟgo puer
pera deū fudit infantē. Hec reqes mea. q2
dñi mei patria eſt. hic hitabo q̄ſi ſaluator
elegit eā. C Tanta ſe humilitate deie-
cit vt qui eā vidiſſet. ⁊ ꝓ celebritate noīs ge
ſtiſſet ipam eſſe nō crederet. ſꝫ ancillaꝝ vlti
mam. Et cū frequētib⁹ choris ꝟginū cinge
retur ⁊ veſte ⁊ voce ac hitu ⁊ inceſſu minima
oim erat. Nūq̄ poſt viri mortē vſqꝫ ad dieꝫ
dormitionis ſue cū vllo comedit viro. q̄uis
eū ſctm̄ ⁊ in pōtificali culmine poſitū ſciret
balneas niſi piclitās nō adijt. Mollia etiaꝫ
niſi in grauiſſima febre lectuli ſtrata nō ha-
buit ſꝫ ſup duriſſimā humū ſtrat' ciliciolis
q̇eſcebat ſi tñ illa q̇es dicēda eſt q̄ iugib⁹ pe-
ne orōnib⁹ dies nocteſqꝫ iūgebat. Ita leuia
pctā plāgebat vt illā grauiſſimoꝝ criminuꝫ
crederes eſſe reā. Cūqꝫ a nobis crebri⁹ mo
neret̄. vt parceret oculis ⁊ eos ſuaret euāge
lice lectiōi aiebat. Turpāda eſt facies quaꝫ
ꝯtra dei ꝑceptū purpuriſſo ⁊ ceruſa ⁊ ſtibio
ſepe depinxi affligendū eſt corp⁹ qđ multis
vacauit delitijs. Long⁹ riſus ꝑpetuo cōpen
ſandus eſt fletu. Mollia linthcamina ⁊ ſe-
rica ꝑcioſiſſima. aſperitate cilicij cōmutan-
da ſunt. Que viro ⁊ ſeculo placui. nunc xp̄o
placere deſidero Si inter tales tantaſqꝫ vir
tutes caſtitatē in illa voluero ꝑdicare ſuper
fluus videar. in qua etiā cum ſecularis eſſet
oim rome matronarū exemplū fuit. q̄ ſe ita
geſſit vt nūq̄ de illa etiā maledicorū q̄ſq̄ au
deret famā cōfringere. Fateor errorē meū
cur in largiendo eſſet profuſior arguebam.
illud ꝓferēs de apl'o. Nō vt alijs refrigeriū
ſit vobis aūt tribulatio ſed ex equalitate in
hoc tpe vt veſtra abūdātia ſit ad illorū inopi
am. ⁊ illorū abundantia ſit ad veſtrā inopiā
Et ꝓuidendū eſſe ne quod libenter faceret
ſemꝑ facere nō poſſet multaqꝫ hmōi. Que
illa mira verecundia ⁊ ſermone ꝑciſſimo pi
tiſſimoqꝫ diſſoluebat. teſtē inuocās dñm ſe
ꝓ illius noīe cūcta facere ⁊ hoc habere voti
vt mēdicās ipſa moreret̄ vt vnū nūmū filie
nō dimitteret. ⁊ in funere ſuo aliena ſindo-
ne inolueretur. Ad extremū infereba t Ego
ſi petiero multos inueniā q̇ mihi tribuant.
Iſte mēdicans ſi a me nō acceperit q̄ ei poſ
ſum etiā de alieno tribuere ſi mortuus fue-
rit a quo eius aīa requiret̄. Nolebat in his
lapidibus effundere pecuniā qui cū terra et
ſeculo tranſituri ſunt. ſed in viuis lapidib⁹
qui voluunt̄ ſuꝑ terrā. de quibus in apocal'.
iohannis. Ciuitas magni regis extruitur.
Exceptis feſtiuis diebus vix oleū in cibo ac
cipiebat. vt ex hoc vno extimaretur. q̇d de vi
no ⁊ deliquamine ⁊ piſcibus ⁊ lacte ⁊ melle
⁊ ouis ⁊ reliquis que guſtui ſuauia ſunt iu-
dicarit. In quib⁹ ſumendis quidam ſe abſti
nentiſſimos putant. ⁊ ſi his ventrem ingur
gitauerint tutam pudicitiam ſuſpicantur.
Noui ſuſurronē quendam quod genus ho-
minum vile eſt. quaſi beniuolum nunciaſſe
ꝙ pre nimio feruore virtutū quibuſdā vide
retur in ſana ⁊ cerebrū illi⁹ diceret ꝯfouen-
dum. Cui illa rñdit. Theatruꝫ facti ſumus
mūdo ⁊ angelis. ⁊ hoībus. Nos ſtulti ꝓpt'
xp̄m. ſed ſtultū dei ſapientius eſt hominib⁹
Poſt virorum monaſteriū quod viris tradi

derat gubernandum plures virgines quas
ex diuerſis ꝓuincijs ↄgregauerat tam nobi
lis ꝙ mediocris ⁊ infimi generis i̅ tres tur
mas ⁊ nō monaſteria diuiſit. ita dūtaxat vt
opere ⁊ cibo ſeꝑate pſalmus ⁊ oratiōe iūge
rentur. Iurgātes inter ſe ſermōe leuiſſimo
federabat laſciuientē adoleſcētularū carnē
crebris ⁊ duplicatis frāgebat ieiunijs ma-
lens eos ſtomachū dolere ꝙ mentē dicens
mundiciā corꝑis atqꝫ veſtiū aīe eſſe immun
diciā. Et qđ inter ſeculi hoīes vel leue puta
tur vel nihil hoc in monaſterijs grauiſſimū
eſſe delictū dicebat. Cūqꝫ alijs languētibus
large p̄beret oīa ⁊ eſum qꝫ exhiberet carniū
ſi qñ ipſa egrotaret ſibi non indulgebat ⁊ in
eo inequalis videbatᷣ ꝙ in alijs clementiā
in ſe duriciā cōmutabat. Referam qđ exper
tus ſum. Menſe iulio feruētiſſimis eſtibꝰ
incidit in ardorē febris ⁊ poſt deſperatiōeꝫ
cū dei mīa reſpiraſſet. ⁊ medici ſuaderēt ob
refectionē corporis vino eſſe opus tenui et
paruo ne aquā bibens in hidropiſim verte-
retur. Et ego clam beatū epm̄ epiphanium
rogarem vt eā moneret immo cōpelleret vi
nū bibere vt erat prudēs ⁊ ſolertis ingenij
ſtatim ſenſit inſidias ⁊ ſubridens meū eſſe
qđ ille diceret intimauit. Quid plura. Cum
beatus pontifex poſt multa hortamēta exiſ
ſet foras querēti mihi quid egiſſꝫ. reſpōdit
Tantū profeci vt ipſa mihi ſeni homini pe
ne pſuaſerit. vt vinū nō bibā. in luctu nimis
erat ⁊ ſuorū mortibus frangebatᷣ maxime
liberorū. Nā ⁊ viri ⁊ filiorꝫ dormitione ſepe
piclitata ē. Et cū os ſtomachūqꝫ ſignaret ⁊
matricijs dolorē crucis niteretᷣ impꝛſſiōe le-
nire ſupabatᷣ affectu ⁊ credulā mentē parē-
tis viſcera conſternabant animoqꝫ vincēs
fragilitate corporis vincebatᷣ. Scripturas
ſctās tenebat memoriter ⁊ cū amaret hyſto
riam ⁊ illa v̓itatis diceret fundamentū ma
gis ſequebatur intelligentiā ſpūalem ⁊ hoc
culmine edificationē aīe ꝓtegebat. Loquar
⁊ aliud quod forſitan emulis videtᷣ incredu
luꝫ. Hebreā linguā quā ego ab adoleſcētia
multo labore ⁊ ſudore ex parte didici. ⁊ infa
tigabili meditatiōe nō deſero ne ipſe ab ea
deſerar diſcere voluit ⁊ conſecuta eſt. ita vt
pſalmos hebraice caneret ⁊ ſermonē abſqꝫ
vlla latine lingue ꝓprietate perſonaret. Qđ
quidem vſqꝫ hodie in ſancta filia eius euſto-
chio cernimus. Hucuſqꝫ nauigauimus ꝓ-
ſperis vētis ⁊ criſpātia maris equora labēs
carina ſulcauit. nūc i̅ ſcopulos incurrit oro
Quis enim poſſet ſiccis oculis paulam nar
rare morientem. Incidit in grauiſſimā vali
tudinē immo qđ optabat inuenit. vt nos de
ſereret ⁊ dn̄o plenꝰ iungeretᷣ quid diu diffe
ro ⁊ dolorē meū in alijs īmorando facio lon
giorē. Sentiebat prudentiſſima feminarū
adeſſe morteꝫ. ⁊ frigeſcente iam ꝑte corꝑis
atqꝫ mēbrorꝫ. ſolū aīe teporeꝫ in ſacro ⁊ ſctō
pectore palpitare ⁊ nihilominꝰ quaſi ad ſuos
pergeret alienoſqꝫ deſpiceret illos v̓ſiculos
ſuſurrabat. Dn̄e dilexi decorē domꝰ tue ⁊ lo
cū habitatiōis glorie tue ⁊ ꝙ dilecta taber-
nacula tua dn̄e. Elegi abiectus eē in domo
dei mei. Cūqꝫ a me interrogaretur cur ta-
ceret. cur nollet reſpōdere inclamāti. an do
loret aliquid greco ſermōe reſpōdit. Nihil
ſe habere moleſtie ſed oīa quieta ⁊ tranquil
la perſpicere. Poſt hoc obmutuit ⁊ clauſis
oculis quaſi humana deſpiceret vſqꝫ ad ex-
pirationē aīe eoſdē repetebat v̓ſiculos vix
vt aure appoſita qđ dicebat audire poſſemꝰ
Tota ad funus eius paleſtinarū vrbiū tur-
ba cōuenit. Quēdā eſſi monachorū latentiū
in heremo cellula ſua tenuit. quā virginum
cubiculoruꝫ tenuerunt ſecreta. Sacrilegi-
um putabat qui non tali femine vltimū red
didiſſet officium donec ſubter eccleſiam et
iuxta ſpe cum domini conderetur. Venera
bilis filia eius virgo euſtochium quaſi abla
ctata ſuper matrem ſuam abſtrahi a paren
te nō poterat deoſculari. oculos herere vlu
tui. totum corpus amplexari ⁊ ſecuꝫ matre
velle ſepeliri. Teſtis eſt ieſus nec vnū quidē
nummū ab ea filie derelictū. ſed magis tri-
buēs egenis ⁊ quod his difficilius eſt fratrꝫ
⁊ ſororum immenſam multitudinē quā ⁊ ſu
ſtētare arduū eſt ⁊ abijcere impium eſt. Va
le o paula ⁊ cultoris tuis. vltimam ſenectu-
tem orationibus iuua.



¶ De ſancto iuliano.



Iulianus quaſi iubilꝰ
⁊ ana quod eſt ſurſum. Inde iu
lianus quaſi iubilanus quia cū
iubilo ſuperna petijt. Vel a iuli
us quod eſt incipiēs ⁊ anus. Nam in dei ſer
uitio fuit ſenex longanimitate, ſed incipiēs
ſui reputationem.

Iulianus cenomanen
ſis epūs fuit. hic ſimō ille lepro
ſus dicitur fuiſſe quem dn̄s a le
pra ſanauit ⁊ qui dn̄m ad conui
uium inuitauit. qui poſt aſcenſionē domini
ab apl'is cenomanēn epus ordinatꝰ eſt. Hic
multis v̓tutibꝰ clarꝰ tres etiā mortuos ſuſci
tauit ⁊ poſtmodū in pace quieuit. Iſte dr̄ eſ
ſe ille iulianꝰ qui ab itinerantibꝰ ꝓ inueniē-
do bono hoſpicio inuocatᷣ. eo ꝙ in domo eiꝰ
dn̄s fuerit hoſpitatus. Sed veriꝰ videtᷣ eſſe
alius iulianus qui. ſ. vtrūqꝫ parentē ignorā
ter occidit. cuiꝰ hiſtoria infra ponetur. B
Fuit ⁊ aliꝰ iulianus de aluernia gēte nobilis
ſꝫ fide nobilior q̄ deſiderio martirij ſe vltro
pſecutoribus offerrebat. Tandē criſpinꝰ cō
ſularis miſit miniſtrū ⁊ eū occidi mandauit
Qđ ſentiēs iulianꝰ ſpōte foras ꝓſilijt ⁊ que
renti intrepidꝰ ſe opponēs ꝑtinꝰ ictū ferientis
excepit. Cuiꝰ caput leuātes ad ſctūm ferreolū
ſociū iuliani detulerūt. ⁊ eidē morteꝫ ſitem
minātur niſi ꝑtinꝰ immolaret. Quibꝰ cū aſſen
tire nollet eū occiderunt ⁊ caput ſcti iuliani
cū corꝑe ſcti ferreoli i̅ vno tumulo poſuerūt
Et poſt multos annos ſctūs mamertꝰ vie-
nēn. epus inuenit caput ſcti iuliani inter ma
nus ſcti ferreoli ita illeſuꝫ ⁊ integꝝ acſi eadē
die fuiſſet ſepultū. Inter cetera huiꝰ ſcti mi
racula ſolet referri ꝙ cū quidaꝫ diaconꝰ oues
eccl'ie ſcti iuliani raperet ⁊ paſtores eidē ex
ꝑte ſcti iuliani ꝓhiberēt ille rn̄dit Iulianus
nō comedit arietes. Et ecce poſt modicū fe
bre vehementiſſima purgetᷣ ⁊ inualeſcēte fe
bre ꝙ a martire incenditᷣ cōfitetᷣ Fecitqꝫ ſu
per ſe iactari aquam: vt refrigeraretᷣ. Sed
ſtatim tātus fumꝰ ⁊ fetor de corꝑe eiꝰ exijt
vt cūcti q̄ aderāt fugerēt ⁊ ipe poſt modicū
expiraret. Cū quidā ruſticꝰ vt ait Greg. turo-
nēn. in die dn̄ica arare vellet ꝑtinꝰ cōtractis
digitis manubrium ſecuris cū qua vomerē
mundare volebat eius dextre adheſit. Sed
poſt duos ānos in eccleſia ſancti iuliani ad
eius preces curatus eſt C Fuit inſuper
alius iulianus frater beati iulij. Hi duo fra
tres ad theodoſium imꝑatorē xp̄ianiſſimū
venerūt petentes vt templa idolorū vbicun
qꝫ inuenirent deſtruerent ⁊ chriſti eccleſias
edificarent. Quod imperator libenter faci
ens ſcripſit vt omnes eis debeant obedire
⁊ eos in omibus ſub pena capitis adiuuare
Cū igitur beati iulianus ⁊ iulius in loco qui
dicitur gaudianū eccleſiā fabricarēt ⁊ cūcti
tranſeūtes eos in opere ob imperatoris im
perium adiuuarent. contigit. vt quidā cum
curru inde trāſituꝫ facerent. q̄ dixerūt adin
uicem. Quam excuſationē pretendere pote
rimus vt liberi tranſeamus ⁊ in opere iſto
non occupemur. dixeruntqꝫ. Proijciamus
vnum ex nobis in plauſtrū ſupinū; ⁊ eū pan
nis cooperiamus dicemuſqꝫ ꝙ hominem
mortuū in vehiculo habemꝰ ⁊ ſic liberi tranſ
ire poterimus. Arripienteſqꝫ hoīem vnū in
plauſtrum proiecerūt eiqꝫ dixerūt. Tu ſile ⁊
oculos claude ⁊ quouſqꝫ tranſierimꝰ quaſi
mortuus iace. Cūqꝫ hoīem tanq̄ mortuuꝫ
cooperuiſſent ⁊ vſqꝫ ad famulos dei iulia-
num ⁊ iuliū veniſſent dixerūt eis ſerui dei.
Filioli parūper ſubſiſtite ⁊ nos i̅ hoc opere
modicū adiuuate. Qui reſpōderūt. Nō poſ-
ſumus hic ſtare. quoniā hoīem mortuuꝫ in
plauſtro habemus. quibus ſctūs iulianꝰ dixit
Vt quid ita mētimini filij ⁊ illi. Nō mētimur
dn̄e. ſed ſic eſt vt loquimur. Et ſctūs iulianus
dixit. Scđꝫ veritatē dicti veſtri ita vobis cō
tingat. Et illi boues pungentes ꝑtrāſierūt.
Cūqꝫ ꝓcul ꝑtranſiſſent. accedētes ad currū
ceperūt collegā ſuū vocare ex noīe dicētes.
Surge amodo ⁊ ſtimula boues. vt celeriꝰ
trāſeamꝰ. Cū aūt nullatenꝰ ſe moueret euꝫ
pulſare ceperūt dicētes. Vt quid deliras ſurge
⁊ ſtimula boues. ſꝫ cū nullatenꝰ ille rn̄deret
accedētes diſcooperuerūt eū ⁊ mortuū iuene
rūt. Tantuſqꝫ timor ipſos ⁊ ceteros inuaſit
vt nullꝰ de cetero famulo dei mētiri auderꝫ
D Fuit etiā aliꝰ iulianꝰ q̄ vtrūqꝫ parentē
neſciens occidit. Cūqꝫ eſſꝫ iulianꝰ ꝑdictꝰ in

uenis ac nobilis quadā die venationi inſiſte
ret ⁊ quēdā ſeruū repertū inſequeret ſubito
ceruus verſus eum diuino nutu ſe vertit ei
qꝫ dixit. Tu me inſequeris qui patris ⁊ ma
tris tue occiſoꝛ eris. Quod ille audiens vehe-
menter extimuit: ⁊ ne ſibi forte ꝯtingeret.
quod a ceruo audierat relictis oībus clam diſ-
ceſſit ⁊ ad regionē valde remotā ꝑuenit. Ibi
qꝫ cuidā principi adheſit ⁊ tam ſtrenue vbi
qꝫ ⁊ in bello ⁊ in palatio ſe habuit ꝙ pꝛiceps
eū militē fecit. ⁊ quandā caſtellanā viduā in
coniugem ei tradidit ⁊ caſtellū pro dote ac-
cepit. Interea parentes iuliani pro amiſſio
ne filij nimium dolentes vagabundi vbiqꝫ
ꝑgebāt ⁊ filiū ſuū ſolicite requirebat. Tan-
dem ad caſtrū cui iulianus pꝛeerat deuene
runt. Tūc aūt iulianus a caſtro caſu receſſe
rat. Quos cū vxoꝛ iuliani vidiſſet ⁊ qui nam
eſſent inquiſiſſet ⁊ illi oīa q̄ filio ſuo accide-
rant enarraſſent. intellexit ꝙ viri ſui paren
tes erāt. vt poto: qꝛ hoc a viro ſuo frequēter
audierat. Ipſos igitur benigne ſuſcepit ⁊ ꝓ
amoꝛe viri ſui lectū ſuū eis dimiſit. ⁊ ipſa ſi-
bi alibi lectulū collocauit. Facto aūt mane
caſtellana ad eccleſiā pꝛexit. Et ecce iulianꝰ
mane veniēs in thalamū quaſi vxoꝛē ſuam
excitaturus intrauit. Et inueniēs duos pa
riter doꝛmientes. vxoꝛē cū adultero eſſe ſu-
ſpicatus ſilenter extracto gladio ambos pa
riter interemit. Exiens aūt domū vidit vxo
rem eius ab eccleſia reuertentē. ⁊ admirās
interrogauit qui nā eſſent illi qui ī ſuo lecto
doꝛmirēt. At illa ait. Parētes veſtri ſunt q̄
voſ diutiſſime queſierūt ⁊ eos in veſtro tha
lamo collocaui. Quod ille audiēs pene exani-
mis effectꝰ amariſſime flere cepit ac dicere
Heu miſer quid faciā qꝛ dulciſſimos meos
parentes occidi. Ecce impletū eſt vbū cerui
quod dū vitare volui miſerrimus adimpleui.
Iam nunc vale ſoroꝛ dulciſſima: quia de ce
tero nō quieſcam donec ſciā ꝙ deus penitē
tiam meā acceperit. Cui illa. Abſit dulciſſi-
me frater vt te deſerā ⁊ ſine me abeas. ſed
que fui tecū ꝑticeps gaudij ero ꝑticeps ⁊ do
loꝛis. Tūc inſimul recedētes iuxta quoddā
magnū flumē vbi multi piclitabant quoddā
hoſpitale magnū ſtatuerūt. vt ibi penitētiā

facerēt ⁊ oēs q̄ vellēt trāſire fluuiū inceſſan
ter trāſueherēt ⁊ hoſpicio vniuerſos paupe
res reciperēt. Poſt multū vero tꝑis media
nocte dū iulianꝰ feſſus q̄ſceret ⁊ gelu graue
eſſet. audiuit vocē ſe miſerabiliter lamētan
tem. ac iulianū vt ſe trāſferret voce lugubꝛi ī
uocantē. Quod ille audiēs cōcitꝰ ſurrexit ⁊ iaꝫ
gelu ipm̄ deficientē inueniēs in domū ſuā
poꝛtauit ⁊ ignē accēdēs ipm̄ calefacere ſtu-
duit. Sꝫ cū calefieri nō poſſꝫ ⁊ ne ibi defice
ret ipm̄ ī lectulū ſuū poꝛtauit: ⁊ diligēter co
operuit. Poſt paululū ille q̄ ſic infirmꝰ ⁊ q̄ſi
lepꝛoſus apparuerat. ſplēdidꝰ ſcādit ad ethe-
ra ⁊ hoſpiti ſuo dixit. Iuliane dn̄s miſit me
ad te mādās tibi ꝙ tuā penitētiā acceptauit
⁊ ambo poſt modicū in dn̄o q̄ſcetis. Sicqꝫ
ille diſparuit. ⁊ iulianꝰ cū vxoꝛe ſua poſt mo
dicū plenꝰ bonis opibꝰ ⁊ elemoſinis in dn̄o
requieuit. E Fuit ⁊ alius iulianꝰ nō q̄dem
ſanctus. ſꝫ ſceleratiſſimꝰ. ſcꝫ iulianꝰ apoſta
ta. Hic iulianꝰ pꝛius fuit monachꝰ ⁊ magne
religionis ſimulatoꝛ. Quedā aūt mulier vt
refert magiſter iohānes beleth ī ſumma de
officio eccl'ie: habēs tres ollas plenas auri.
aurū illud ī oꝛificijs ollaꝝ cinere ne appare-
ret operuit ⁊ p̄dictas ollas iuliano quē ſan-
ctiſſimū hoīem eſtimabat coꝛā aliq̄bus mo
nachis ſeruādas tradidit. ꝙ aūt aurū ibidē
eſſet nulli alij indicauit. Iulianꝰ igit̄ p̄dictas
ollas accipiēs ⁊ tā copioſuꝫ aurū ibidē inue
niens: totū illud aurū furatꝰ eſt. ⁊ ollas reple
uit cinere. Poſt aliquot tꝑs cū mulier depo
ſitum ſuū requireret. ille ollas cū cinere ſibi
reddidit. Cū vero aurū requireret cōuince-
re illū nō potuit. qꝛ de auro teſtes nō habue
rat: quoniā monachi coꝛā q̄bꝰ hoc ſibi tradi
derat. nil in eis niſi cinerē viderāt. Et ſic au
rum obtinuit cū quo romam fugit. Et ꝑ il-
lud aurū ſequēti tꝑe rome obtinuit ꝯſulatū
deinde ī imperiū ſublimatꝰ eſt. Qui cū iſtru
ctus eſſet a puericia in arte magica ⁊ multū
ſibi placeret. magiſtros inde plures ſecū ha
bebat. Sic aūt quadā ſicut in hiſtoꝛia tripar
tita habet cūꝫ puer adhuc eſſet ⁊ recedente
magiſtro ſuo ſolus remāſiſſet ⁊ adiuratio-
nes demonuꝫ legere incepiſſet ante eū ma
xima multitudo demonum inſtar ethiopuꝫ



nigroꝝ aduenit. Tunc iulianus hoc videns
⁊ metuēs ſignuꝫ crucis ꝓtinus fecit ⁊ oīs il-
la multitudo demonuꝫ euanuit. Qui cū ma-
giſtro reuertēti quid ſibi accidit retuliſſet
dixit ei magiſter ſuus. Hoc ſignū crucis ma
xime demones odiunt ⁊ timent. Sublimatꝰ
igitur in imperiū huius rei memoꝛans cum
ꝑ artē magicā ſi operari vellet apoſtatauit.
⁊ ſignū crucis vbiqꝫ deſtruxit: ac xp̄ianos in
quātū potuit ꝑſecutus eſt. putās ꝙ aliter de
mones ſibi minime obedirent. Deſcendens
iulianus in ꝑſidā ſicut legitur in vitaſpatruꝫ
miſit demonē in occidēte vt ſibi inde depoꝛ-
taret reſpōſum. Cum aūt demō ad quendaꝫ lo
cum veniſſet ꝑ decē dies ibidē immobilis ſte
tit. qꝛ quidā monachus ibidem die ac nocte
oꝛabat et ei ſine effectu regreſſo dixit iulia-
nus. quare tantū tardaſti. qui reſpōdit. Su-
ſtinui per decem dies publicuꝫ monachum
ſi forte ab oꝛatione ceſſaret ⁊ trāſire poſſem
Cumqꝫ nō ceſſaret ꝓhibitus ſum tranſire ⁊
redij nihil agens tunc indignatus iulianꝰ di
xit ꝙ cū illuc veniret vindictaꝫ de illo mona
cho faceret. Cum ergo de perſis victoꝛiam
ſibi demones pꝛomitterēt. ſophiſta ſuus di-
xit cuidam chꝛiſtiano. Quid putas nūc facit
fabꝛi filius. Et ille ſepulchꝛum parat iulia-
no. Dū igitur vt in hiſtoꝛia ſancti baſilij legi
tur ⁊ vt fulbertus carnotenſis epiſcopus te
ſtatur. ceſareā capadocie deueniſſꝫ ſanctus
baſiliꝰ eidem occurrit ⁊ quattuoꝛ panes oꝛ-
deaceos ꝓ munere ei miſit. At iulianus in-
dignatus eos recipere ꝯtempſit. ⁊ pꝛo pani
bus ſibi fenum miſit dicens. Pabulum no-
bis irrationabiliū animalium obtuliſti reci
pe quod miſiſti. reſpondit baſilius. Nos quidē
quod comedimus tibi miſimus. tu vero dediſti
nobis vnde beſtias tuas nutri. Ad hoc iratꝰ
iulianꝰ r̄ndit. Cū perſas ſubegero hanc vꝛbē
deſtruā ⁊ arabo. vt ferrifera magiſqꝫ homi-
fera nominet. Sequēti autē nocte vidit ba-
ſilius in eccleſia ſancte marie in viſu multi-
tudinē angeloꝝ ⁊ in medio eoꝝ quādā femi
nā in trono ſtantē ⁊ aſtantibꝰ dicentē. voca-
te mihi cito mercuriū qui iulianuꝫ apoſtatā
occidat q̄ me ⁊ filiū meū ſup'ne blaſphemat
Erat āt mercuriꝰ miles quidā q̄ ab ipo iulia

no ꝓ fide xp̄i fuerat iterfectꝰ ⁊ in eadē eccl'ia
erat ſepultꝰ ſtatimqꝫ ſanctus mercurius cū
armis ſuis q̄ ibi ſeruabantur affuit ⁊ iuſſus
ab ea in pꝛeliū ſe pꝛeparauit. Expergefactꝰ
itaqꝫ baſilius ad locū vbi mercurius cum ar
mis ſuis quieſcebat iuit ⁊ monumētū ſuum
aperiēs nec coꝛpus ibidē repit nec arma in-
uenit. tūc cuſtodē q̄s arma aſpoꝛtauerit inq̄
ſiuit. Ille vero cū iuramēto affirmabat eadē
arma veſpere ibidē fuiſſe vbi ꝑpetuo ſerua-
bant. inde igit̄ baſiliꝰ recedens ⁊ mane illuc
rediēs inuenit ibidē coꝛpꝰ eiꝰ ⁊ arma ⁊ lance
am ſanguine cruentatā. Et ecce quidam de
exercitu rediēs dixit. Cum iulianꝰ impatoꝛ
in exercitu moꝛaret. ecce quidā miles igno-
tus cū armis ſuis ⁊ lancea veniēs ⁊ calcari-
bus vꝛgens equū audaci mēte iulianū impa
toꝛē impetijt ⁊ lanceā foꝛtiter vibrās ipſum
valide ꝑ mediū ꝑfoꝛauit. ⁊ ſubito abſcedēs
nuſq̄ cōparuit. Ipſe vero iulianus dū adhuc
ſpiraret ſanguine ſuo ſic dicit̄ in hiſtoꝛia tri
partita manuꝫ ſuā impleuit ⁊ in aera ꝓiecit
dicens. Viciſti galilee viciſti. Sicqꝫ in his
vocibus miſerabiliter expirauit. Ab oībus
autem ſuis inſepultus relinquitur ⁊ a perſis
excoꝛiatur ⁊ de coꝛio ſuo regi perſaruꝫ ſub
ſtratoꝛium efficitur.

¶ De feſtiuitatibus que eueniūt infra tem
pus deuiationis.

DIcto de feſtiuitatibꝰ
que occurrūt infra tꝑs quod par-
tim ꝯtinetur ſub tempoꝛe recō
ciliationis: partim ſub tꝑe per-
egrinatiōis quod tempus reꝑſentat eccleſia a
natiuitate xp̄i vſqꝫ ad ſeptuageſimam ſequi
tur videre de feſtiuitatibus q̄ eueniūt infra
tꝑs deuiationis. quod incepit ab adam ⁊ dura
uit vſqꝫ ad moyſen. quod tꝑs reꝑſentat eccl'ia
a ſeptuageſima vſqꝫ ad paſca.

¶ De ſeptuageſima. xxxi A

SEptuageſima ſignat
tempus deuiatiōis ſexageſima
tempus viduationis. quinqua-
geſima tēpus remiſſionis. qua
drageſima tēpus penitentie ſpiritualis. In
choat aūt ſeptuageſima a dn̄ica in qua can-

tatur. Circundederunt me. ⁊ terminatur in
ſabbato poſt paſca. Inſtituta eſt autem ſe-
ptuageſima ꝓpter tres rationes ſicut innui
tur in ſumma de officio magiſtri iohānis be
leth. ſcȝ propter redemptionē quoniā ſancti
pr̄es ſtatuerūt ⁊ ꝓpter venerationeȝ diei a-
ſcētionis in qua natura noſtra celos aſcēdit
⁊ ſup choros angeloꝝ ſublimata eſt. ſemper
ipſa quinta dies ſolēnis ⁊ celebris haberet
⁊ in eo ieiuniuȝ non obſeruaret: qꝛ in primi-
tiua eccleſia eque ſolēnis erat ſicut prima fe
ria. vnde ⁊ tūc ſolēnis proceſſio fiebat ad re
preſentandū proceſſionē diſcipuloꝝ vel ipſo
rū angeloꝝ. Ideo in vulgare ꝓuerbium ver
ſum eſt vt diei dominica dicat cognata dies
iouis. qꝛ antiquitus fuit eque ſolēnis: ſed fe
ſta ſanctoꝝ ſuꝑuenerūt ⁊ celebrare tot feſta
erat quaſi onoroſum: iō ſolēnitas illa ceſſa-
uit. In redēptionē ergo illoꝝ dierum ſancti
patres vnam ſeptimanam quadrageſime
in abſtinētia addiderūt ⁊ ſeptuageſimā vo-
cauerunt. B Alia eſt ꝓpter ſignificatio
nem quoniā ꝑ hoc tempus ſignificatur deui
atio exiliū ⁊ tribulatio totius humani gene
ris ab adam vſqȝ ad finē mundi: qḋ quidem
exiliū ſub reuolutione ſeptem dierum pera-
gitur. ⁊ ſub reuolutione ſeptem milium an-
noꝝ includitur. Per ſeptuaginta enim dies
ſeptuaginta centenas annorū intelligimus
Ab initio autem mundi vſqȝ ad aſcēſionem
ſex milia annoruȝ computamus. ⁊ tunc ve-
ro quicquid temporis ſequitur vſqȝ ad fineȝ
mundi ſub ſeptimo millenario comprehen-
dimus cuius terminum ſolus deus nouit.
Nos igit̄ xp̄s in ſexta etate mūdi ab hoc exi
lio in ſpe eterne retributionis. reddita inno
centie ſtola per baptiſmum eripuit. Sed cō
ſummato tempore noſtri exilij vtraqȝ ſtola
nos perfecte decorabit. Hinc eſt ꝙ in hoc
tempore deuiationis ⁊ exilij cantica letitie
deponimus. ſed tamē in ſabbato paſce vnuȝ
all'a decātam⁹ tanq̄ in ſpe eterne patrie gra
tulātes. ⁊ ſtolā innocētie in ſexta mūdi eta-
te per xp̄m recuperātes. Cui etiam tractus
ſubijcit̄ ꝑ queȝ ſignificatur labor quē adhuc
ad impletionē mādatoꝝ dei habere debem⁹
In ſabbato poſt paſca in quo vt dictū eſt ter
minatur ſeptuageſima. duo alleluya canta-
mus qꝛ cōpleto huius mūdi termino dupli-
cem ſtolā glorie cōſequemur. C Alia eſt
ratio ꝓpter rep̄ſentatōeȝ. qm̄ ſeptuageſima
rep̄ſentat ſeptuaginta annos qbus filij iſra
hel ſub captiuitate babilonica fuerunt. Et
queādmodū illi depoſuerūt organa ſua dicē
tes quō cantabim⁹ canticuȝ dn̄i ⁊c. ſic ⁊ nos
cātica laudis deponim⁹. Poſtea vō data il-
lis licētia redeūdi a ciro ſexageſimo anno ce
perūt letari ⁊ nos qȝ in ſabbato paſce tanq̄
in ſexageſimo anno all'a cātam⁹ eoꝝ rep̄ſen
tādo leticiaȝ. ſȝ tñ illi in apparatu redit⁹ ⁊ in
colligēdo ſarcinulas multum laborauerūt ⁊
nos poſt all'a tractū ſtatim ſubiūgim⁹ q̇ labo
rē ſignificat. Sabbato aūt quo ſeptuageſi-
ma terminat̄ duo all'a cantamus eoꝝ plenā
letitiā ꝑ quā ꝑuenerunt in patriā figurātes.
Hoc ēt tp̄s captiuitatis ⁊ exilij filioꝝ iſrael
rep̄ſentat tp̄s noſtre peregrinatiōis qꝛ ſicut
ipſi in ſexageſimo anno ſunt liberati ſic nos
in ſexta mūdi etate ⁊ ſicut adhuc in colligen
do ſarcinulas laborauerūt ſic ⁊ nos ēt libera
ti in cōpletione mādatoꝝ laboramus. Sed
cū ad patriā peruētū fuerit. labor oīs ceſſa-
bit ⁊ gloria ꝑfecta erit ⁊ duplex all'a in corpe
⁊ aīa cātabim⁹. In hoc igit̄ tpe exilij eccleſia
multis tribulatiōibus preſſa ⁊ fere in barra
tro deſperatiōis poſita ab alto trahēs ſuſpi
ria clamat in officio ⁊ dicit. Circūdederunt
me gemit⁹ mortis ⁊c. ⁊ oſtēdit multiplicē ſui
tribulationē quā hȝ ⁊ ꝓ miſeria ꝯtracta ⁊ ꝓ
duplici pena inflicta ⁊ pro culpa quo ad ali-
quos cōmiſſa. Sed tñ ne deſperet ꝓponitur
in euāgelio ⁊ in ep̄l'a triplex ſalubre remediū
⁊ triplex p̄miū. Remediū eſt vt ſi ab illis vult
ꝑfecte liberari. in vinea aīe ſue laboret ab-
ſcidēdo vicia ⁊ peccata. poſtea in ſtadio pre-
ſentis vite ſue currat ꝑ penitētie opera dein
de viriliter in agone pugnet cōtra oīa diabo
li temptamēta. ⁊ ſi hoc fecerit triplex p̄miuȝ
habebit. qꝛ laborāti dabit̄ denarius currēti
brauiū pugnāti corona. Quia etiam ſeptua-
geſima ſignificat tp̄s noſtre captiuitatis pro
ponitur nobis remediū per qḋ a captiuitate
poſſum⁹ liberari. ſ. per curſum fugiēdo per
pugnaȝ preliando. per denariū redimendo.



¶ De ſexageſima. xxxij A

SExageſima inchoat
in dn̄ica in qua cantatur exur-
ge quare obdormis dn̄e. ⁊ ter-
minatur in quarta feria poſt pa
ſca. Inſtituta eſt autē ꝓpter redēptionē pro
pter ſignificationē ⁊ ꝓpter rep̄ſētationem.
Propter redēptionē qm̄ melchiades papa
⁊ btūs ſilueſter ſtatuerūt vt bis in oī ſabba
to comederet̄ ne ꝓpt̄ abſtinētiā quā hoīes
ſuſtinuerūt ī ſexta feria in q̄ oī tpe ieiunādū
eſt natura debilitaret̄. In redēptionē ergo
ſabbatoꝝ illi⁹ tpis vnā ſeptimanā quadrage
ſime addiderūt ⁊ ſexageſimā vocauerūt. Alia
ratio eſt ꝓpter ſignificationē qm̄ ſexageſi-
ma ſignificat tp̄s viduitatis eccl'ie ⁊ meroꝛē
illi⁹ ꝓ abſentia ſpōſi. qm̄ fruct⁹ ſexageſimus
debet̄ viduis. ī ꝯſolationē aūt illi⁹ ꝓ abſētia
ſpōſi q̇ ad celos rapt⁹ eſt dant̄ eccl'ie due ale
ſcilȝ ſex operum mīe exercitatio ⁊ decalogi
īpletio. Vñ ſexageſima ſonat ſexies decē vt
per ſex intelligant̄ ſex oꝑa miſericordie per
decē intelligatur decalogus. Tertia ratio ē
ꝓpter rep̄ſētationē. Nā ſexageſima nō ſolū
ſignificat tp̄us viduitatis: ſed etiā miſteriū
noſtre redemptiōis rep̄ſētat. Nā per decem
intelligitur homo q̇ eſt decima dragma eo
ꝙ factus ſit vt ruinā nouem ordinū repara
ret. vel intelligitur per deceȝ eo ꝙ cōſtat ex
quattuor humoribus q̄tum ad corpus ⁊ ha
bet tres potentias in aīa. ſ. memoriā intel-
ligentiā ⁊ voluntatē. que facte ſunt vt ſerui
ant beatiſſime trinitati vt in ipſaȝ fideliter
credamus ipſam feruēte diligamus ⁊ ſem
per in memoria teneamus. Per ſex intelli-
gūtur ſex myſteria per que homo decimus
eſt redemptus que ſunt Incarnatio. natiui
tas. paſſio deſcenſio ad inferos reſurrectio
⁊ in celū aſcenſio. Et protenditur ſexageſi-
ma vſqȝ ad quartā feriam poſt paſca in qua
cantatur Venite benedicti patris mei quia
illi qui in operibus miſericordie ſe exercent
audient iſtud. venite benedicti vt ipē xp̄s te
ſtatur. vbi tūc ſponſe ianua aperietur. ⁊ am
plexu ſpōſi fruetur. In epiſtola admonetur
vt ad inſtar pauli tribulationē de abſētia ſpō-
ſi patienter toleret. In euangelio vt ſemina
tioni bonorū opeꝝ ſemꝑ inſiſtat. Et q̇ quaſi
deſperās clamauerat circūdederūt me gemi
tus mortis nunc quoqȝ ad ſe rediēs petit in
officio in tribulationibus adiuuari ⁊ ab ip-
ſis eripi dicens. Exurge domine ⁊c. ⁊ ponit
ibi triplex exurge. Quidam enim ſunt in ec
cleſia qui aduerſus premūtur. ſed nō deijci-
untur. Quidā qui premuntur ⁊ deijciuntur.
quidam nec premunt̄ nec deijciūtur tamen
qꝛ aduerſa nō tolerāt periculū eſt ne ꝓſpe-
ra ipſos frangant. Clamat ergo eccleſia vt
exurgat q̄tū ad p̄mos ipſos ꝯfortādo cum
dormire videant̄ ipos nō eripiēdo. Clamat
vt exurgat q̄tū ad ſcḋos ipos ꝯuertēdo a q̇
bus videt̄ faciē auertiſſe ipos quodāmodo
repellādo. Clamat vt exurgat q̄tū ad terti-
os ipſos in ꝓſperis adiuuando ⁊ liberādo.

¶ De quinquageſima. xxxiij A

QUinquageſima durat
a dominica in qua cantat̄. Eſto
mihi in deū ⁊c. ⁊ terminatur ipo
die paſce. Inſtituta ē aūt ꝓpter
ſuppletionē. ꝓpter ſignificationē ⁊ ꝓpter re
preſentationē. ꝓpter ſuppletionē. quoniam
cum debeamus. xl. diebus ieiunare ad ſimi
litudinē xp̄i. ⁊ nō ſunt ibi niſi. xxxvi. dies ie-
iunabiles. qꝛ in dn̄icis nō ieiunat̄: tñ ꝓpter
leticiā ⁊ reuerētiā reſurrectōis tuȝ exemplo
xp̄i qui ipſa die reſurrectionis bis comedit
ſ. quādo intrabat ad diſcipulos ianuis clau-
ſis. ⁊ illi obtulerūt ei ꝑtē piſcis aſſi ⁊ fauum
mellis. ⁊ iterū cū diſcipulis eūtib⁹ in emaus
ſm quoſdā. iō ꝓ ſuppletione dn̄icarū additi
ſunt q̄ttuor dies. Et iteꝝ clerici vidētes ꝙ
ſicut p̄cedebāt ppl'm ordine. ita p̄cedere de-
berēt ſanctitate ꝑ duos iteꝝ dies ante illos
q̄ttuor aſtinere ⁊ ieiunare icipiūt. Et ſic vna
ſeptimana addita eſt q̄ ⁊ q̄nquageſima noīa
tur. ⁊ hoc papa theleſphor⁹ ordinauit: vt ait
Amb. Alia ratio ē ꝓpter ſignificationeȝ qm̄
q̄nq̄geſima ſignificat tp̄s remiſſiōis. i. tp̄s
pnīe ī qua oīa remittūtur. q̄nquageſim⁹ eñi
annus erat iubileus qui erat ann⁹ remiſſio
nis. quia tūc debita dimittebant̄ ſerui libe-
rabant̄. ⁊ omnes ad ſuas poſſeſſiões reuer

tebant. Per quod ſignificabat ꝙ per peni-
tentiam dimittuntur debita peccatoꝝ liberā
tur oēs a ſeruitute demonū ⁊ reuertunt ad
poſſeſſiōes celeſtiū manſionū Tertia rō eſt
ꝓpter repn̄tationē. Nā quinq̄geſſima nō ſo
lum tp̄s remiſſiōis ſignificat ſed etiā ſtatū
btitudinis repn̄tat. Nā in q̇nquageſimo an
no iubilei efficiebāt liberi in q̇nquagiſimo die
a die anni imolati lex data eſt in q̇nquageſi
mo die a paſca datus eſt ſpūſſctūs. Et ideo
hic nūerus btitudinē repn̄tat. vbi erat ade-
ptio libertatis. cognitio ꝟitatꝭ ⁊ ꝑfectio ca
ritatis Tria aūt ſunt neceſſaria q̄ ꝓponunt
nobis in ep̄la ⁊ in euāgelio ad hoc ꝙ oꝑa pe
nitētie ſint ꝑfecta. ſ. caritas q̄ ꝓpōit in ep̄la
memoria dn̄ice paſſiōis ⁊ fides q̄ intelligit
ꝑ illuminationē ceci ⁊ hec ponūtur in euan
gelio. Nā fides ip̄a oꝑa facit acceptabilia ⁊
placabilia. q2 ſine fide impoſſibile eſt place-
re deo. Memoria dn̄ice paſſiōis facit eē fa
cilia. Unde Grego. Si paſſio xp̄i ad memo
riam reducit nihil eſt quod nō equo aīo tol-
leret. Caritas facit eſſe cōtinua. q2 ſicut di-
cit Greg. Amor dei nō pōt eē ocioſus oꝑat
eīm magna ſi eſt. ſi aūt oꝑari negligit amor
nō eſt. Et ſicut in principio eccl'ia quaſi de-
ſperās clamauerat. Circundederūt me ⁊c.
⁊ poſtmodum ad ſe rediens adiuuari pete-
bat ita hic iam concepta fiducia ⁊ ſpe venie
ꝓpter penitentiā orat ⁊ dicit. Eſto mihi in
deum protectorem ⁊c. vbi quattuor petit ſci
licet protectionem firmamentum refugiū
⁊ ducatum. Omnes enim filij ſui aut ſunt
in gratia. aut ſunt in culpa. aut in aduerſis.
aut in proſperis. Illis qui ſunt in gratia pe
tit firmamentū vt ſcꝫ in ipſa gratia confir-
mentur. Illis qui ſunt in culpa: petit vt de⁹
ſit eoꝝ refugium. Illis qui ſunt in aduerſis
petit ꝓtectionē. vt in ipſis tribulationibus
ꝓtegant. illis qui ſunt in proſperis petit du
catum vt ſcꝫ in ipſis a deo innocēter ducan
tur. Terminatur autē quinquageſima. vt
dictū eſt in die paſce. q2 penitētia ad nouita
tem vite facit reſurgere. In hoc tp̄e pſalm⁹
quinquageſim⁹. ſ. Miſerere mei deus. q̇ eſt
pſalmus penitentie ⁊ remiſſionis plurimū
frequentatur.

¶ De quadrageſima. xxiiij A

Quadrageſima icipit a dn̄ica qua cantat: Inuocauit me. vbi eccleſia que tot tribula
tionibus preſſa clamauerat cir
cundederūt me ⁊c. Et poſtmodū reſpirauerat inuocando adiutoriū dicens exurge ⁊c.
Et eſto mihi in deū ꝓtectorē ⁊c. Nūc oſten
dit ſe exauditam dicens. Inuocauit me ⁊c.
Notandū aūt ꝙ .xl. continet .xlij. dies cōpu
tatis dn̄icis diebus. ex quibus duꝫ ſex dies
dn̄icales ſubtrahūt remanēt .xxxvi. dies in
abſtinētia q̄ ſunt decima totius anni. Ann⁹
eīm hꝫ trecentos ſexagintaquinq; dies. quoꝝ
trigintaſex ſunt decima. ſed quattuor dies
precedētes addunt vt ſacer numer⁹ .xl. dieꝝ
impleat. quē ſaluator ſuo ieiunio conſecra-
uit. Quare aūt in hoc numero q̄dragenario
ieiuniū obſeruamus. triplex ratio aſſignari
pōt. Prima eſt auguſtini: q̄ſi math. xl. gn̄a
tiones xp̄i poſuit. Ab hoc igit dn̄s ſuo q̄dra
genario nūeros ad nos deſcēdit: vt nos ad
cū noſtro quadragenario aſcendam⁹. Aliā
aſſignat idē dicēs. ad h̄ vt habeam⁹ q̇nqua-
genariū quadragenario addēdus eſt dena-
rius: q2 ad hoc vt veniamus ad beatā requi
em oportet nos toto preſentis vite tp̄e labo
rare vnde ⁊ dn̄s xl. diebus cū diſcipulis mā
ſit ⁊ poſt decia die ſpiritūſanctū paclitū mi-
ſit. Tertiā aſſignat magr̄ ꝑpoſitiu⁹ in ſum-
ma de officio dicē. Mūdus in quattuor ꝑ
tes ⁊ ann⁹ in quattuor tp̄a diuidit. ⁊ homo
ex quattuor elemētis ⁊ quattuor cōplexio-
nibus ꝯſtituit. ⁊ nouā legē q̄ in q̄ttuor euan
gelijs ꝯſiſtit: ⁊ veterē que in decē mādatis
tranſgreſſi ſum⁹. Oportet igit vt denarius
ꝑ quaternariū multiplicet. vt ſic quadrage-
nariū faciam⁹. i. mādata veteris ⁊ noue legꝭ
toto tp̄e vite hui⁹ impleam⁹. Cōſiſtit quidē
corpus noſtrū ſicut dixim⁹ ex quattuor ele-
mētis que etiam quaſi quattuor ſedes i no-
bis habent. Nam ignis in oculis. aer in lin
gua ⁊ auribus. aqua in genitalibus terra in
manibus ⁊ in alijs mēbris dominatur. In
oculis igitur curioſitas. in lingua ⁊ auribus
ſcurrilitas. in genitalibus voluptas. in ma-



nibus ⁊ in alijs mēbris ē crudelitas. hec q̄t-
tuor cōfitetur publican⁹. Quia eīm a longe
ſtat cōfitetur luxuriam: que eſt fetida: quaſi
dicat. nō audeo appropinquare domine ne
in naribus tuis feteam ꝙ non audet ocu-
los ad celū leuare. confitetur curioſitatē ꝙ
manu percutit pectus ꝯfitetur crudelitatē
ꝙ dicit ꝓpicius eſto mihi peccatori cōfitet
ſcurrilitatē. nam ſcurre cōſueuerūt vocari
peccatores vl' potius leccatores. hec prepo
ſitiuus. B Greg. quoq; in omelijs tres
ponit rationes dicens. Cur in abſtinētia q̄-
dragenarius numerus cuſtoditur: niſi quia
virt⁹ decalogi ꝑ libros quattuor ſancti euā
gelij implet. In hoc etiā mortali corpore ex
quattuor elemētis ſubſiſtimus. ⁊ per volu-
ptates eiuſdem corporis preceptis dn̄icis
cōtrariamur. Quia ergo per carnis deſide-
ria decalogi mandata cōtempſimus dignū
eſt vt eandem carnem quaterdecies affliga
mus. A preſenti quoq; die vſq; ad paſcha
ſex hebdomade .i. quadragintaduo dies ve
niunt: ex quibus dum ſex dies dominici de
abſtinentia abſtrahuntur trigintaſex in ab
ſtinentia remanent. Dum vero per tricen-
tos ſexagintaquinq; dies annus ducitur: q̄
ſi anni noſtri decimas deo damus. Hec gre
go. Quare aūt nō obſeruam⁹ noſtrū ieiuniū
eodem tempore quo chriſtus ieiunauit. qui
ſtatim poſt baptiſmū iſtud inchoauit: ſꝫ cū
paſca potius iſtud continuam⁹ quadruplex
ratio aſſignat in ſumma de officio magiſtri
iohannis beleth. Prima eſt vt ſi volum⁹ cū
chriſto reſurgere: q2 ꝓ nobis ip̄e eſt paſſus:
⁊ nos cum eo pati debemus. Secunda cau
ſa eſt vt filios iſrael imitemur: q̇ primo eo
tempore exierunt de egipto: poſtea eo tem
pore de babilonia qđ inde probatur. q̄ſi taꝫ
iſti ꝙ illi ſtatim quādo egreſſi ſunt celebra-
uerunt paſca. Sic ⁊ nos imitātes eos hoc
tp̄e ieiunamus: vt de egypto ⁊ babilonia .i.
hoc mūdo in terrā eterne hereditatis ingre
di mereamur. Tertia cauſa eſt. quoniā fer-
uor libidinis in tp̄e veris magis ſolet nos
accēdere. vt ergo refrenem⁹ corpis eſtū in h̄
tp̄e maxime ieiunam⁹ Quarta eſt q2 ſtatim
poſt ieiuniū debem⁹ corp⁹ dn̄i accipe ſicut er
go filij iſrael ꝓuiſꝙ comederēt agnū afflige
bāt ſe ⁊ comedebāt agreſtes lactucas ⁊ ama
ras. ita ⁊ nos debem⁹ ꝑ penitentiā pri⁹ affli
gi vt digni valeam⁹ comedere agnū vite.

¶ De ieiunio quattuor tēpoꝝ. xxv A

Ieiunia quattuor tem
porum a caliſto papa inſtituta
ſunt. Fiūt aūt hec ieiunia q̄ter i
anno. ſm̄ quattuor tempora ip
ſius anni ⁊ huius eſt multiplex ratio. Pria
eſt q̄ſi ver eſt calidū ⁊ humidū eſtas calida
⁊ ſicca. autūnus frigidus ⁊ ſiccus hyems fri
gida ⁊ humida. Ieiunam⁹ igit in vere vt no
xium humorē .i. luxuriā in nobis tēperem⁹
in eſtate vt noxiū calorē .i. auariciā in nobis
caſtigem⁹. in autūno vt caſtigem⁹ ariditatē
ſupbie in hyeme vt caſtigem⁹ frig⁹ infideli-
tatis ⁊ malicie. Scd̄a ratio eſt quare. ſ. qua
ter in anno ieiunam⁹. quoniā ꝑma hmōi ie
iunia fiūt i marcio. ſ. in prima ſeptimana q̄-
drageſime vt in nobis marceſcant vicia. nō
eīm oino poſſunt extingui. vel poti⁹ vt in no
bis ꝟtutū germina oriant. In eſtate fiūt ſe-
cūda vt in ſeptimana pētecoſtes: q2 tūc ve
nit ſpūſſanctus ⁊ nos debem⁹ eſſe feruētes
in ſpūſancto. In ſeptēbri fiūt ante feſtū ſan
cti michaeliſ tertia ieiunia q̄ſi fruct⁹ tūc col
ligunt: ⁊ nos debem⁹ deo reddere fruct⁹ bo
noꝝ opeꝝ. In decēbri fiūt q̄rta. q̄ſi tūc mo-
riunt herbe ⁊ nos dbem⁹ mortificari mūdo
Tertia ratio eſt vt iudeos imitemur. iudei
q̇dem quater in anno ieiunabāt. ſ. ante pa-
ſca. ante pētecoſteſ ante ſcenophegiā .i. an
te infixionē tabernaculi i ſeptēbri ⁊ ante en
cenia .i. ante dedicationē in decēbri. Quar-
ta rō eſt q̄ſi homo ꝯſtat ex q̄ttuor elemētis
q̄tū ad corp⁹ ⁊ trib⁹ potētijs. ſ. rōnali cōcu-
piſcibili ⁊ iraſcibili q̄tū ad aīam. vt ergo h̄
moderent in nobis quater i anno ꝑ tres di
es ieiunam⁹: vt q̄ternari⁹ referat ad corpus
ternari⁹ vero ad animā. Et he ratiōes ſunt
magiſtri iohannis beleth. Quinta eſt quo-
niam vt dicit iohānes damaſcenus in vere
augmētatur ſanguis in eſtate colera. in au
tūno melācolia. i hyeme flegma. Ieiunam⁹
igitur in vere vt in nobis debilitet ſanguis

cōcupiſcētie ⁊ inepte letitie. Sanguineꝰ em̄ eſt libidinoſus ⁊ letus ī eſtate vt debilitetur colera iracūdie ⁊ fallacie. Colericus em̄ eſt naturaliter iracundus ⁊ verſutus. In autūno vt debilitetur melancolia cupiditatis et triſtitie. Melācolicus em̄ eſt naturaliter cupidus ⁊ triſtis. In hyeme vt debilitetur flegma hebitudinis ⁊ pigricie. Nam flegmaticus naturaliter eſt hebes ⁊ piger. Sexta ratio eſt q̄m ver cōparatꝰ aeri. eſtas igni. autūnus terre. hyēs aque ieiunamꝰ igitur in vere vt in nobis edometꝰ aer elatiōis ⁊ ſupbie. In eſtate vt in nobis edometꝰ ignis cupiditatꝭ ⁊ auaricie. i autūno vt edometꝰ terra frigiditatis ſpiritualis ⁊ tenebroſe ignorātie. In hyeme vt edometꝰ i nobis aqua leuitatis ⁊ incōſtātie. Septima rō eſt q̄m ver refertꝰ ad pueritiā. eſtas ad adoleſcentiā. autūnus ad maturitatē ſiue virilē etatē. hyems ad ſenectutem. Ieiunamꝰ igitꝰ in vere. vt ſimus pueri ꝑ innocentiā in eſtate vt efficiamur iuuenes ꝑ cōſtantiā ⁊ fortes vitādo icōtinētiā. In autūno vt efficiamur maturi per modeſtiā in hyeme: vt efficiamur ſenes per prudentiā ⁊ honeſtā vitā. vel potius in hyeme vt ſatiſfaciamus q̄cquid ꝑ illas quattuor etates offendimus. Octaua ratio eſt magiſtri guill'. altiſſiodorēſis. ideo em̄ quattuor anni tēporibꝰ ieiunamus vt emēdemus: que in illis quattuor anni tēporibus deliquimus. Et fiunt ꝑ tres dies vt ſatiſfaciamus in die qd deliquimus in menſe. Et fiūt in feria quarta q2 tūc dn̄s a iuda traditꝰ fuit. in ſexta feria: q2 in ea crucifixus fuit. in ſabato q2 in ſepulchro iacuit et quia triſtes erant apoſtoli de nece ſui dn̄i

¶ De ſctō Ignatio. xxxvi A

Ignatius dicitꝰ quaſi ignem patiens. id eſt ignem patiens diuini amoris.

aerem et pluuiam cōgruentē. Circa annum dñi. Mccxli. apud papiā in cōuentu ordinis fratrū predicatorꝫ fuit quidā frater religioſe ac ſancte vite noīe iulianus natione fauētinus iuuenis corpe ſed canus mēte q̄ infirmitate vltima claborās cū priorē domus ſuper ſtatu ſuo requiſiuiſſet et ille mortē vicinā ſibi iminere diceret ſtatim facie exhilarat’ et manibus ac toto corpe applaudēs clamare cepit date locū fratres. q2 pre nimia leticie abūdātia anima iam pſiliet extra corpus ex eo ꝙ iam iocūdos rumores audiui. Et eleuatis in celū manibus dicere cepit. Educ de carcere animam meā etc. Infelix ego homo quis me liberabit de corpe mortis huius. Inter hec ille leui ſomno obdormiens vidit beatum marcū ad ſe veniſſe. et ſe iuxta eius lectū collocaſſe. et ecce vox ad eū dicēs. Quid ibi agis o marce et ille ad morientē acceſſi iſtū q2 deo eius miniſterium eſt acceptū. Et iterū vox ad eū. Quare inter ceteros ſctōs ad eū maxime tu veniſti et ille. q2 in me ſpecialē deuotionē habuit et locū vbi corpus meū quieſcit deuotiōe ſedula viſitauit. et iō veni eū in hora ſui exitus viſitare. Et ecce quidā albati totā domū impleuerunt quibus ait marc’ quare huc veniſtis. et illi. Ut iſtius aīaꝫ in cōſpectu dñi preſentem’. Euigilās autē p̄dict’ frater pro priore domi’ a quo ego iſta audiui cōtinuo miſit et oīa q̄ viderat ſibi recitans cū multo gaudio in dño feliciter obdormiuit.

## De ſctō Marcellino papa. lviij

Marcellinus annis nouem et mēſibus quattuor romanā eccliam rexit. Hic iuſſu dioclecciani et maximiani capit’ et ad ſacrificādū adducit’. Cū aūt nō aſſentiret: et ex hoc diuerſorꝫ tormentorꝫ gnā ſuſtinere deberet metu paſſionis duo grana incenſi in ſacrificio poſuit. Tunc magna adeſt infidelium leticia. ſed fideles ingens triſtitia ꝑcuſſit. veruntamen capite infirmato fortiora mēbra reſurgunt et minas principum paruipendunt. tūc fideles ad ſummū pontificē conueniunt et ipſum plurimū redarguūt. qꝺ ille cernens in concilio epōꝝ ſe ſuppoſuit iudicādū ad quē illi abſit: vt ſumm’ pōtifex ab aliquo iudicet’. ſ3 tu in te collige cāꝫ tuā et ꝓprio ore te diiudica. Ipſe aūt iā penitēs pluri mū ingemuit et ſeipꝫ depoſuit. ſ3 tm̄ cū oīs turba iterū reelegit. Qꝺ ceſares audientes iterū eū capi fecerūt et dū nullaten’ ſacrificare vellet eū decollari mādauerūt. Et iterum creuit furor hoſtilis vt īfra mēſeꝫ. xvij. milia xpianoꝝ perimerent’. Marcellin’ aūt dū decapitari deberet ſe xpiāna ſepultura idignū eſſe aſſeruit. et iō oēs q̄ ſe ſepelire p̄ſumerēt excōicauit qua ꝓpter corpus ei’ inſepultum xxxv. dieb’ remāſit. Poſt hoc btūs petr’ apoſtolus marcello ſucceſſori ei’ appuit dicens Frater marcelle quare nō ſepelis me. Cui ille. Nōne dudū ſepultus es dñe. Cui apls Me inſepultū reputo ꝙdiu marcellinū inſepultū videro. Cui ille. Nōne dñi noſti q2 ille oēs q̄ eū ſepelirent anathematizauit. Cui petrus. Nōne ſcriptū eſt qui ſe humiliat exaltabitur. Unde hoc attendere debuiſti. Uade igit’ et ip̄m ad pedes meos ſepelias. Qui ſtatim iuit. et iuſſa laudabiliter cōpleuit.

## De ſancto vitali. lix

Vitalis quaſi viuēs talis. q2 qualis viuebat exteri’ in ope talis erat intus in corde. vel vitalis a vita vel vitalis viuens alis. i. tuēs ſe alis virtutū. Ipſe em̄ fuit tāꝙ vnū de aīalib’ dei q̄ vidit ezechiel hñs in ſe quattuor alas. ſ. alā ſpei qua volabat in celū alā amoris qua volabat in deū. alā timoris qua volabat in infernū: alā cognitionis qua volabat in ſeip̄m. Eius paſſio in libello geruaſii et ꝓthaſij reperta fuiſſe putatur. A

Vitalis miles conſularis ex valeria vxore geruaſium et prothaſium genuit. hic cum paulino iudice reuēnam ingreſſus cum quendā ibidem chriſtianum medicum nomine vrſicinū poſt multa tormentorū genera iuſſum decollari videret et ille medicus nimiū expauiſſet. exclamauit ad eum ſctūs vitalis dicēs. Noli frater vrſicine medice q̄ alios curare cōſueuiſti teip̄m eterna morte occidere: et q̄ ad palmā martirij ꝑ multas paſſiones veniſti. noli coronā amittere tibi a deo paratā. Quod vrſicinus audiens cōfortat’ eſt: et de pauore ſuo penitēs martiriū libenter accepit. Sanctus autē vitalis eum honorifice ſepeliri fecit: et poſt hoc ad paulinū dominū ſuum vltra venire contempſit. Ille vero nimiū indignatus. tum quia ad ſe venire noluit. tum quia vrſicinū ſacrificare volentē retraxit: tum quia xpianū ſe eſſe oſtendit iuſſit euꝫ in eculeū leuari. Cui dixit vitalis. Stultiſſim’ es ſi me putas decipere qui alios ſemper ſtuduī liberare. Et ait paulinus miniſtris. Ducite eū ad palmā et ſi ſacrificare noluerit foueā ꝓfundiſſimā donec perueneritis ad aquā ibideꝫ facite et ibi cū viuū et ſupinū ſepelite quod et fecerūt et beatum vitalē ibidē viuuꝫ ſepelierunt ſub nerone qui cepit circa annū dñi. lvij. Sacerdos auteꝫ qui hoc conſiliuꝫ dederat ſtatim a demone arreptus ꝑ ſeptem dies inſaniēs in illo loco exclamabat dicens. Incēdis me ſancte vitali. Die autem ſeptima in flumen a demone precipitatus miſerabiliter expirauit. Uxor autem ſancti vitalis cū mediolanū rediret. inuenit quoſdam idolis immolantes. qui cū eam hortarentur vt idolis immolata comederet. reſpondit. Xp̄iana ſum non licet mihi de veſtris ſacrificijs manducare. Quod illi audiētes tam dire eā verberauerunt ꝙ homies ſui qui cū ea erāt vſq3 mediolanū eā ſemiuiuā deduxerūt vbi infra triduū feliciter migrauit ad dñm.

## De virgine quadā antiochena lx A

Virgo quedaꝫ fuit antiochie cui’ hiſtoriā ambroſi’ in. ij. lib. de v̄ginibus recitat in hec verba. Antiochie nup virgo quedā fuit fugitans publici viſus oſtentationem. Sed quo magis virorū vitabat oculos. incedebat affectus eo amplius impudicos. Pulchritudo em̄ audita nec viſa plus deſideratur duobus ſtimulis cupiditatum amoris et cognitiōis dū ei nihil occurrit qꝺ minus placeat. et plus putatur eſſe qꝺ placeat. quod non iudex oculus explorat. ſed animus amator exoptat Itaq3 ſancta virgo ne diutius aleret’ potiende ſpes cupiditatis integritatē pudoris ꝓfeſſa ſic reſtrinxit iprobōrum facies vt iam nō amaret’ ſed ꝑderet’ Ecce perſecutio. puella fugere neſcia. etate pauida ne incideret ī inſidiatores pudoris aīm ad virtutē parauit. tā religioſa vt mortem non timeret. tam pudica vt mortē expectaret. venit enim corone dies maxima omnium expectatio. ꝓducitur puella duplex ꝓfeſſa certamen et caſtitatis et religionis. ſed vbi viderūt conſtantiā ꝓfeſſionis. metū pudoris. paratā ad cruciatus. erubeſcenteꝫ ad aſpectus excogitare ceperūt. queadmoduꝫ ſpe caſtitatis religionem tollerent. vt cū id abſtuliſſent qꝺ erat ampli’ etiā id eriperēt. qꝺ derelinquerēt. Aut ſacrificare virginem aut lupanari ꝓſtitui iubent. Quomodo colunt deos ſuos qui ſic vindicant. aut queadmodū ipſi viuūt qui ita iudicāt. Hec puella non quo de religione ambigeret ſed quo de pudore trepidaret ipſa ſecū inquit. quid agimus hodie. aut martir aut virgo. altera nobis inuidetur corona. ſed nec v̄ginis nomē agnoſcit’ vbi virginitatis autor negat’. Naꝫ queadmodū virgo ſi meretricē colas. quemadmodū virgo ſi adulterū diligas queadmodum virgo ſi amoreꝫ petas tolerabilius eſt mentē virginē ꝙ carnē habere vtrūq3 bonū ſi liceat ſi nō liceat. ſaltē nō homini caſte ſed deo ſum’. Et raab meretrix fuit. ſ3 poſt ꝙ dño credidit ſalutē inuenit. Et iudith ſe vt adultero placeret ornauit. que tamen q2 hoc religione nō amore faciebat. nemo eaꝫ adulteram iudicabat. Bene ſucceſſit exemplum. Nā ſi illa que ſe cōmiſit religiōi et pudorem ſeruauit: et patriā fortaſſis et nos ſeruando religionē ſeruauimus etiā caſtitatē quod ſi iudith pudicitiaꝫ religioni preferre voluiſſet. perdita patria etiaꝫ pudicitiā perdidiſſet. Itaq3 talibus informata exemplis ſimul animo tenens verba dñi quibus ait. quicūq3 perdiderit aīam ſuā ꝓpter me inueniet eam. fleuit et tacuit ne eam vel loquētē adulter audiret nec pudoris elegit iniuriaꝫ ſed chriſti recuſauit. Eſtimate vtrum adulterare potuerit corpore que nec voce adulterauit. Iamdudum verecundabatur oratio

mea ⁊ q̄ſi adire geſtorū ſeriē crimioſaꝫ atqꝫ
explanare formidat. Claudite aures virgi-
nes dei. ducitur puella dei ad lupanar. Sed
aperite aures virgines dei. virgo proſtitui
poteſt. adulterari non poteſt. Ubicunqꝫ dei
virgo eſt templū dei eſt. nec lupanaria infa
mabant caſtitatem. ſed caſtitas etiā loci ab
olet infamiam. Ingens petulantium con-
curſus fit ad fornicem. diſcite martiriū mi-
racula ſancte virgines. diſcite locorū voca-
bula. Clauditur intus colūba. ſtrepunt acci
pitres foris: certāt ſinguli qui predā prim⁹
inuadat. B At illa manibus ad celū le-
uatis quaſi ad domū orationis veniſſet non
ad libidinis diuerſoriū. xp̄e inquit domuiſti
virgini feros leone. potes domare etiā ho-
minū feras mētes. Chaldeis rorauit ignis
iudeis ſeſe vnda ſuſpendit miſericordia tua
non natura ſua. Suſanna ad ſuppliciuꝫ ge
nua flexit. ⁊ de adulteris triūphauit Aruit
dextra que templi tui dona violabat. Nunc
templum ipſum attrectatur tuum: ne patia
ris inceſtuꝫ ſacrilegij qui non paſſus es fur
tum. Benedicatur ⁊ nunc nomen tuum. vt
que ad adulteriuꝫ virgo veni. virgo diſcedā
Uix compleuerat orationem. ⁊ ecce miles
ſpecie terribilis irrupit. quemadmodū vir-
go tremuit cui populus tremēs ceſſit. Sed
illa non immemor lectionis Et daniel inquit
ſuppliciū ſuſanne ſpectaturus aduenerat: ⁊
quam populus damnauerat vnus abſoluit
Poteſt ⁊ in hoc lupi habitu ouis latere Ha
bet ⁊ xp̄us milites ſuos qui etiam legiones
habēt. aut fortaſſe percuſſor intrauit: ne ve
rearis aīa ⁊ tales ſolent martires facere.
O virgo fides tua te saluā fecit. Cui miles
Queſo ne paueas ſoror huc veni ſaluare ani
maꝫ nō perdere. Serua me vt ipſa ſerueris
quaſi adulter ingreſſus ſi vis martir egredi
ar. veſtimēta mutemus conueniūt mea tibi
⁊ tua mihi. ſed vtraqꝫ xp̄o. Tua veſtis me ve
rum militem faciet ⁊ mea te virginem. Be
ne tu veſtieris. ego melius exuar. vel me ꝑ-
ſecutor agnoſcat. Sume habitū qui abſcon
dat feminam. tarde qui cōſecret martirem
Indue clamidem que occultet mēbra virgi
nis ⁊ ſeruet pudorem. ſume pileū qui tegat
crines. abſcōdat ora. ſolēt erubeſcere qui lu
panar intrauerunt. Sane cum egreſſa fue-
ris ne reſpicias retro memor vxoris loth q̄
naturam ſuam; quia impudicos licet caſtis
oculis aſperit amiſit. nec verearis ne quid ꝑ
eat ſacrificio. Ego pro te hoſtiā deo me red
dam. tu pro me militem xp̄o habens bonaꝫ
militiā caſtitatis. que ſtipendijs militat ſem
piternis loricam iuſticie que ſpirituali mu-
nimine corpus induat. ſcutuꝫ fidei quo vul
nus repellas. galeam ſalutis. Ibi enim eſt
preſidium noſtre ſalutis vbi eſt chriſtus q̄m
mulieris caput eſt vir virginuꝫ xp̄us. Et in
ter hec verba clamidem exuit ſuſpectus. tū
adhuc habitus ⁊ pſecutoris ⁊ adulteri. Uir
go ceruicem clamidem cepit miles offerre.
Que pompa illa. que gratia cū in lupanari
de martirio certarent. Addātur perſone mi
les ⁊ virgo. he diſſimiles inter ſe natura: ſꝫ
dei miſeratione cōſimiles. vt cōpleatur ora
culum. Tunc lupi ⁊ agni ſimul paſcent. Ec
ce agna ⁊ lupus non ſoluꝫ ſimul paſcuntur
ſed etiaꝫ immolantur. Quid plura. Muta
to habitu euolat puella de laqueo. iam non
ſuis alis. vtpote que ſpiritualib⁹ ferebatur
⁊ q̄ nulla vnq̄ viderūt ſecula. Egreditur de
lupanari virgo xp̄i. At ille q̄ videbāt oculis
⁊ nō videbāt corde. ceu raptores ad agnam
lupi fremuere ad predam. vnus qui erat im
modeſtior introiuit. Sꝫ vbi hauſit oculis rei
exitū quid hoc inquit eſt. puella ingreſſa eſt
vir videt. Ecce nō fabuloſum illud cerua ꝓ
virgine. ſed q̄d verū eſt mileſ ex virgine. At
etiā audieram ⁊ nō crediderā q̄ aquas xp̄s
in vina conuertit. iam mutare cepit ſexum.
Recedam⁹ hinc dū adhuc q̄d fuimus ſum⁹.
Nunq̄d ⁊ ipſe mutatus ſuꝫ q̄ aliud cerno q̄
credo. Ad lupanar veni. cerno vadimoniū ⁊
tamen duꝫ mutat⁹ egrediar. pudicus exibo
qui adulter intraui. iudicio rei: q̄r debebat
tanto corona victori. dānatus eſt ꝓ virgine
qui ꝓ virgine cōprehenſus eſt. ita de lupana
ri nō ſolū virgines: ſed etiā martires exie-
runt. C Fert puellā ad locū ſupplicij ſcu
curriſſe. certaſſe ambos de nece. Cū ille di-
ceret ego ſum iuſſus occidi te abſoluit ſen-
tentia quoniaꝫ me tenuit. At illa clamauit.



Non ego te vadem mortis elegi. ſed preſi-
dem pudoris optaui. Si pudor querit ma-
net ſexus. ſi ſanguis expoſcitur fideiuſſo-
rem non deſidero vnde diſſoluam habeo in
me lata eſt ſententia q̄ pro me lata eſt. Cer
te ſi pecunie te fideiuſſorem dediſſem ⁊ ab-
ſente me iudex tuū cenſum: feneratori adiu
dicaſſet eadē me ſententia conuinceres meo
patrimonio ſoluere tuos nexus. Si recuſa
rem quis me indignā morte cenſeret. q̄to
maior eſt capitis huius cēſura. Moriar in
nocēs ne moriar nocēs. Nihil medium eſt
hodie aut rea ero ſanguinis tui. aut martir
mei. Si cito redij q̄s me audeat excludere.
Si morā feci q̄s me audeat abſoluere. Pluſ
legibus debeo rea nō ſolū fuge mee. ſꝫ etiā
cedis aliene Sufficiunt mēbra mortiq̄ non
ſufficiebāt iniurie. Eſt in virgine vulneri lo
cus q̄ nō erat contumelie ego opprobriū decli
naui nō martiriū tibi ceſſi veſtē nō ꝓfeſſio-
nem mutaui: q̄ ſi mihi preripis mortē non
redemiſti me ſed circūueniſti. Caue queſo
ne contēdas: caue ne contradicere audeas. No
li eripere beneficiū q̄d dediſti dū mihi hanc
ſententiā negas: illā reſtituis ſuꝑiorē. Sen
tentia enī ſententia ſuꝑiore mutat. ſi poſte-
rior me nō tenet ſuꝑior ſentētia tenet. Poſ
ſumus vtriqꝫ ſatiſfacere ſentētie: ſi me pri⁹
patiaris occidi. In te habēt aliā quā exerce
ant penā in virgine obnixius pudorē. Itaqꝫ
glorioſior eris ſi videaris de adultera mar-
tirē feciſſe q̄ de martire adulterā reddidiſſe
Quid expectatis duo contenderūt: ⁊ ambo vi
cerunt. nec diuiſa eſt corona: ſꝫ addita. Ita
ſancti martires inuicē ſibi beneficia conferē-
tes. altera principiū martyrio dedit alter ef
fectū. D Ad etiā philoſophorū gymna-
ſia damonē ⁊ ſinthyaꝫ pictagoreos incolas
ferūt. quorū vnus cū eſſet morti adiudicat⁹
cōmendandorū ſuorū tempus popoſcit Ty
rannus autē aſtutiſſim⁹ cū reperiri nō poſ-
ſe exiſtimaret petiuit vt ſponſorem daret q̄
pro ſe feriretur ſi ipſe moram faceret. Quid
de duobus preclarius neſcio vtrūqꝫ precla-
rum. alter vadem mortis inuenit. alter ſe
obtulit. Itaqꝫ cuꝫ reus moraꝫ ſupplicio fa-
ceret fideiuſſor ſereno vultu mortem nō re-
cuſauit. Cū duceretur amicus reuerſus eſt
ceruicē ſubſtituit. colla ſubiecit. Tūc admi-
ratus tyrannus cariorē philoſophis amici-
tiam q̄ vitam fuiſſe petiuit vt ipſe ab ipſis
quos damnauerat in amicitiā reciperet tā-
tam virtutis eſſe gratiā vt tyrannū inclina-
ret. digna laude ſed minora noſtris. naꝫ illi
ambo viri hic vna virgo que primo etiā ſexū
vinceret. illi amici. iſti cogniti. illi tyranno
vni ſe obtulerunt. iſti tyrannis pluribus ac
etiā crudelioribus q̄ ille pepercit. iſti occi-
derunt. Inter illos in vno obnoxia neceſſi-
tas in his amborū voluntas libera. Hoc quo
qꝫ iſti prudētiores quia illis ſtudij ſui finis
amicitie gratia iſtis corona martirij Illi ei
certauerunt hoībus iſti dn̄o Hec ambroſi⁹

¶ De ſancto petro nouo martire. lxi.

PEtrus interpretatur agnoſcens vel diſcalcians. vel
dicitur petrus a petros quod ē
firmum. Per hoc intelligunt
tria priuilegia que fuerunt in beato petro.
Fuit enī predicator egregius ⁊ inde dicitur
agnoſcens. quia ⁊ perfectaꝫ ſcripturarū no
tiā habuit ⁊ in predicatiōe quid cuiqꝫ cōue-
niret agnouit. Secundo fuit virgo puriſſi-
mus ⁊ inde dicitur diſcalcians. quia a pedi
bus ſuarum affectionum oēm amorē mor-
tuum diſcalciauit ⁊ exuit. vt non ſolum cor-
pore ſed etiam mēte virgo eſſet. Tertio fu-
it martir domini glorioſus. ⁊ ide fuit firm⁹
quia martiriū pro defenſione fidei conſtan
ter ſuſtinuit. A

PEtrus nouus martir de ordine predicatorū fidei pu-
gil egregius de ciuitate veronē
ſi extitit oriundus. Hic tanq̄
ſplendidum lumen de fumo. lilium candēs
de ſentibus rubens roſa de ſpinis exoritur
dum de parentibus per errorem excecatis
lucidus ꝑdicator exurgit. ⁊ de ſauciatis mē
te corporeqꝫ corruptis virginale decus pro
cedit. ac de ſpinis. id eſt de eterno incendio
deputatis inclitus martir aſcendit Paren
tes namqꝫ ſuos infideles ⁊ hereticos hēs
petrus habuit, a quorū tn̄ errore ſe penitus

mūdū ſeruauit. Cum autē adhuc ſeptē eſſet
annoꝝ ⁊ a ſcolis rediret a patruo ſuo q̄ here
ſim ſapiebat q̄d nā in ſcolis didicerit inter-
rogat̄. Qui rn̄dit ſe didiciſſe: credo in deū pa
trē oīpotētem creatorem celi et terre ⁊c. Et
ille. Noli dicere creatorē celi ⁊ terre cū ipſe
viſibiliū creator non fuerit ſed diabolus oīa
iſta que videntur creauerit. Ipſe vero puer
ſe potiꝰ velle dicere ſicut legerat affirmabat
⁊ ſicut ſcriptū erat ſe potius credere velle di
cebat. Tūc ille ꝑ auctoritates hoc ei ꝑſuade
re vt poterat nitebat̄: quas oēs puer ſpiritu
ſancto repletꝰ ſic cōtra eū ꝯuertit eūqꝫ ꝓprio
gladio interemit vt ille quo diuerteret nō ha
beret. Qui indigne ferens a puero ſe confu
ſum patri totū q̄d inter ſe geſtum fuerat re-
tulit: ⁊ vt petrinū a ſcolis remoueret modis
oībus ꝑſuaſit. Timeo enī ait ne cū petrinus
bn̄ fuerit eruditꝰ ad meretricē illā romanā
eccleſiam ſe ꝯferat: ⁊ ſic fidē noſtrā deſtruat
⁊ ꝯfundat. Qui neſciēs verū dixit. dū petrū
hereticoꝝ ꝑfidiā deſtructurū eſſe tanꝙ alter
cayphas ꝓphetauit. Sꝫ q2 res a deo fiebat
pater fratrꝫ monitis aſſenſum nō p̄buit. ſpe
rās ꝙ ꝑ aliquē hierarchiā ad ſuam ſectā eū
trahi faceret cū in grāmaticalibꝰ fieret eru-
ditus. B Uidēs igit̄ puer ſanctus non
eſſe tutū cū ſcorpionibus habitare. mundū
parenteſqꝫ deſpiciēs mūdus ipſe fratrū pre
dicatoꝝ ordinē introiuit. In q̄ q̄dē ordine ꝙ
laudabilit̄ vixerit inocētiꝰ papa in ſua epiſto
la aperit dicēs. Cū enī beatus petrus a mū-
di fallacijs in adoleſcentie annis ꝓuide de-
clinaſſꝫ ad ordinē fratrū predicatoꝝ ſe tranſ
tulit. In quo quidē ordīe triginti vero anno
rū ſpacio fultus caterua virtutū. fide pream
bula ſpe aſtante. cōmitāte charitate ſic ꝓua
luit ⁊ ꝓfecit circa defenſionē ipſius fidei: ꝓ
qua totus ardebat ꝙ contra illius diros ho
ſtes mente intrepida. feruētiqꝫ ſpū ꝯtinuū
certamē exercens ſuum tandē agonē diuti-
nū victrici ſuperāte martirio feliciter cōſum
mauit. Et ſic petrus firmꝰ in petra fidei pe-
tra demū paſſionis alliſus ad petrā xp̄m di-
gne laureandus aſcēdit. Uirginitatē quoqꝫ
mētis ⁊ corꝑis ſemꝑ illibatam ſeruauit. nec
alicuius mortalis criminis vnꝙ ſenſit cōta

ctū ſicut ſuorū cōfeſſoꝝ fidei teſtimonio eſt
ꝓbatū. Et q2 ſeruus delicate nutritus ꝓter
iuit in dominiū. carnē ſuā aſſidua cibi ⁊ potus
parcitate reſtrinxit. Ne vero ꝑ ocij deſidiaꝫ
hoſtilibus pateret inſidijs in iuſtificatiōibꝰ
dn̄i exercebatur aſſidue vt eo circa licita to
taliter occupato locū in ipſo illicita non ha-
beret: ⁊ a ſpiritualibus nequitijs tutus eſſꝫ.
Nocturna quidē ſilētia humane deputata
quieti poſt dormitionē breuē decurrebat in
ſtudijs lectionū. ⁊ ſomni tēpus vigilijs occu-
pabat. Dies autem impēdebat cōmodis aīa
rum vel ſedulis imminendo predicationibꝰ
vel cōfeſſionū audiētie inſiſtendo: aut here-
ticoꝝ dogma peſtiferū validis rōnibus con
futādo. In quibus ſpecialis gratie dono na
ſcit̄ claruiſſe. Deuotione inſuper gratus hu
militate leuis. obedientia placidus benigni
tate ſuauis. pietate cōpatiens. patiētia con-
ſtans. charitate preſtabilis. ⁊ in cunctis mo
rum maturitate cōpoſitus alios ꝓfuſis vir-
tutū aromatibus attrahebat. Feruens quo
qꝫ amator fidei. cultor precipuus propugna
tor ardens. Sic animo ſuo fidem impreſ-
ſerat. ſic ſe totum in illius mancipauerat ob
ſequiū ꝙ queqꝫ ipſius opera ⁊ verba virtute
fidei redolebāt. Pro hac quoqꝫ mortē ſub-
ire cupiens. hec principaliter a domino attē
tis ⁊ crebris poſtulationibus ſupplicaſſe ꝓ-
batur ꝙ non fineret eū ex hac luce migraret
niſi ſumpto ꝓ illo calice paſſionis. nec frau-
datus eſt tādē a deſiderio ſuo. C Mul
tis vero in vita ſua miraculis claruit. Nam
cū apud mediolanū quēdam ep̄orum hereti
coꝝ a fidelibus captū beatus petrus exami
naret: ⁊ multi epiſcopi ⁊ religioſi ⁊ maxima
ꝑs ciuitatis illuc cōueniſſet ⁊ dies tum p̄di-
catione tum examinatione in longum ꝑtra
cta fuiſſet. ⁊ maximꝰ eſtus cunctos affligē-
ret. dixit hereſiarcha corā oībus. O petre ꝑ-
uerſe. ſi tu es ita ſanctus ſicut hic ſtultus po
pulus te eſſe affirmat cur eū eſtu mori ꝑmit
tis ⁊ nō rogas dn̄ꝫ vt nubem aliquē interpo
nat vt nō moriat̄ hic ſtultus ꝓꝑs tāto eſtu.
Ad quē beatus petrus rn̄dit. Si vis promit
tere te abnegaturū hereſim tuā ⁊ fidem ca-
tholicā recepturū rogabo dn̄m ⁊ faciet q̄d di



xiſti. Tūc fautores hereticoꝝ cōclamāte he
reſiarche dixerūt. Promitte promitte. Cre
debant enī ꝙ fieri nō poſſet. q̄d beatus ſe fa
cturū coram omnibus ſpopondit. ⁊ maxime
cum nulla vel minima nubecula in aere appa
reret. Catholici aūt ſuꝑ ꝓmiſſione beati pe
tri triſtari ceperūt timentes ne fides catho-
lica ex hoc cōfuſionē pateret. Cum ergo he-
reticus ſe obligare nollet beatus petrus cū
magna fiducia dixit. Ad hoc ꝙ verus deus
viſibilium ⁊ inuiſibilium creator mōſtretur
⁊ ad cōſolationē fideliū ⁊ ad confuſionē he
reticorū rogo deum vt aliqua nubecula aſcē
dat ⁊ ſe inter ſolem ⁊ populum interponat.
Quod mox premiſſo crucis ſignaculo factū
fuit per magnam horā in modū papilionis
populū nubecula protegente. Contractus
quidam nomine aſſerbus. cū per quinqꝫ an-
nos manſiſſet contractus. ita vt per terram
in ſextario traheretur mediolanum ad bea-
tum petrum ductus fuit quem cum beatus
petrus ſignaſſet continuo ſanatus ſurrexit.
Quedam etiam miracula que per eum do-
minus dū viueret fecit Innocentius in pre
dicta epiſtola recitat dicens. Cuiuſdam no
bilis filiū prenimio ⁊ horribili totius gule
tumore nec loqui nec ſpirare valētem leuatꝫ
ad dominū manibus ⁊ crucis in eo facto ſi-
gnaculo illoqꝫ accipiente ipſius capā ⁊ infir
mo ſuperponēte eū ilico ſanauit. Idem no-
bilis vehemēti poſtmodum corꝑis torſione
grauatus. credēs ⁊ metuēs exinde ſibi mor
tis imminere diſcrimē. capā ipſam quam ex
tunc conſeruauerat reuerenter fecit afferri
qua ſuo appoſita pectori. mox vermē quen-
dam duo habentē cornua ⁊ piloꝝ denſitate
pilloſum euomuit plena liberatione ſecuta.
Cuidā iuueni muto: īmiſſo in os eius digito
ſueqꝫ lingue ſoluto ligamine bn̄ficiū loque-
le ꝯceſſit. Hec ⁊ alia plura dū viueret digna
tus eſt per eū dn̄s operari. D Uerū cum
peſtis heretica in lombardie ꝓuincia pullu-
laret ⁊ multas iā ciuitates ꝯtagione peſtife
ra infeciſſet ſummꝰ pōtifex ad peſtē diaboli
cam abolēdā diuerſos inq̄ſitores de ordine
predicatoꝝ in diuerſis lōbardie ꝑtibus dele
gauit. Sed cū apud mediolanū heretici nō

ſolū multi numero: ſed etiā magni ſeculari
potentia acuti fraudulēta eloquētia ⁊ plenī
diabolica ſcia reſiderēt ſummꝰ pōtifex ſciēs
⁊ intelligēs beatū petrū virū eſſe magnani-
mū. qui ab hoſtium multitudine nō paueret
aīaduertēs quoqꝫ eiꝰ ꝯſtantē virtutē ꝑ quā
aduerſarioꝝ potētie nec in modico cederet.
cognoſcēs et eius facundiā ꝑ quā facile he-
reticoꝝ fallacias detegeret. nō ignorās in-
ſuꝑ ip̄m in diuina plene ſapiētia eruditū. ꝑ
quā friuola hereticoꝝ argumenta rōnabilit̄
cōfutaret ip̄m tā ſtrennuū fidei pugilē ⁊ tā
indefeſſum dn̄i bellatorē in mediolano ⁊ eiꝰ
comitatu inſtituit. ⁊ inq̄ſitorē ſuū auctorita-
te ꝯceſſa plenaria ordinauit. Ipſe igit̄ iniū-
ctū officiū diligēter exercēs. hereticos vbiqꝫ
perquirebat. nullā eis requiē tribuēs ſed mi
rabiliter oēs ꝯfundēs potēter expellēs ſapi
enter cōuincēs. ita vt nō poſſent reſiſtere ſa
pientie ⁊ ſpiritui q̄ ꝑ eū loq̄bat̄. Quod viden
tes heretici ⁊ dolētes de ipſius morte cū ſuis
fautoribus tractare ceperūt. arbitrantes ſe
poſſe pacifice viuere. ſi eoꝝ tā validus ꝑſecu
tor de medio tolleret̄. Cū igit̄ p̄dicator itre-
pidꝰ mox martir futurus de cumis mediola
nū ꝓ inquirēdis hereticꝫ ꝑgeret in ipſo itine
re palmā martirij aſſecutꝰ eſt ſicut inocentiꝰ
explicat in hec v̓ba. Cū de ciuitate cumana
vbi fratrū ſui ordinis ibi morātiū prior erat
mediolanū ꝑgeret ꝓ exequēda inq̄ſitōe ꝯ he
ticos ſibi ab ap̄lica ſede ꝯceſſa ſic in publica
p̄dicatiōe p̄dixerat. q̄dā de ipſoꝝ hereticorū
credētibꝰ p̄ce illoꝝ inductus ⁊ p̄cio in eū ſa-
lutaris ꝓpoſiti. iter ꝑſequētē funeſtus inſi-
lijt in agnū vtiqꝫ lupus ferus in mitē impius
in piū furibūdus in māſuetū. in modeſtū ef-
frenis ꝓphanus in ſctm̄ p̄ſumit inſultū exer
cet conatū. mortē intentat. ſacrū autē caput
illiꝰ crudeliter īpetēs ⁊ diris in ip̄m impꝑſſis
vulneribus ⁊ ſaciato ſanguine iuſti enſe ve-
nerādū illū nō diuertentē ab hoſte ſꝫ exhibē
tē ſe ꝓtinus hoſtiā ⁊ ceſoris ſuſtinētē in pa-
tiētia cruces ictus dimiſit ſpū ſuperna ꝑetē
te in ipſo loco paſſionis occiſū. Ipſo quoqꝫ
ſacrilego ꝑcuſſuras in xp̄i miniſtrū geminas
inculcante. ille nō q̄rula voce gemēs vel mur
murās ſꝫ ſufferēs oīa pacienter ſuū dn̄o cō-

miſ̃cebat ſpiritũ dicẽs. In manus tuas dñe
cõmendo ſpiritũ meũ. Simbolũ etiã cepit
dicere fidei cuius in hoc articulo deſijt eſſe
preco. Fuit ipſe nephandus qui a fidelibus
captus fuit. ⁊ quidam frater dominicus qui
comes illius erat ⁊ ab ipõ lictore ꝑcuſſus di
ebus aliquibus ſuperuixit poſtea retulerũt.
ſed cũ adhuc martir dñi palpitaret cultellũ
crudelis lictor arripuit ⁊ per latera eius trãſ
fixit. In ipſa autẽ die ſui martirij confeſſor
martir ꝓpheta ⁊ doctor quodãmodo eſſe ꝓ
meruit. Confeſſor in eo ꝙ fidẽ xp̃i inter tor
menta cõſtantiſſime cõfeſſus fuit ⁊ in eo ꝙ
ipſa die confeſſione more ſolito facta. obtu-
lit deũ ſacrificiũ laudis. Martir in eo ꝙ ꝓ
defenſione fidei ſanguinẽ ſuum fudit Pro-
pheta in eo ꝙ cũ ipſe tũc quartanã pateret̃ ⁊
ſocij dicerẽt ꝙ nõ poſſent mediolanũ appli
care. ille rñdit. Si nõ poterimus ad domũ
fratrũ peruenire apud ſanctũ ſimplicianum
poterimus hoſpitari. Quod ⁊ factũ eſt. Nã
cũ ſcm̃ eius corpus deferret̃ fratres ꝓpter
nimiã populi frequẽtiã nõ potuerunt illud
eadẽ die ad domũ deducere. ſꝫ apud ſanctũ
ſimplicianũ depoſuerũt ⁊ ibidẽ ea nocte per
manſit. Doctor in eo ꝙ ẽt cũ pateret̃ fidem
verã edocuit. dũ ſimbolũ fidei clara voce ce-
cinit. E Eius quoq; paſſio veneranda
dñice paſſioni ſimilis multũ fuiſſe videtur
Chriſtus enim paſſus eſt ꝓ veritate quam
predicabat. petrus pro veritate fidei quam
defendebat. Criſtus paſſus eſt ab infideli po
pulo iudeoꝝ. Petrus ab infideli turba here
ticoꝝ. Criſtus in paſchali tp̃e crucifigit̃ pe-
trus eodẽ tp̃e martiriũ patit̃. Criſtus cũ pa-
teret̃ in manus tuas dñe commẽdo ſpiritũ
meũ dicebat. Petr' cũ occideret̃ verba eadẽ
clamitabat. Chriſtus ꝓ triginta denarijs vẽ
ditus fuit vt crucifigeret̃. Petr' ꝓ quadra-
ginta libris papienſium fuit vẽditus vt inter-
ficeret̃. Chriſtus ꝑ paſſionẽ ſuã ad fidẽ mul
tos adduxit. Petrus ꝑ martiriũ hereticos
multos ↄuertit. Quãuis eñi egregi' doctor
⁊ fidei pugil hereticoꝝ dogma peſtiferũ invi
ta ſua plurimum eradicauerit poſt mortẽ tñ
ſuã eius meritis ⁊ choruſcantib' miraculis
fuit adeo extirpatũ vt ꝙ̃ plurimi errorẽ ſuũ

relinquerent ⁊ ad gremiũ ſancte eccleſie cõ
uolarẽt: ita vt ciuitas mediolanũ ⁊ comitat'
eiuſdẽ vbi tot hereticoꝝ ↄuẽticula reſidebãt
adeo purgata eſt vt alijs expulſis ⁊ alijs ad
fidẽ conuerſis nullus ibidẽ auderet aliquali-
ter cõparere. Plures etiã de eis maximi et
famoſi predicatorũ ordinẽ ſunt ingreſſi qui
vſq; nunc cunctos hereticos ⁊ fautores fer
uore mirabili perſequũtur. Sic noſter ſam-
pſon plures philiſteos interfecit moriẽs ꝙ̃
occideret viuẽs. Sic granũ frumẽti cadens
in terrã ⁊ infideliũ manibus compreſſum ⁊
mortuũ vberem cõſurgit in ſpicam. Sic bo
trus in torculari calcatus. liquoris redũdat
in copiã. Sic aromata pilo cõtuſa odorẽ ple
nius circũfundũt. Sic granũ ſinapis contri
tum virtutem ſuã multipliciter demonſtra-
uit. F Poſt ſancti viri glorioſum triũ-
phũ multis eũ dominus miraculis illuſtra
uit quorũ quedã ſummi' pontifex refert di-
cens. Poſt mortẽ ipſius lampades ad ſepul
chrũ eius dependẽtes plurics ꝑ ſeipſas abſ-
q; omni humano ſtudio ⁊ miſterio diuinit'
ſunt accenſe. qꝛ cõueniẽs nimis erat vt qui
igne et lumine fidei excellenter claruerat
ſingulare de ipſo ignis ac luminis miraculũ
appareret. Quidã aũt cum veſceretur cum
alijs ⁊ eius ſanctitatem ⁊ miracula depraua
ret. ſumpto quodã ſub atteſtatione morſel-
lo ꝙ eũ nõ poſſꝫ ſi circa hoc delinqueret trãſ
glutire ſenſit mox ipm̃ ſic gutturi inherentẽ
vt illũ iducẽ vl̃ educẽ nõ valeret. Quare ilico
penitẽs ⁊ iã vult' mutato colore. ꝗſi ſentiẽs
vicinũ mortis euẽtum facto intra ſe voto ꝙ
linguam de cetero ad talia nõ laxaret fuit ꝓ
tinus illo euomito liberat'. Hidropica qdã
ad locũ paſſionis ei' auxilio viri ſui vix ꝑue-
niẽs. fuſa ibi oratione ſanitatẽ integrã mox
recepit. Obſeſſas a demonibus martir ipſe
deiectis illis cũ multo ſanguinis vomitu de
corporibus liberauit febres expulit languo
reſq; curauit plurimos ⁊ diuerſos. Cuidam
ſiniſtre manus digitũ ex morbo fiſtule pluri
morũ foraminũ concauitate defoſſum mira
cõſolatione ſanauit. Quidã inſup puer ex ca
ſu grauiſſimo ſic oppreſſus vt motu ⁊ ſenſu
penitus deſtitutus tanq̃ mortuus defleret̃



mox apposita de terra ſuo pectori ſacro ei'
martiris cruore ↄtracta icolumis reſurrexit
Quedam ẽt mulier cuius cancer edax ſedu-
la corroſione vorabat. linitis hmõi terra vul
neribus eſt curata. Alij ẽt diuerſis infirmi-
tatib' occupati q ſepulchrũ eius in vehiculis
⁊ alijs ſuſtentaculis adierũt exinde poſtmo
dũ plena incolumitate recepta ſine aliquib'
ſubſidijs redicre. G Cũ aũt ſumm' pon
tifex innocentius. iiij. beatũ petrũ martirẽ
ſanctoꝝ cathalogo aſcripſiſſꝫ frẽs apud me
diolanũ ad capl̃m cõuenerũt. Volẽtes autẽ
eius corpus ad altiorẽ locũ trãſferre. Cum
pluſq̃ ꝑ annũ ſub terra iacuiſſet. ita ſanũ ⁊
integrũ atq; ſine alicui' exalatiõe fetoris re
pertũ eſt ac ſi eadẽ die fuiſſet ſepultus. Frẽs
igit̃ ſup magnũ pulpitũ iuxta plateã corpus
ei' cũ magna reuerẽtia deduxerũt ⁊ ibidem
ſic ſanũ ⁊ integrũ corã omni populo eſt oſtẽ-
ſum ⁊ ab eo ſuppliciter inuocatũ. Preter mi
racula ſupradicta in l̃ris ſummi pontific; po
ſita plura alia ſunt cõperta. Nã ſup locũ paſ
ſionis ei' ſepe luminaria de celo deſcẽdẽtia
plures religioſi alijq; q̃ plures viſibiliter cõ
ſpexerũt. Inter q̄ luminaria duo fratres in
habitu p̄dicatoꝝ ſe vidiſſe teſtati ſunt. Qui-
dã iuuenis noĩe Giofredus al's gunfred'
de ciuitate cumana. dum de panno tunice
ſancti petri haberet: ⁊ quidã hereticus eidẽ
deridẽdo diceret. vt ſi ſanctũ eũ crederet in
ignẽ pannũ ipm̃ ꝓijceret. ⁊ ſi cõburi nõ con
tingeret abſq; dubio ſanctus eſſet ⁊ ipſe ſue
fidei adhereret. Morq; ſup carbones accẽ
ſos pannũ ſancti petri ꝓiecit. ſꝫ ab ipſo igne
alti' reſilijt. deinde ꝑ ſe ſup ipſos carbones
reſiliẽs ipõs ardẽtes penitus extinxit. Tũc
incredul' ille dixit. Sic ꝑ oĩa pãnus tunice
mee faciet. Poſitus eſt igit̃ ſup alios carbo
nes ex vna p̃te pãn' heretici. ⁊ ex alia p̃te pã
nus ſcti petri. Pãn' aũt h̃tici mox vt ignis
calorẽ ſenſit penit' eſt cõbuſt'. pann' v̇o ſcti
petri in igne ꝑualuit ⁊ ignẽ ipm̃ extinxit. ita
ꝙ nec pil' aliq̇s cõbuſtus fuit. Qđ vidẽs he-
reticus ad viã veritatis redijt ⁊ miraculũ oĩ
bus publicauit. Apud florẽtiã iuuenis quidẽ
h̃tica prauitate corrupt' cũ in eccl̃ia fratrũ
de florẽtia cũ quibuſdã alijs iuuenib' añ quã

dã tabulã vbi eſt depictũ martiriũ ſcti petri
ſtaret vidẽs lictorẽ cum ꝑcutiẽtẽ euaginato
gladio ipſe dixit. Vtinã ego ibi fuiſſem q̄ va
lidius ꝑcuſſiſſem. Quo dicto ſtatim mut' ef
fectus eſt. Cũq; ſocij reqrerẽt q̇d haberet: ⁊
ipſe nihil rñdere poſſet eũ domũ reduxerũt.
Sed cũ in via eccl̃iã quãdã ſancti michael̃
vidiſſet. elapſus de manib' ſocioꝝ eccl̃iã in
trauit ⁊ flectẽs genua. corde ſcm̃ petrũ ro
gauit vt ſibi parceret. voto ſicut potuit ſe ob
ligãs: qꝛ ſi liberaret̃ peccata ſua ↄfiteret̃. et
om̃ heresim abnegaret. Tũc ſubito loq̇lã
recuꝑauit. ⁊ veniẽs ad domũ fratrũ abiura-
ta hereſi peccata ſua ↄfeſſus eſt. data licen-
tia ↄfeſſori ꝙ h in pplo p̄dicaret. Ipſe q; in
publica fratrũ p̄dicatõe ſurgẽs corã oĩ mul-
titudine hoc ↄfeſſus eſt. Nauis quedã dum
in medio maris pene naufragiũ pateret̃. ſe
ua fluctuũ inundatiõe quaſſata. oẽſq; caligi
noſe noctis tenebris tenerent̃. diuerſoꝝ ſan
ctoꝝ ſuffragia poſtulabãt. Sed cũ nullũ ſue
liberationis viderent indiciũ ſeq; ꝑiclitari
plurimũ formidarẽt. quidã de eis natiõe ia-
nuenſis facto ſilẽtio ſic eos alloquitur. Viri
fratres. numq̇d nõ audiſtis qualiter q̇dã fra
ter de ordine p̄dicatoꝝ noĩe frater petr' nu-
per ob defenſione fidei catholice ſit ab here
ticis īterfect'. multaq; ꝑ eũ dñs ſigna oſten
dat. Nũc igit̃ deuote ei' patrociniũ implore
mus: qꝛ ſpero ꝙ a noſtra nequaq̃ poſtulati
one fraudabimur. Aſſentiũt vniuerſi beatũ
petrũ in ſui auxiliũ deuotis precibus inuocã
tes. Illis ſic orãtibus mox antẽna nauis in
qua velũ appẽditur. cereis accenſis tota ple
na cõſpicit̃: ita ꝙ omnis obſcuritas ipſorũ
cereorũ mirabili fulgore fugat̃. noxq; illa
tã caliginoſa in diem clariſſimũ cõmutatur.
Reſpicientes viderũt quendã cũ habitu fra
trũ predicatoꝝ ſup velũ ſtantẽ. de quo nulli
dubiũ fuit. q̇n beat' petr' extiterit. Cum er-
go p̄dicti naute ianuam incolumes aduenĩſ
ſent ad domũ fratrũ predicatoꝝ venerũt. et
deo ⁊ btõ petro gr̃as referentes eiſdẽ fratri
bus totius miraculi ſeriẽ narrauerũt. Mu
lier q̇dã in flãdria cũ iã tres filios peperiſſet
⁊ ex hoc a viro odio haberet̃. rogauit ſanctũ
petrũ vt ſibi in auxiliũ fieret. Cũ ergo q̃rtũ

filiū peperiſſet ſiſr mortu⁹ eſt repertus. Quē
mater accipiēs ad rogandū ſanctū petrū to
tum ſe cōtulit. eū vt filiū ſuū reuiuiſcere fa-
ceret ꝓcibus deuotis exorās. Uix orōnē cō
pleuerat ⁊ ecce qui erat mortu⁹ apparuit vi
uus. Cū ergo ad baptiſmū portatus fuiſſet
⁊ vt iohannes vocaretur diffinitum eſſet.
ſacerdos cū eius nomē dicere debuit. neſci
ens dixit petrus. Unū iſtud nomē poſtmodū
ex deuotōe ſancti petri ſemꝑ retinuit. In ꝓ
uincia theutonie apud traiectū mulieres q̄
dam vidētes ad eccliam fratrū ꝑdicatoꝝ in
honore ſancti petri martiris magnū cōcur
ſuꝫ fieri populoꝝ dū ipſe in platea ꝯſiſterēt
⁊ filarēt aſtātib⁹ ſic dicebāt. Et iſti ꝑdicato-
res oēm modū lucrandi nouerūt. nā vt ma-
gnā poſſint pecuniā cumulare ⁊ lata edifica
re palatia vnū nouū martirē inuenerūt. Dū
hec ⁊ ſimilia dicerēt. ecce ſubito filū totum
ſanguine cruentat. ⁊ digiti q̄bus filū torq̄-
bant. ſanguie mox replent. Qō ille vidētes
⁊ admirātes digitos diligenter extergūt ne
forte in eis accidiſſet aliqua inſciſſura. ſꝫ cū
digitos oīno ſanos ꝯſpicerēt. ⁊ filū ſic ſan-
guinolentū tremētes ac penitētes dicere ce
perūt. Uere q2 ꝑcioſi martiris ſanguini de-
traximus. nobis hoc ſanguinis miraculuꝫ
tam ſtupendū euenit. Currētes igiꝛ ad do-
mū fratrū priori oia expoſuerūt. ac filū ſan-
guine cruētatū eidē ꝑſentauerūt. Prior au
tem ad multoꝝ inſtātiā ſolēneꝫ ꝑdicationē
ꝯuocauit. ⁊ q̄cq̄d predictis mulierib⁹ accide
rat corā oibus retulit ⁊ filū ipm ſic cruētatū
oibus oñdit. Uerū q̄dā magiſter artis grā-
matice in eadē ꝑdicatiōe ꝯſiſtēs. factū ipm
cepit plurimū deridere. ⁊ aſtātib⁹ dicere. Ui
dete mō qualr iſti fratres ſimpliciuꝫ corda
decipiūt. Naꝫ cū aliq̄b⁹ muliercu lis de ſuis
familiarib⁹ ꝯduxerūt vt filū ipꝫ i aliquo ſan
guine tigerēt: ⁊ ſic accidiſſe miraculoſe nar
rarēt. Dū hoc ille diceret ꝑtin⁹ vltiōis diui-
ne plagā accepit ⁊ ipm validiſſimarū febriū
eſtus iuſtis aſpiciētib⁹ ſic vexauit: vt a ꝑdi-
catiōe ipſa inter man⁹ amicoꝝ in ꝓpriā do-
mū deferreꝛ. Sꝫ cū vehemēter febris excre
ſceret. ⁊ ille mortē vicinā timeret ꝑdictū pri
orem accerſiri fecit. ⁊ reatū ſuū ꝯfitēs decor

beato petro corā dicto priore votū vouit ꝙ
ſi eius meritis ſanitatē reciperet. eū ſemꝑ i
ſpeciali deuotōe haberet ⁊ decetero linguā
ad talia nō laxaret. Mira res mox vt ꝑdictū
votū ꝓtulit. ſanitatē īntegrā recipit. Quadā
vice cū ſupprior ꝑdicti loci quoſdā lapides
pulcherrimos ⁊ magnos in quadā naui pro
ꝯſtructiōe ꝑdicte eccleſie duceret. nauis ip
ſa ex iprouiſo cuidā littori ſic inheſit: vt nul-
latenus poſſet moueri. Deſcendentes vero
oēs naute. vnanimiter ipſam impellebāt ſꝫ
nullatenus mouere poterāt. Cū ergo nauē
ſe amiſiſſe putarēt. predict⁹ ſupprior oibus
alijs licētiatis manū ad nauē appoſuit: ⁊ le
niter ipſam impellens dixit. In noie ſancti
petri martiris in cui⁹ honorē lapides iſtos
deferimus vade. Statimq̄ꝫ nauis velociſſi
me ſe mouit. ⁊ de littore ſana receſſit. Sup
quā naute aſcēdētes. oēs ſani ⁊ hylares ad
ꝓpria remearūt. ¶ In ꝓuincia frācie ci
uitate cenonis. puella quedā cū in aquā ra-
ptim trāſeuntē cecidiſſet ⁊ ꝑ magnū ſpaciū
tꝑis ſtetiſſet tandē de flumie mortua eſt ex
tracta. Mortis cuius erāt quattuor argu-
menta ſcꝫ magnū ſpaciū temporis. ⁊ rigidi
tas corpis ⁊ frigiditas ⁊ nigredo. Delata ē
ergo a quibuſdā ad eccleſiā fratrū qui cū eā
ſancto petro vouiſſent cōtinue vite eſt red-
dita ⁊ ſaluti. Frater iohannes polonus cuꝫ
apud boloniaꝫ quartana laboraret. et in fe
ſto ſancti petri martiris ſermonē ad cleruꝫ
facere deberet. acceſſionē eadē nocte iuxta
curſum naturalem expectans timere valde
cepit ne in iniuncto ſibi ſermone deficeret.
Ad ſancti igitur petri conuerſus ſuffragia
ad altare ipſius cū deuotione acceſſit orās
vt eius meritis iuuaretur cui⁹ debebat glo
riam predicare. Sicq̄ꝫ factū eſt ꝙ illa nocte
febris penitus ceſſauit. ⁊ poſtea nunq̄ euꝫ
inuaſit. Matrona quedā noie girolda vxor
iacobi de valle ſana cum per. xiiij. annos ab
immundis ſpiritibus fuiſſet obſeſſa. venit
ad quendam ſacerdoteꝫ dicēs. Ego ſum de
moniaca ⁊ ſpirit⁹ malign⁹ vexat me. Mox
ſacerdos territus fugiēs ſacriſtiā intrauit.
⁊ librum quendam in quo erant coniuratio
nes demonū ⁊ ſtolā latenter ſub capa defe-



rens cū bona ſocietate ad mulierem redijt.
Quem mox vt vidit ait. Latro peſſime quo
iuiſti. Quid eſt qđ ſub capa occulte portaſti.
Cum autēꝫ ſacerdos adiurationes ſuas fa
ceret. et nil curationis afferret. venit illa ad
beatum petrū dum adhuc viueret ab eo po-
ſtulās adiuuari. Cui ille prophetica voce rñ
dit. Confide filia ne deſperes q2 et ſi qđ po-
ſtulas ad preſens perficere nō valeo. temp⁹
tamē veniet ꝙ id qđ a me petis plenarie ob
tinebis. Quod et factum eſt. Nā poſt paſſio
nem eius cū ad ſepulchrū eius predicta mu-
lier acceſſiſſet ab illa infeſtatiōe demonū fu
it penitus liberata. Mulier quedā noie eu-
femia de loco corriongo mediolanē. dioceſ
vij. annis eſt a demonibus vexata. Sꝫ cum
ad ſepulchrum ſancti petri ducta fuiſſet. ce-
perūt demones eā amplius agitare ⁊ per os
eius cunctis audientibus clamare. Mario
la mariola. petrine petrine. Tūc demones
exeūtes eā quaſi mortuā dimiſerūt. Sꝫ mo
dicum poſt plene ſanata ſurrexit. Aſſerebat
aūt ꝙ dieb⁹ dominicis ⁊ feſtiuis. ⁊ maxime
quādo miſſa celebraꝛ: eam demones ampli⁹
moleſtabant. Quedam mulier nomine ver-
bona de beregno. ꝑ ſex annos a demonibus
agitata cū ad ſepulchruꝫ ſancti petri iuiſſet
adducta vix a multis viris detineri poterat
Inter quos erat q̄dā credēs hereticoꝝ noie
conradus de ladriano qui illuc aduenerat.
vt ſancti petri miracula derideret. Qui cū
predictam mulierē cū ceteris detineret. de-
mones eidē per mulierē dixerūt. Cur tenes
nos. Nonne noſter es. Nōne te ad talē locū
portauim⁹. ⁊ ibi tale homicidium ꝑpetraſti.
Nōne te ad talem ⁊ talem locū duximus. et
ibi tale ⁊ tale flagitiū cōmiſiſti. Cūq̄ꝫ multa
peccata ſibi dicerēt. que nullus alius niſi ipſe
ſolus ſciebat vehemēter expauit. Mox aūt
demones collum ⁊ pectuꝫ mulieris excoriā
tes ⁊ inde exeuntes. ſemiuiuā eā dimiſerūt
ſꝫ poſt modicū penitus ſanata ſurrexit. Pre
dictus aūt conradus hereticus hoc vidēs ⁊
ſtupens ad fidē catholicā eſt cōuerſus. Uir
quidā noie oppiſo credens hereticoꝝ cū oc-
caſionē cuiuſdā heretice cōſanguinee ſue ad
eccleſiam fratrum veniſſet ⁊ ad tumbaꝫ ſan

cti petri pergens duos ibi denarios conſpe
xiſſet ipos denarios accipiens dixit. Bonū
eſt vt bibamus iſtos. Statimq̄ꝫ totus cepit
tremere. nec de loco eodem aliquatenus po
tuit ſe mouere. Qui territus ꝑdictos dena-
rios in loco ſuo mox reſtituit ⁊ ſic inde abſceſ
ſit. Uidens autē beati petri virtutē hereſim
deſeruit ⁊ ad fidē catholicā ſe cōuertit. San
ctimonialis quedā erat in alemannia in clau
ſtro Oetenbach ordinis ſancti ſixti conſtan
tienſ. dioceſis que per annum ⁊ ampli⁹ gra
uem guttā in genu perpeſſa eſt. ita ꝙ nullo
remedio poterat liberari. Hec q2 ſepulchrū
ſancti petri corporaliter viſitare nō poterat
vtpote que erat ſub obedientia cōſtituta. et
que infirmitate grauiſſima vrgebatur cogi
tauit ſaltē predictū ſepulchrū mentali greſ-
ſu adire ac deuotione ſedula viſitare. Diſcēs
vero ꝙ in. xiij. dietis de loco illo mediolanū
poſſet adire quotidie pro qualibet dieta cen
tum pater noſter ad honoreꝫ ſancti petri di
cere cepit. Mirum in moduꝫ cum iſtas mē
tales dietas taliter cepit facere ſucceſſiue
ſemper ⁊ paulatim cepit ſe melius habere.
At vbi vltimā dictam perfecit. ⁊ ad tumbaꝫ
mentali greſſu peruenit flexis genubus ac
ſi preſentialiter coraꝫ tumba aſtaret pſalte
rium cū maxima deuotione totū legit. Quo
expleto ab illa infirmitate adeo liberatam
ſe ſenſit. vt iam inde modicum quid ſentiret
Rediēs vero eo modo quo iuerat anteq̄ oēs
dictas expleuiſſet penitus eſt ſanata. Uir q̄
dam de canapicio de villa maꝫati. nomie ru
finus. grauem valde infirmitatem incurrit
Nam vena fracta inferioribus partibus an
terius ſine ceſſatione ſanguinem emittebat
ita ꝙ a nullo medico aliquod ſibi remediuꝫ
poterat adhiberi. Cum ergo ſanguis ꝑ ſex
dies ⁊ noctes cōtinue effluxiſſet. ille beatuꝫ
petrum deuote in ſui auxilium inuocauit.
qui tam ſubito ſanatus eſt: vt inter effuſam
orationem ⁊ receptā liberationem nullū pe
ne fuerit interuallū. Cum autē ſe ſopori de-
diſſet. vidit quendā fratrē in habitu ordinis
fratrū ꝑdicatoꝝ groſſum facie atq̄ꝫ brunuꝫ.
quē ſociū beati petri martirꝭ exiſtimabat: ſi-
cut vere ⁊ talis forme extiterat. Qui cum ex

panſione palmas plenas ſanguie cū quodā
ſuā vnguēto eidē offerebat dicēs. Sanguis
adhuc recēs eſt. Ueni igiꝫ ad recentem ſan
guinē ſancti petri. Qui euigilās ſepulchꝛuꝫ
ſancti petri ſtatuit viſitare. Quedā comitiſſe
de caſtro maſſino yporēſis dioceſis. cū in be
atū petrū ſpecialē deuotionē haberēt ꝛ eius
vigiliā ieiunarent. cū ad ſuā eccleſiam vt au
dirēt veſperas acceſſiſſent. vna earū candelā
quādā in honoꝛeꝫ ſancti petri martiris an
te quoddaꝫ altare beati petri apl'i poſuit cō
burēdā. Que cū domuꝫ rediſſent. ſacerdos
auaricia ductus in ipſam candelā ſufflās eā
extinxit. ſed mox lumē rediit ꝛ denuo ipm ac
cēdit. Scdo ꝛ tertio eā extinguere voluit. ſꝫ
lumen vt pꝛius rediit. Unde tedio affectus
choꝝ intrauit ꝛ ante maius altare aliaꝫ can
delā inuenit. quaꝫ clericus in honoꝛē ſancti
Petri poſuerat. qui ei' vigiliā ſimilr ieiuna
bat. Quā ſacerdos bis extinguere voluit. ſꝫ
nequiuit. Quod videns cleric' iratus dixit.
Diabole apertū miraculū nō videtꝫ. ꝛ ꝙ ſan
ctus petr' nō vult vt ſuā extinguatis cādelā
Territi igiꝫ ꝛ ſtupētes ſacerdos et clericus
caſtrū aſcēderūt ꝛ pdictū miraculū oib' nar
rauerūt. Uir qdā noie roba de meda. cū vſqꝫ
ad veſtes in ludo oia pdidiſſet domū in ſero
rediēs cū lucerna accēſa lectū ſuū adiit ꝛ vi
dēs ſe tā viles pānos habere ꝛ ſe tm̄ amiſiſ
ſe ꝯſiderās pnimia deſperatiōe cepit demo
nes inuocare. ac ſe eiſdē oꝛe nephario cōmē
dare. Statimqꝫ tres demones affuerūt q lu
cernā accenſam in ſolariū pijciētes eū p col
lū arripuerunt. tā foꝛtiter ipm ſtringētes. vt
nullaten' loq poſſet. Quē cū plurimū agita
rent. q erāt in domo inferioꝛi ad eū aſcēden
tes dixerūt. Quid eſt qd agis o roba. Quib'
demones rñderunt. Ite in pace vr̄a ꝛ lectos
vr̄os intrate. Illi aūt vocē eſſe credētes pdi
cti viri ptinus redierūt. Illis recedētibus ce
pit mlto foꝛti' a demonibus agitari. Quod
illi cognoſcētes ſacerdotē ptinus aduocaue
rūt. Qui cū p beatū petrū demōes adiuraſſꝫ
duo ptinus exierūt. Sequenti aūt die ad ſe
pulchꝛū ſancti petri adductus eſt ad quē fra
ter guilhelm' vercelleñ. accedēs cepit demo
nem increpare. Qui eū quē nūꝙ viderat ex
noie vocās ait. Frater guilhelme p te nūꝙ
exibo. qꝛ hic noſter eſt. ꝛ noſtra opera fecit.
Que cū interrogaſſet quo noie vocareꝫ ait.
Uocoꝛ balcefas. Uerūtamen cū p bea. ū pe
trū adiuratus fuiſſet ipſum in terra pijciēs
mox exiuit ipſe aūt pfecte ſan' remāſit ꝛ pe
nitētiā ſalutarē accepit. L Cū qdā heretī
cos acerrimus diſputatoꝛ ꝛ eloquētie ſingu
laris cū btō petro cū adhuc viueret diſputa
ret ꝛ erroꝛes ſuos ſubtilr ꝛ acute pꝑoſuiſſꝫ
in mediū ac beatū petrū vt reſponderet ad p
poſita impoꝛtunius pꝛgeret ille deliberati
onē petēs oꝛatoꝛiū quoddā qd ꝓpe erat itra
uit. cū lachꝛimis oꝛās deuꝫ. vt cām fidei ſue
defēderet. ꝛ loquacē tumidū. aut ad fidei ve
ritatē reduceret aut lingue pꝛiuatione puni
ret ne p eam decetero ꝯtra fidei veritatē tu
meret. Rediēſqꝫ ad hereticū corā oibus pa
lā dixit vt ſuas iteruꝫ pponeret rōnes. Qui
ita penitus factus eſt mutus vt nec ſolū vnū
ꝟbū aliquaten' pferre valeret. Uñ hr̄tici cō
fuſi receſſerunt ꝛ catholici deo grās retule
runt. Cum in ſanis palmariū dum adhuc vi
ueret mediolani pꝛedicaret. ꝛ ibi vtriuſqꝫ ſe
xus eſſet maxima mltitudo. dixit publice al
ta voce. ſcio p certo ꝙ heretici tractant moꝛ
tē meā. ita ꝙ p moꝛte mea iam pecunia da
ta eſt. Sꝫ faciāt qcqd poſſūt. qꝛ magis pſequar
eos moꝛtuus q̄ viuus. qd verū fuiſſe mani
feſtū eſt. Apud floꝛētiā in monaſterio de ri
pulis ſanctimonialis quedā in oꝛōne poſita
ea die qua beatus petrus moꝛtē ſuſtinuit. vi
dit beatā virginē in excelſo thꝛono in gloꝛia
reſidere ꝛ duos fratres de oꝛdine pꝛedicato
rum in celū aſcēdere ꝛ hinc inde iuxta eā col
locatos eſſe. Et cū inquireret qui nā eſſent.
audiuit vocē dicētē ſibi. Hic eſt frater petr'
qui in ꝯſpectu dñi tāꝙ fumus aromatū glo
rioſus aſcendit. Repertūqꝫ eſt p certo ꝙ ea
dē die moꝛteꝫ ſubiit. qua dicta ſanctimonia
lis viſionē vidit. Uñ cū lōga ꝛ graui infirmi
tate laboꝛaret ad rogādū btm̄ petrū tota de
uotione ſe contulit ꝛ ſanitatē integraꝫ mox
recepit. Scolaris quidā cū de magalona ad
mōtē peſſulanū rediret. ex quodā ſaltu adeo
eſt ruptus in inguine vt doloꝛe nimio vexa
reꝫ. ꝛ incedere nō valeret. Hic aliqñ audiēs



pdicare ꝙ quedā mulier terrā ſanguine bea
ti petri reſperſam ſuper cancri coꝛroſionem
ponēs fuerat liberata dixit. Dñe de' de ter
ra illa nō habeo ſꝫ qui illi terre meritis bea
ti petri tantā dediſti virtutē. potes ꝛ iſti dare
Accipiēs igiꝫ de terra cū ſigno crucis ꝛ inuo
catione martiris loco ſupꝛapoſuit ꝛ ſtatim
curat' fuit. Anno dñi. M. cclix. in ciuitate
cōpoſtellis fuit quidā vir noie hñdict'. q tibi
as inflatas habebat in modū vtriū. ventreꝫ
tumētē inſtar pgnantis. faciē p nimio tumo
re hoꝛribilē. totūqꝫ coꝛpus inflatū ita vt mō
ſtrū aliqd videreꝫ. Hic cū a quadā matrona
vir ſup baculū ſe ſuſtentās elemoſinā peteꝛ
illa rñdit. Magis foſſa q̄ aliquo cibo idige
res ſꝫ meo ꝯſilio acquieſce ꝛ ad domuꝫ fra
trū pdicatoꝝ pgēs ꝛ pctā cōfitēs beati petri
patrocinia inocato. Ille aūt cū mane ad do
mū fratrū pdicatoꝝ veniſſet ꝛ hoſtiū eccl'ie
clauſum eſſet ſecus poꝛtam ſe poſuit ꝛ doꝛ
miuit. Et ecce quidā reuerēd' in habitu pdi
catoꝝ eidē apparuit ꝛ capa ipm cooperiens
eū in eccleſiā introduxit. Ille aūt euigilās et
in eccleſia ſe reperit ꝛ pfecte ſe ſanatū inue
nit. Quod multis admirationē intulit ꝛ ſtu
poꝛē cū viderēt hominem pene moꝛtuū tam
ſubito a graui infirmitate fuiſſe liberatum.

¶ De ſctō philippo apoſtolo. lxij

Philippus dicitur os lampadis vel os manuuꝫ. Uel dicitꝫ a philos qd ē amoꝛ ꝛ iper qd eſt ſuper: quaſi amatoꝛ ſupnoꝛum. Dicitꝫ igitur os lampadis pꝑter ſuā luculentam pdicationem. os manuū pꝑter aſſiduā operationē. amatoꝛ ſupnoꝛuꝫ pꝑter celeſtem cōtemplationem. A

Philippus apoſtolus
cū. xx. annis p ſithiā pdicaſſet a
paganis teneꝫ ꝛ ad imolandū
ſtatue martis ab eiſdē cōpelliꝫ
Tūc ſubito dꝛaco qdā ingēs de ſub baſe exi
uit q filiū pōtificis q ignē miſtrabat in ſacri
ficio interfecit duoſqꝫ tribunos quoꝝ mini
ſtri philippū in vinculis detinebāt extinxit
ceteroſqꝫ adeo ſui flat' fetoꝛe infecit vt oēs
moꝛbidi reddereꝫ. Dixitqꝫ philipp'. Credi
te mihi ꝛ ſtatuā iſtā ꝯfringite. ꝛ i loco ei' cru
cē dñi adoꝛate vt infirmi veſtri ſaneꝫ ꝛ moꝛ
tui ſuſciteꝫ. At hi q cruciabāꝫ clamabāt
Tm̄ fac vt ſanemur ꝛ hūc martē ptinus cō
fringem'. tūc philipp' dꝛaconi pcepit vt in lo
cū deſertū deſcēderet. ita vt nulli oīno noce
ret. Qui ſtatim receſſit ꝛ vlteri' nō cōparuit
tūc philipp' oēs ſanauit ꝛ illis trib' moꝛtuis
vite bñficiū ipetrauit. Sicqꝫ vniuerſis credē
tibus p ānū vnū adhuc eis pdicauit ꝛ in eis
pſbiteros ꝛ diacones oꝛdinās in aſiā ciuita
tē hierapolim venit ibiqꝫ hereſim hebꝛonita
rū q xp̄m carnē fātaſticā aſſumpſiſſe dogma
tizabāt extinxit. Erāt autē illi due ſacratiſſi
me virgines filie ei' p quas dñs mltos ad fi
dē ꝯuertit. Philipp' aūt añ ſeptē dies obit'
ſui ep̄os ꝛ pꝛeſbiteros ꝯuocauit. eiſqꝫ dixit.
Hos ſeptē dies pꝑter āmonitionē vr̄aꝫ mi
hi dñs ꝯceſſit. erat aūt ānoꝝ. lxxxvij. Poſt h
ifideles ipm tenuerūt. ꝛ cruci ad iſtar mgr̄i
ſui quē pdicabat affixerūt ꝛ ſic ad dñꝫ migra
uit ꝛ feliciter vitā cōpleuit. Iuxta aūt eū due
filie ei'. vna a dextrꝭ ꝛ alia a ſiniſtris ſunt ſe
pulte. De iſto philippo ſic dicit Iſido. i li. de
vita ꝛ oꝛtu ꝛ obitu ſctōꝝ. Philipp' gallis p
dicabat. xp̄ꝫ. barbaras gētes vicinaſqꝫ tene
bꝛas ꝛ tumēti oceano coiūctos ad ſcie lumē
fideiqꝫ poꝛtū deduxit. demū i ierapoli frigie
pꝛuīcie vꝛbe crucifixus lapidatuſqꝫ obiit. ſiꝫ
qꝫ cū filiab' ſuis ibi reqeſcit. h Iſid. De phi
lippo aūt q fuit vn' de ſeptē diaconib' dicit
Hiero. in martirologio. ꝙ. viij. ydus iulij ſi
gnis ꝛ pdigijs inclitus apud ceſareā reqeuit
iuxta quē tres filie ei' tumulate ſunt: nā qr
ta apud epheſum reqeſcit. Prim' ergo phi
lippus ab iſto differt. qꝛ ille fuit apoſtol' iſte
diaconus. Ille quieſcit apud ierapolim. iſte
apud ceſareā ille habuit duas filias pphetiſ
ſas iſte quattuoꝛ. Licet hiſtoꝛia eccleſiaſtica
videaꝫ dicere ꝙ fuit philipp' apl's q habuit
quattuoꝛ filias pꝛophetiſſas. ſꝫ in hoc magꝭ
hieronimo eſt credenduꝫ.

¶ De ſctō Iacobo apl'o mi
noꝛi. lxiij. A

Iacobus dicitur
ſupplātatoꝛ vel ſupplātās
feſtinantē vel pꝛeparās vel

dicitur iacobus a ia qḋ eſt deus ⁊ cobar qḋ
eſt onus vel pōdus. Vel iacobus quaſi iaco
pus a iaculo ⁊ cope qḋ eſt ceſio quaſi ceſus
iaculis. Dicit̄ ergo ſupplātator mūdi ꝑ con-
temptū. ſupplantās feſtinantē diabolū pre-
parans ad omne bonū corpus ſuuꝫ. Male
enim paſſiōes nobis inſunt ex tribus ſicut
dixit gregorius nicenus. Ex mala educatio
ne ſiue conuerſatiōe. ex corporis mala habi
tudine. ex vicio ignorantie. Curant̄ autē vt
dicit bona conſuetudine. bona exercitatiōe
ſtudio doctrine. Sic btūs iacobus ſe cura-
uit: ⁊ ideo corpus ad omne bonū paratū ha
buit. Dicit̄ etiā pōdus diuinū ꝑ grauitatem
morū iaculis ceſus per martiriū. A

Jacobus iſte apoſto-
lus vocatꝰ eſt iacobꝰ alphei ſcꝫ
filius iacobꝰ frater dn̄i iacobus
minor ⁊ iacobus iuſtus. Jacobꝰ
alphei dr̄ nō tm̄ ſm̄ carnē. ſed etiā ſm̄ nois
interp̄tationē. Alpheus eīm interpretat̄ do-
ctus vel documētuꝫ vel fugitiuus vel mille
ſimus. Dicit̄ ergo Jacobꝰ alphei. qꝛ fuit do
ctus ꝑ ſcientie inſpirationē documentū per
aliorū eruditionē. fugitiuus de mūdo ꝑ de-
ſpectionē. ⁊ milleſimus ꝑ humilitatis repu
tationē. Frater quidē dn̄i dicit̄ ex eo ꝙ ſimil
limus ſibi fuiſſe ꝑhibet̄. adeo vt pleriqꝫ i co
rum ſpecie fallerent̄. Unde cū iudei ad capi
endum xp̄m ꝑgerent ne forte iacobū in ꝑſo
na xp̄i caperēt a iuda qui xp̄m a iacobo tāq̄
corū familiaris optime diſcernebat ſignuꝫ
oſculi acceperūt. Hoc etiā teſtat̄ ignatiꝰ in
quadā epiſtola ad iohannē euāgeliſtā ſic di-
cens. Si licitū eſt mihi apud te ad hieroſo-
lime ꝑtes volo aſcendere. vt videā illū vene
rabilem iacobū q̇ cognoīat̄ iuſtus quē refe-
rūt xp̄o ieſu ſimillimū facie vita ⁊ modo cō-
uerſationis. acſi eiuſdē vteri frater eſſet ge
mellus. quē dicūt. ſi video. video ⁊ ip̄m ieſuꝫ
ſm̄ oīa corꝑis eius liniamēta. Vel dr̄ frater
domini qm̄ xp̄us ⁊ iacobus ſicut a duabꝰ ſo
roribus deſcenderant ſic a duobus fratribꝰ
ſcꝫ ioſeph ⁊ cleopha deſcendere putabant̄.
Non eīm dicit̄ frater dn̄i: quia fuerit filius
ioſeph ſponſi marie de vxore alia. ſicut aliq̄
voluerūt dicere. ſꝫ quia erat filius marie fi
lie cleophe q̇ quidē cleophas fuit frater ip-
ſius ioſeph ſpōſi marie lꝫ magiſter iohānes
beleth dicat. qꝛ alpheus pater ipſius iacobi
fuit frater ioſeph ſponſi marie. qḋ verū non
credit̄. Judei ergo fratres vocabāt qui ſe ex
vtraqꝫ ꝑte ſanguinis ꝯtingebāt. ¶ Vel
dicitur frater dn̄i ꝓpter ꝑrogatiuā ⁊ excellē
tiam ſanctitatis ob quam pre ceteris apl̄is
hieroſolimis eſt ep̄s ordinatꝰ. Dicit̄ etiā ia
cobꝰ minor ad drīam iacobi maioris filij ze
bedei. Licet eīm iacobo zebedei natus ſit pri
or. fuit tamē vocatiōe poſterior. vnde etiaꝫ
hec cōſuetudo i pleriſqꝫ regionibꝰ obſeruat̄
vt ille qui prior īgreditur maior vocet̄ ⁊ ille
qui poſterior minor lꝫ ſit prior aut etate ma
ior aut ſanctitate dignior. Dicit̄ etiā iacobꝰ
iuſtus ꝓpter meritū excellētiſſime ſc̄titatis
Nam ſm̄ Hiero. tāte reuerētie ⁊ ſanctitat̄
in populo extitit vt fimbriaꝫ veſtimēti eius
certatim cuperent tangere. Unde ⁊ de eius
ſanctitate ſic ſcripſit egiſippus apl̄oruꝫ vici
nus. ſicut i eccleſiaſticis hiſtorijs legit̄. Su
ſcepit inquit eccleſiam frater dn̄i iacobus q̇
ab oībus noīatus eſt iuſtus ab ipſis tempo
ribus dn̄i perdurās vſqꝫ ad nos. Hic ex vte
ro matris ſue ſanctus fuit: vinū ⁊ ſicerā nō
bibit. carnes nūq̄ mādu̇cauit. ferrū i caput
eiꝰ nō aſcendit. oleo nō eſt vnctus. balneis
non eſt vſus. ſindone. id eſt veſte linea ſemꝑ
indutus. Totiēs in oratiōe genua flexerat
vt callos in genibus ſicut in calcaneis vide
retur habere. Pro hac inceſſabili ⁊ ſumma
iuſticia appellatꝰ eſt iuſtus ⁊ abba qḋ eſt in
terpretatū munimentū ppl̄i ⁊ iuſticia. Hic
ſolus inter apl̄os ꝓpter nimiā ſanctitatem
ſuā ꝑmittebat̄ intrare in ſancta ſc̄torūꝫ. hec
egiſippus. Dicit̄ etiā ꝙ primus inter apl̄os
miſſam celebrauit. Nā ꝓpter ſue excellētiā
ſanctitatis hunc ſibi honorē apl̄i fecerūt vt
poſt aſcenſionē dn̄i primꝰ inter eos miſſam
hieroſolimis celebraret etiā anteq̄ eſſꝫ ep̄s
ordinatus cū ante eius ordinationē in acti-
bus dicat̄ ꝙ diſcipuli erāt perſeuerantes in
doctrina apoſtolorū ⁊ cōicatione fractionis
panis. qḋ de miſſe celebratiōe accipit̄. Vel
forte ideo primus celebraſſe dicit̄. qꝛ primꝰ



in pontificalibus eā dixiſſe ꝑhibet̄ ſicut ⁊ pe
trus poſtmodū primus in antiochia miſſaꝫ
celebrauit ⁊ marcꝰ in alexādria. hic ꝑpetue
v̓ginitatis extitit. ſicut teſtat̄ Hiero. in lib.
ꝯtra iouinianū. In paraſceue autē mortuo
dn̄o ſicut dicit ioſephus ⁊ hiero. in. lib. de vi
ris illuſtribus. iacobꝰ votū vouit ſe nō come
ſturū donec videret dn̄m a mortuis ſurrexiſ
ſe. in ipſa aūt die reſurrectōis cū vſqꝫ ad diē
illā iacobꝰ nō guſtaſſet cibū. eidē dn̄s appa-
ruit ac eis q̇ cū eo erāt ⁊ dixit. Ponite men
ſam ⁊ panē. deinde panē accipiēs bn̄dixit ⁊
dedit iacobo iuſto dicens. Surge frater mi
comede. qꝛ filius hoīs a mortuis reſurrexit
Septimo igit̄ anno ep̄atus eius cū ad dieꝫ
paſche apoſtoli hieroſolimis ꝯueniſſent. in
terrogāte eos iacobo q̄nta ꝑ eos feciſſꝫ dn̄s
corā populo referebāt. Cū ergo ſeptē diebꝰ
iacobus cū alijs apoſtolis in tēplo predicaſ
ſet corā caypha ⁊ aliq̄bus iudeis: ⁊ iam pro
pe eſſet vt baptizari vellent. repente quidā
templū ingrediens clamare incepit. O viri
iſraelite q̇d facitis. Cur ab iſtis magis vos
decipi permittitis. Intantū aūt populū con
citauit vt apoſtolos lapidare vellent. Aſcen
dit aūt homo ille ſuꝑ graduꝫ vbi iacobus p̄
dicabat: ⁊ ipſum precipitauit deorſum ⁊ ex
tunc plurimū claudicauit. Hec aūt. vij. āno
poſt aſcenſionē domini btūs iacobꝰ paſſus
eſt. ¶ In anno aūt epiſcopatus ſui. xxx.
videntes iudei ꝙ paulū nō poſſent occidere
eo ꝙ ceſarē appellaſſet ⁊ romā miſſus fuiſ-
ſet: ꝑſecutionis ſue tirannidē in iacobū con
uerterunt ꝯtra eū occaſionē querētes. Et ſi
cut predictus egiſippus cōtemperaneꝰ apo
ſtoloruꝫ refert. ſm̄ qḋ in eccleſia. hiſtoria in
uenitur. iudei ad eū ꝯuenerūt dicētes. Ora
mus te vt reuoces populū: qꝛ ipſe errat in ie
ſu putans ꝙ ipſe ſit xp̄s. Precamur ergo vt
diſſuadeas oībus cōuenientibus in die pa
ſche de ieſu. tibi eī obtēperabimꝰ oēs ⁊ de te
taꝫ nos q̄ populus teſtimoniū ferimꝰ quia
iuſtus es ⁊ ꝑſonā nulliꝰ accipis. Statuerūt
igitur illū ſuꝑ pinnā tēpli ⁊ voce magna cla
mantes dixerūt. Virorū iuſtiſſime cui nos
omnes obtēꝑare debemꝰ: qm̄ populus er-
rat poſt ieſum qui crucifixus eſt enūcia no-
bis q̇d tibi videt̄. tunc iacobus cū ingenti vo
ce reſpōdit. Quid me interrogatis de filio
hoīs. Ecce ipſe ſedet in celis a dextris ſum
me virtutis venturus iudicare viuos ⁊ mor
tuos. hec audiētes xp̄iani valde gauiſi ſunt
⁊ libenter eū audierūt. Phariſei aūt ⁊ ſcri-
be dixerūt. Male fecimus tale teſtimoniuꝫ
preſtare ieſu. ſꝫ aſcendamꝰ ⁊ ꝑcipitemꝰ euꝫ
deorſum: vt ceteri terreant̄: ⁊ ei credere nō
p̄ſumāt. Et ſimul voce magna clamauerūt
dicētes. O o ⁊ iuſtus errauit. Aſcēderūt er-
go ⁊ precipitauerūt eū. Cū ergo precipitaſ-
ſent lapidibꝰ eū obruebāt dicentes. Lapide
mus iacobū iuſtū. Qui deiectus nō ſolū mo
ri nō potuit. ſed ꝯuerſus ⁊ ſuꝑ genua ꝓcum
bens dicebat. rogo dn̄e dimitte eis: qꝛ neſci
unt q̇d faciunt. Tūc vnus ex ſacerdotibꝰ ex
filijs rechab exclamauit Parcite queſo. q̇d
facitis. ꝓ vobis orat hic iuſtus quē lapidat̄
Tunc vnus ex ipſis perticā fullonis arripi
ens valido ictu caput eius ipetijt ⁊ cerebrū
excuſſit. Hec egiſippꝰ. Taliqꝫ martirio mi-
grauit ad dn̄m ſub nerone q̇ cepit anno dn̄i
lvij. ſepultus ibidē ꝓpe templū. Cū aūt po-
pulus vellet eius mortē vindicare ⁊ malefa
ctores capere ⁊ punire ꝓtinus aufugerunt
Refert ioſephus ꝙ ꝓpter peccatuꝫ mortis
iacobi iuſti factū eſt excidiū in hieruſalem ⁊
diſperſio iudeorū. ſed nō ſolū ob mortē iaco
bi; ſꝫ etiā ob mortē dn̄i ꝑcipue deſtructio fa
cta eſt ſꝫ ꝙ dicit dn̄s. Non relinquent in te
lapidem ſuꝑ lapidē eo ꝙ nō cognoueris tē-
pus viſitationis tue. Sed qm̄ nō vult domi
nus mortē peccatoris. ⁊ vt ipſi excuſationē
non haberent ꝑ. xl. annos eoꝝ penitētiā ex
pectauit: ⁊ ꝑ apl̄os maxime ꝑ iacobū fratrē
dn̄i inter eos continue ꝑdicantē eos ad pe-
nitentiā reuocabat. Sꝫ cū ꝑ ammonitionē
eos non poſſet reuocare voluit eos ſaltē ꝓ-
digijs exterrere. Nam in his. xl. annis ſibi
ad penitentiā datis multa mōſtra ⁊ ꝓdigia
ſicut refert ioſephus euenerūt. Nā ſtella ꝑ-
fulgens gladio ꝑ oīa ſimilis viſa eſt ciuitati
deſuꝑ imminere. ac ꝑ totū annū exitialibus
flāmis ardere. In quodā feſto azimoꝝ hora
noctis nona tantus fulgor arā templumqꝫ
circūdedit. vt oēs diē clariſſimū factū puta-

rent. In eadē feſtiuitate vitula ad imolādū
adducta. inter miniſtroꝝ man⁹ agnā ſubito
eſt enixa. Poſt aliquot dies ꝑpe ſolis occa
ſum viſi ſunt currus ꝛ quadrige in oī regio
ne ꝑ aerē ferꝛ armatorū cohortes miſceri
nubibusꝛ vrbes circūdare agminib⁹ impro
uiſis. In alio die feſto que pentecoſten ap
pellat̃ noctu ſacerdotes templū ingreſſi ad
miniſteria ex more cōplēda mot⁹ quoſdam
ſtrepituſq̃ ſenſerūt ac voces ſubitas audie
runt dicētes. Trāſeam⁹ ab his ſedib⁹. Ante
quartū etiā annū belli q̇dā vir noīe ieſus a-
nanie filius in feſto tabernaculoꝝ repente
clamare cepit. Vox ab oriēte. vox ab occidē
te. vox a quattuor vētis vox ſup hieroſolimā
ꝛ ſup templū. vox ſup ſpōſos ꝛ ſponſas. vox
ſup populū vniuerſuꝫ. Predictus igit̃ vir ca
pitur cedit̃ verberat̃. ſed ille aliud dicere ne
quiēs quāto plus verberat̃ tanto forti⁹ cla-
mabat. Ad iudicē igit̃ adducit̃ tormētis di-
ris afficitur vſq̃ ad patefactionē oſſium la-
niatur. Sed ille nec preces: nec lachrimas
effundebat: ſed cū quodaꝫ vlulatu ꝑ ſingula
pene verbera eadē ꝓferebat. addens etiaꝫ
hoc. Ve ve hieroſolimis hec ioſephus. ¶
Cū aūt iudei nec ammonitiōibus ↄuerterē
tur: nec tantis ꝓdigijs terrerent̃ poſt q̄dra
geſimū annū dn̄s veſpaſianū ꝛ titū hieruſa-
lem adduxit. qui ip̄am ciuitatē funditus de
ſtruxerūt. Hec aūt fuit cauſa aduentus ip-
ſoruꝫ in hieruſalē ſicut in quadā hiſtoria in
uenitur licet apocripha. Videns pilatus q̈
ieſum innocentē condemnauerat timēs of
fenſam tyberij ceſaris ꝓ ſe excuſando nun
cium noīe albanū ad ceſarem deſtinauit. eo
autē tempore veſpaſian⁹ monarchiā in ga-
lacia a tyberio ceſare tenebat. Nūcius igit̃
pilati a vētis ↄtrarijs in galaciā pellit̃ et ad
veſpaſianū adducit̃. Talis aūt ibi ſeruabat̃
ↄſuetudo. vt quicūq̃ ibidē naufragiū pate-
ret̃ rebus ꝛ ſeruituti pricipis ſubderet̃. quē
veſpaſianus quis eſſet: aut vnde veniret ſeu
quo tenderet req̄ſiuit. Cui ille. Hieroſolimi
tanus ſuꝫ. de ꝑtibus illis veni romā vſq̃ tē
debā. Cui veſpaſian⁹. De terra ſapientiū ve
nis. artē noſti medicaminis medic⁹ es. cura-
re me debes. Veſpaſian⁹ eīm quoddā genus

verniū naribus inſitū ab infantia gerebat.
vnde ꝛ a veſpis veſpaſian⁹ dicebat̃. cui vir ille
reſpōdit. Artē medicaminis dn̄e neſcio. ꝛ ideo
curare te nō valeo. cui veſpaſianus. Niſi me
curaueris morte morieris. cui ille ait. Ille
qui cecos illuminauit: demones effugauit.
mortuos ſuſcitauit. ille nouit: q̈ artē medē
di ignoro. Cui veſpaſianus. Quis eſt ille de
quo tanta ꝓfaris. Et ille ieſus nazarenus
quē iudei ꝑ inuidiaꝫ occiderūt. in quē ſi cre-
dideris ſanitat̃ gratiā ↄſequeris. Et veſpa
ſian⁹ ait. Credo q̈ mortuos ſuſcitauit. me
etiā de infirmitate hac liberare poterit. Et
hec dicēdo. veſpe de narib⁹ eius ceciderūt ꝛ
ↄtinuo ſanitatē recepit. Tūc veſpaſian⁹ in-
genti gaudio repletus ait. Certus ſuꝫ: quia
fili⁹ dei fuit q̇ me curare potuit. Petita igit̃
a ceſare licētia hieroſolimā cū manu arma
ta ꝑgam: ꝛ oēs ꝓditores huius ꝛ occiſores
funditus euertā. Dixitq̃ albano nūcio pila
ti. Rebus ꝛ vita ſanus ꝛ incolumis domuꝫ
tuā mei licentia reuertaris. Veſpaſian⁹ igi
tur romā adijt ꝛ deſtruēdi iudeā ꝛ hieruſalē
a tiberio ceſare licentiā ipetrauit. Per an-
nos igit̃ plures exercitū congregauit tꝑe. ſ.
neronis imꝑatoris cū iudei imꝑio rebellaſ-
ſent vnde ſm̄ cronicaꝫ nō fecit hoc zelo xp̄i
ſꝫ q̈ a dn̄io receſſerāt romanoꝝ. Hieruſalē
igit̃ cū copioſo exercitu Veſpaſian⁹ aduenit
ꝛ in die paſche hieruſalē ꝑ circuitū potenter
obſedit. ibiq̃ infinitā multitudinē q̄ ad diē
feſtū ↄuenerat cōcluſit. ¶ Per aliquod
autē tempus anteq̄ veſpaſianus hieruſalē
aduenīret fideles q̇ ibi erāt a ſpū ſancto ad
monentur vt inde recedāt ꝛ in quodā opido
trāſiordanē qđ pellan vocat̃ ſecedāt. vt abla
tis ab vrbe ſanctis viris celeſti vindicte fie
ret locus tam de vrbe ſacrilega q̄ꝫ de popu-
lo ſcelerato. Quandā autē ciuitatē iudee no
mine ionapatam in qua ioſephus ꝛ dux et
princeps erat. ꝓmo oīm eſt aggreſſus. Sꝫ
ioſephus cū ſuis viriliter reſiſtebat. Tādē
videns ioſephus imminere excidiū ciuitat̃
aſſumptis vndecim iudeis ſubterraneā do
mū intrauit. vbi quadriduana fame afflicti
iudei non cōſentiente ioſepho malebāt ibi
dem mori q̄ꝫ veſpaſiani ſe ſubijcere ſeruitu-



ti. Volebantq̃ ſe mutuo interficere ꝛ ſan-
guinem ſuū in ſacrificiū deo offerre. Et qm̄
ioſephus inter eos dignior erat volebāt eū
primitus occidere. vt eius effuſione ſangui
nis deus citius placaret̃. Vel vt in quadem
cronica dicit̃. ideo ſe mutuo interficere vo-
lebant. ne darentur in manib⁹ romanorum
At Joſephus vir prudēs ꝛ mori nolēs iudi-
cem mortis ꝛ ſacrificij ſe ↄſtituit ꝛ q̇s prior
alio occidēdus eſſet inter binos ꝛ binos ſor
tem mittere iuſſit. Miſſis igit̃ ſortib⁹ ſors
nūc vnū nūc aliū morti tradidit donec vētū
eſt ad vltimū cū quo ioſephus ſortē miſſur⁹
fuit. tunc ioſephus. homo ſtrennu⁹ ꝛ agilis
gladiū illi abſtulit. ꝛ quid magis eligeret vi
tam. ſ. aut morteꝫ requiſiuit: ꝛ vt ſine dilati-
one eligeret precepit. Et ille timēs reſpon-
dit. Viuere nō recuſo. ſi gratia tui vitā ↄſer
uare valeo. Tūc ioſephus vni familiari ve-
ſpaſiani ꝛ ſibi etiā familiari latēter locutus
eſt vt ſibi vita donaret̃ petijt ꝛ qđ petijt ipe-
trauit. Cū autē ante veſpaſianū ioſeph⁹ eēt
adductus. dixit ei veſpaſianus. Mortē me
ruiſſes ſi huiuſ petitionibus liberatus non
eſſes ꝛ ioſephus. Si quis perperaꝫ actū eſt
in melius cōmutari poteſt. Et veſpaſianus
Qui victus eſt quid facere poteſt. ꝛ ioſeph⁹
Aliquid facere potero ſi dictis meis aures
tuas demulſero. ꝛ veſpaſianus. Concedat̃
vt verbis tuis inhereas. ꝛ quicquid boni di
cturus es pacifice audiat̃ ꝛ ioſephus. Im-
perator romanus interijt ꝛ ſenatus imꝑato
rem te fecit ꝛ veſpaſianus. Si ꝓpheta es.
quare nō es vaticinat⁹ huic ciuitati q̄ꝫ mee
ſit ſubijciēda ditioni. Et ioſephus Per qua
draginta dies hoc eis predixi Interea lega
ti romanorū veniūt veſpaſianū in imperiuꝫ
ſublimatū aſſerūt. eumq̃ romā deducunt.
Hoc quoq̃ euſebius i cronica teſtat̃ q̄ꝫ ſcꝫ
ioſephus veſpaſiano predixit tam de imꝑa-
toris morte q̄ꝫ de ſua ſublimatiōe. Reliquit
autē veſpaſianus titū filiū ſuū in obſidione
hieruſalē. Titus autē vt in eadeꝫ hiſtoria a
pocripha legitur audiēs patrē ſuū in impe-
rium ſublimatū tanto gaudio ꝛ exultatione
replet̃ q̄ꝫ neruorū ↄtractione et frigiditate
corripitur ꝛ altero crure debilitat⁹ paraliſi

torquetur. Joſephus aūt audiēs titū parali
ſi laborare cauſam morbi ꝛ tp̄s morbi dili-
gēter inquirit. Cauſa neſcit̃. morbus igno-
ratur. de tempore aūt q̈ſi audita patris ele
ctiōe hoc ſibi acciderit aperit̃. ioſephus au-
tem vir prouidus ꝛ ſapiens et paucis mul-
ta coniecit ꝛ ex tempore morbū ꝛ cauſaꝫ in
uenit ſciēs q̈ gaudio ꝛ leticia ſuꝑabundāti
debilitatus fuerit. Animaduertēs itaq̃ q̈
contraria contrarijs curantur. ſciens etiaꝫ
quia quod amore conquerit̃. dolore frequē
ter amittitur. querere cepit an aliquis eſſet
q̇ principis inimicitijs obnoxius teneretur
Et erat ibi ſeruus adeo tito moleſtus vt ſi-
ne vehemēti conturbatōe nullatenus in eū
poſſet reſpicere. nec etiā nomen eius audi-
re. dixit itaq̃ tito. Si curari deſideras oēs
q̇ in meo cōitatu venerit ſaluos facias Cui
titus. Quicūq̃ i tuo comitatu venerit ſecu-
rus habeatur ꝛ ſaluus. Tunc ioſephus cito
prandiū fieri p̄cepit. ꝛ menſaꝫ ſuā mēſe titi
appoſitā locauit ꝛ ſeruū a dextris ſuis ſede
re fecit. Quē titus reſpiciens moleſtia con-
turbatus infremuit. ꝛ qui prius gaudio in-
frigidatus fuerat. accenſione furoris inca-
luit neruoſq̃ diſtēdens curatus fuit. Poſt
hoc titus ꝛ ſeruū in ſui gratiā ꝛ ioſephū i ſuā
amicitiā recepit. Utrū aūt hec hiſtoria apo
cripha narrāda ſit lectoris iudicio relinqua
tur. ¶ Biennio igit̃ a tito hieruſalē ob
ſeſſa inter cetera mala q̄ obſeſſos grauiter
ꝑurgebāt tanta fames omnes tenuit q̄ꝫ pa
rentes filijs ꝛ filij parētibus. viri vxorib⁹ et
vxores viris cibos nō tantū emanibus. ſed
etiā ex ipſis dentib⁹ rapiebāt. Juuenes etiā
etate fortiores velut ſimulachra ꝑ vias ob-
errando pre fame examines cadebāt. Qui
mortuos ſepeliebāt ſepe ſuꝑ ip̄os mortuos
mortui cadebāt fetorē itaq̃ cadauerū non
ferentes ex publico ſumptu ipſa ſepeliebāt
Sed deficiente ſumptu vincente cadauerū
multitudie de muro cadauera precipitabāt
At titus circūiens cuꝫ vidiſſet valles reple
tas cadaueribus ꝛ totam patriam ex eoruꝫ
fetore corruptaꝫ manus ſuas cū lachrimis
ad celum leuauit dicēs. Deus tu vides: quia
ego hoc nō facio. Tanta eīm ibi fames erat

ꝙ calciamēta ſua ⁊ corrigias comedebant.
Matrona quedā inſuper genere ⁊ diuitijs
nobilis ſicut in hiſtoria eccleſiaſtica legitur
cū predones in eius domū irruētes eā omni
bus expoliaſſent. nec ſibi q̇d comederet re-
māſiſſet paruuluꝫ lactētē tenēs in manibus
ait. Infelicis matris infelicior fili in bello
in fame in direptiōe cui te reſeruabo. Ueni
ergo nūc o mi nate eſto matri cibus. p̄doni-
bus furor. ſeculis fabula. Et his dictis filiū
iugulauit ⁊ coxit et dimidiū comedēs partē
alterā occultauit. Et ecce cōfeſtim p̄dones
odorē carnis cocte ſentiētes in domū irruūt
⁊ niſi carnē prodat mortē minant̄. Tunc il-
la detegēs infantis membra ecce inquit vo-
bis partē optimā reſeruaui. At illos tantus
horror inuaſit ꝙ nec loqui potuerunt. Et il-
la. Meus eſt inquit filius hic. meū eſt pec-
catum. Securi edite. quia prior ego comedi
quē genui. Nolite fieri aut matre religioſio
res aut feminis molliores ꝙ ſi vincit vos pie-
tas ⁊ horretis ego totū comedam que dimi-
dium iam comedi illi vero tremētes ⁊ terri-
ti diſceſſerūt. Tandeꝫ ſecūdo anno imperij
veſpaſiani titus ierusalē cepit. ⁊ captā ſub-
uertit templumqꝫ funditus deſtruxit. Et ſi-
cut iudei xp̄m. xxx. denarijs emerāt. ſic ⁊ ipſe
vno denario. xxx. iudeos vēdidit. Sicut aūt
narrat ioſephꝰ nonaginta ſeptēmilia iudeoꝝ
venditi ſunt ⁊ vndecies centamilia fame ⁊
gladio perierunt. M Legit̄ quoqꝫ ꝙ titꝰ
intrās hieruſalem quēdam murū deſiſſimū
vidit ipſumqꝫ pforari precepit. factoqꝫ fora
mine quendam intus ſenē aſpectu ⁊ canicie
venerabilem inuenerūt. Qui requiſitus q̇s
eſſet r̄ndit ſe eſſe ioſeph ab arimathia ciuita
te iudee ſeqꝫ a iudeis ibidē clauſum ⁊ mura
tū fuiſſe eo ꝙ xp̄ꝫ ſepeliſſet. Addiditqꝫ ꝙ ab
illo t̄pe vſqꝫ nūc celiſti ſit cibo paſtus ⁊ diui-
no lumine ꝯfortatus In euāgelio t̄n nicode
mi dicit̄ ꝙ cū iudei ipſum recluſiſſent. Chri-
ſtus reſurgēs eū inde eripuit ⁊ in arimathiā
duxit p̄t dici ꝙ cū eductus a p̄dicatiōe chri-
ſti nō ceſſaret. a iudeis iterum eſt recluſus
Mortuo quoqꝫ veſpaſiano imp̄atore titus
filius eius eidē in imperio ſucceſſit qui fuit
vir clemētiſſimus ⁊ multe liberalitat̄. Tan

teqꝫ bonitatis fuit ſicut ait euſebiꝰ ceſarieñ.
in cronica ⁊ teſtatur hieronimus ꝙ dū quo-
dam ſero recordatus fuiſſet ꝙ illo die nil bo
ni egiſſet aut nihil dediſſet ait. O amici hūc
diē perdidi. Poſt longa tempora quidā iu-
dei hieruſaleꝫ reedificare volētes exeuntes
primo mane plurimas cruces de rore inue-
nerūt quas territi fugientes ⁊ ſecūdo mane
redeuntes vnuſquiſqꝫ vt ait miletus in cro-
nica ſua cruces ſanguineas veſtibus ſuis in
ſitas inuenit qui vehemēter territi in fugaꝫ
iteruꝫ verſi ſunt. ſꝫ tertio die reuerſi: vapore
ignis de terra p̄deūtis penitus ſunt exuſti.

## De inuētione ſancte crucis. lxiiij

Inuētio ſancte crucis dicitur qꝛ tali die crux inuenta fuiſſe refert̄. Nam ⁊ antea fuit inuenta a ſeth filio adaꝫ in ter
reſtri paradiſo. ſicut infra narrat̄ a ſalomo-
ne in libano a regina ſaba in ſalomonis tē-
plo a iudeis i aqua piſcine hodie ab helena
in monte caluarie. A

Inuētio ſancte crucis poſt annos ducentos ⁊ ampliꝰ a reſurrectiōe dn̄i facta eſt. Le-
git̄ em̄ in euāgelio nicodemi ꝙ
cū adam infirmaret̄. ſeth filius eius portas
paradiſi adijt ⁊ oleū ligni miſericordie quo
corpus patris perungeret ⁊ ſanitatem reci
peret poſtulauit. Cui apparens michael ar-
changelus ait. Noli laborare neqꝫ flere pro
oleo ligni miſericordie obtinēdo. qꝛ nullate
nus illud aſſequi poteris niſi q̄n cōpleti fue
rint q̇nqꝫ milia quingenti anni. lꝫ ab adam
vſqꝫ ad paſſionē chriſti anni t̄m quinqꝫmilia
centum nonagintanouē fluxiſſe credantur.
Legit̄ quoqꝫ alibi ꝙ angelus eidē ramuſcu-
lū quēdā obtulit ⁊ iuſſit ꝙ in mōte libani plā
taret̄. In quadā vero hiſtoria grecoꝝ lꝫ apo
cripha legit̄ ꝙ angelus de ligno in quo pec-
cauit adā eidē tradidit dicens. ꝙ q̄n faceret
fructū pater ſanaret̄. Qui rediens ⁊ patrem
mortuum inueniens ipſum ramum ſuper
tumulum patris plantauit. Qui plantatus
in arborem magnum creuit et vſqꝫ ad ſalo
monis tēpora perdurauit. Utrum autē hec



vera ſint. lectoris iudicio relinquat̄. cum in
nulla cronica vel hiſtoria auctentica hec le-
gat̄. Salomon aūt arborē tā pulchrā con-
ſiderans ipām precepit incidi ⁊ in domo ſal
tus locari. Nuſq̄ tamen vt ait iohānes be-
leth locari poterat nec alicui loco apta repe
riri valebat. ſed modo aut excedebat lōgitu
dine. aut deficiebat nimia breuitate. Si q̄n
vero ſm̄ loci exigentiā ipſam ratiōabiliter
decurtaſſent adeo breuiſ videbat̄ ꝙ oīno in
cōgrua habebat̄. Ob hoc īdignati artifices
ipſam reprobauerūt: ⁊ ſuper quendā lacum
vt eſſet pons trāſeūtibus p̄iecerūt. Regina
autem ſaba cū veniſſet audire ſapientiaꝫ ſa
lomonis ⁊ predictū lacū trāſire vellet. vidit
in ſpiritu ꝙ ſaluator mūdi in ligno ſuſpen-
dendus fuerat. ⁊ ideo ſuper illud lignū trā-
ſire noluit. ſed ipſuꝫ p̄tinus adorauit. In hi
ſtoria tamen ſcholaſtica legit̄ ꝙ predictum
lignum regina ſaba in domo ſaltus vidit.
Cūqꝫ ad domū ſuā rediſſet intimauit ſalo-
moni ꝙ in illo ligno quidā ſuſpēdendus eſ-
ſet p cuius mortē iudeoꝝ regnū deleri debe
ret. Salomon igitur predictū lignū inde ſu
ſtulit ⁊ in p̄fundiſſimis terre viſceribus il-
lud dimergi fecit. Poſtea p̄batica piſcina
ibidē facta ē: vbi nathinei hoſtias abluebāt
⁊ nō ſolū ex deſcenſu angeli: ſed etiā ex v̄tu
te ipſius ligni traditur ibi fieri ⁊ aque com
motionē ⁊ infirmoꝝ curationē. Appropin-
quante vero paſſione xp̄i predictū lignū ſu-
pernataſſe p̄hibet̄. Qd̄ autē illō iudei vidiſ
ſent ipſuꝫ acceperūt: ⁊ crucē dn̄o parauerūt
Ipſa aūt crux xp̄i ex quattuor generibus li-
gnorū fuiſſe p̄hibet̄. ſ. palme. cypreſſi oliue
⁊ cedri. vnde verſus. Ligna crucis palma ce
drus cipreſſus oliua. In cruce eniꝫ fuit hec
quadruplex differētia lignoꝝ. ſcꝫ lignū ere-
ctum. lignū trāſuerſum. tabula. ſuppoſita ⁊
truncus cui crux erat infixa vel ſm̄ Grego.
turoñ. tabula trāſuerſa que fuit ſub pedibꝰ
xp̄i. vnde quodlibet horū potuit eſſe alicuiꝰ
predictorū lignorū. Hanc differentiā ligno
rum videt̄ apſus innuere cū dicit. Ut poſſi-
tis cōprehēdere cū oībus ſanctis q̄ ſit lōgi-
tudo latitudo. ſublimitas. ⁊ p̄funduꝫ. Que
verba auguſti. ibidem doctor egregius ſic

exponit. Crucem inquit domini cuius lati-
tudo dicitur: in tranſuerſo ligno quo exten-
dunt̄. manꝰ lōgitudo a terra vſqꝫ ad ipāꝫ la
titudinē quo a manibꝰ infra totū corpꝰ affi-
gitur. altitudo a latitudine vſqꝫ ſurſum cui
adheret caput. p̄fundū vero qꝺ terre infixū
abſcōditur. Quo ſigno crucis oīs actio hu-
mana ⁊ xp̄iana deſcribitur. bene operari in
xp̄o: ⁊ ei perſeuerāter inherere: ſperare cele
ſtia ſacramēta nō p̄phanare. B Iſtud
lignū crucis precioſuꝫ p annos ducētos ⁊ vl
tra ſub terra latuit. ſꝫ ab helena matre con
ſtantini imperatoris hoc mō repertum fuit.
In tempore illo cōgregata eſt iuxta danu-
biū fluuiū multitudo innumerabilis barba
roꝝ volēs fluuiū trāſire: ⁊ oēs regiōes vſqꝫ
ad occidentē ſuo dn̄io ſubiugare. Quod vbi
cōſtantinus īperator cōperit caſtra mouit ⁊
cōtra danubiū ſe cū ſuo exercitu collocauit.
Ac barbaroꝝ creſcēte multitudine ⁊ iā flu-
uium tranſeunte ꝯſtantinus nimio terrore
cōcutitur. videns qꝛ eſſent die craſtino cum
eo preliū cōmiſſuri. Sequenti igit̄ nocte ab
angelo excitat̄: ⁊ vt ſurſum reſpiciat admo-
netur. Qui in celū aſpiciens vidit ſignū cru
cis ex clariſſimo lumine factū. Litteris au-
reis hunc titulū habens ſcriptuꝫ. In hoc ſi
gno vinces. Qui celeſti viſiōe ꝯfortatus ſi-
militudinē crucis fecit. ⁊ ipſam ante ſuū ex
ercitū ferri iuſſit. Irruenſqꝫ i hoſtes ipſos
in fugā vertit. ⁊ multitudinē maximā inter
fecit. Tunc cōſtantinus oēs temploꝝ pon-
tifices conuocauit. ⁊ cuius dei hoc ſignū eſ-
ſet diligētius inquiſiuit. Quibus ſe neſcire
dicētibus: quidā xp̄iani aduenerūt. ⁊ ei ſan-
cte crucis miſteriū ⁊ fidē trinitatis plenius
narrauerūt. Qui in xp̄m perfecte tūc credi-
dit ⁊ ab euſebio papa: vel ſm̄ quoſdā libros
ceſarienſi epiſcopo ſacꝝ baptiſma ſuſcepit
Sed in hac hiſtoria multa ponūtur quibus
contradicit hiſtoria tripartita ⁊ eccleſiaſti-
ca. ⁊ vita ſancti ſilueſtri ⁊ geſta pontificū ro
manorum. Scd̄m quoſdaꝫ non fuit iſte cō
ſtantinus imp̄ator qui a beato ſilueſtro pa-
pa fuit baptizatus ⁊ ad fidem conuerſus: ſi
cut alique hiſtorie videntur innuere. ſꝫ fuit
conſtantinus pater ipſius conſtantini ſicut

in aliquibus hiſtorijs inuenit̃. Ille em̄ ꝯſtā-
tinus alio modo ad fidē venit ſicut in hiſto-
ria ſancti ſilueſtri legit̃ nec ab euſebio ſed a
ſilueſtro baptizatus fuiſſe narrat̃. Mortuo
tamē ipo ꝯſtātino. cōſtantin⁹ memor victo
rie patris quā virtute ſancte crucis habue-
rat. helenā matrē ſuā hieroſolimam ꝓ ipſa
cruce inuenienda trāſmiſit ſicut inferius eſt
notatū. ¶ Hiſtoria tn̄ eccleſie hāc victo
riā aliter factā narrat. Ait em̄ ꝙ cū maxen
tius romanū imperiū inuaſiſſet. ꝯſtātinus
imperator iuxta pontem albinū cū maxētio
ꝯflicturus aduenit. Cū igit̃ anxi⁹ multū eſ
ſet. ⁊ ꝓ ſibi mittendo auxilio ad celū oculos
crebro leuaret. vidit per ſoporē ad orientis
partē in celo ſignū crucis fulgore igneo ru-
tilare. angelosq̄ aſtare ⁊ ſibi dicere. Cōſtā-
tine in hoc vinces. Et vt dicit̃ in hiſtoria tri
partita dū ꝯſtātin⁹ qd hoc eſſʒ miraret̃. xp̄s
nocte ſuperueniēte eidē apparuit cū ſigno qđ
vidit in celo. iuſſitq̄ vt fieret eius ſigni figu
ratio q̄ foret auxiliū in ꝯgreſſib⁹ ꝑlioꝝ: tūc
cōſtātinus letus redditus ⁊ de victoria iam
ſecurus ſignū crucis qđ in celo viderat i ſua
fronte deſignat vexilla militaria in ſignacu
lum crucis trāſformat ⁊ i manu dextera au
ream crucē portat. Poſt hoc dn̄m exorauit
ne dexterā ſuā quam ſigno crucis munierat
ſalutari cruore romani ſanguinis macula-
ri ꝑmitteret: ſʒ ſine ſanguinis effuſione vi-
ctoriam ſibi de tiranno p̄ſtaret. Maxētius
aūt iuſſit nauib⁹ ad decipulā cōpoſit[is] fluuiū
ſterni ⁊ ſuppoſitis pōtib⁹ exequari. Cū aūt
cōſtantinus iam ad fluuiū appropinquaret
maxētius in occurſum cū paucis veloci⁹ ei
pergit. iubēs vt ceteri ſe ſequātur ſuiq̄ ope
ris pontē cū paucis ꝯſcendit ⁊ decipula qua
cōſtantinū decipere voluit eſt deceptus. ⁊ i
fluuij ꝓfundū demerſus ꝯſtantin⁹ vero ab
oibus vnanimiter eſt ſuſceptus. Et ſicut le
gitur in quadā cronica ſatis auctentica. cō-
ſtantinus tūc ꝑfecte nō credidit. nec tūc ſa-
crū baptiſma ſuſcepit. ſʒ aliquāto tp̄is inter
iecto. viſionē illaʒ petri ⁊ pauli vidit ⁊ ſacro
baptiſmate ꝑ ſilueſtrū papā renatus ⁊ a le-
pra mūdatus in xp̄m deinceps ꝑfecte credi
dit. Et ſic matrē ſuā helenā hieroſolimā mi

ſit vt crucē dn̄i requireret. Ambro. tn̄ in epl
ſtola de obitu theodoſij ⁊ hiſtoria tripartita
dicūt ꝙ in vltimis ꝯſtitut⁹ baptiſma ſuſce-
pit. baptiſmū differēs vt poſſet in iordanis
flumine baptizari. Hoc idem dicit hieroni.
in cronica. Certū eſt aūt ꝙ ſub ſilueſtro pa-
pa xp̄ianus effect⁹ eſt. Utrū autē baptiſmū
diſtulit in dubiū vertit̃. vnde de illa legenda
ſancti ſilueſtri quo ad plura ſimiliter dubi-
tatur. Hec igit̃ hiſtoria de inuentiōe crucis
que i eccleſiaſticis hiſtorijs inuenit̃. cui etiā
ꝯſonant cronice videt̃ eſſe magis auctenti
ca q̄ᵐ illa q̄ per eccleſias recitat̃. Cōſtat enʒ
multa ibidē eſſe que nō ꝯſonāt veritati. niſi
forte quis vellet dicere vt ſuperius dictū eſt
ꝙ nō fuit cōſtantinus ille. ſʒ ꝯſtātin⁹ pater
eius: qđ tn̄ multū autenticū nō videt̃. licʒ in
quibuſdā vltramarinis hiſtorijs ſic legatur
D ¶ Cū autē helena hieruſalem aduenisset
omnes iudeoꝝ ſapiētes; qui ꝑ totā regionē
reperti ſunt ad ſe ꝯgregari p̄cepit. Hec aūt
helena prius ſtabularia fuerat. ſʒ ꝓpter ei⁹
pulchritudinē conſtantinus ſibi eā ꝯiunxit.
ſm̄ ꝙ dicit ambro. in hec verba. Stabulari
am hanc fuiſſe aſſerūt. ſʒ ꝯiuncta eſt cōſtan
tino ſeniori qui poſtea regnuʒ adeptus eſt.
Bona ſtabularia q̄ tam diligenter preſepe
dn̄i requiſiuit. Bona ſtabularia que illū ſta
bularium nō ignorauit qui vulnera curauit a
latronibus vulnerati. Bona ſtabularia que
maluit oīa eſtimare ſtercora vt xp̄m lucrifa
ceret. ideo illā xp̄s de ſtercore leuauit ad re
gnum. Hec Ambro. Alij vero aſſerunt ⁊ in
quadā cronica ſatis autentica legit̃ ꝙ ipſa
helena fuit filia choelis regis britonū. quā
ꝯſtantin⁹ in britanniā veniēs cū eſſet vnica
patri ſuo duxit vxorē. vnde inſula poſt mor-
teʒ choelis ſibi deuenit. Hoc ⁊ ipi britones
atteſtant̃. ſʒ alibi legat̃ ꝙ fuerit treuerenſ.
Iudei igit̃ nimiū formidātes dicebāt ad in
uicem quare putatis ꝙ regina nos ad ſe fa
ciat ꝯgregari. vnus autē ex eis noīe eius iu
das dixit. Scio enʒ qꝛ vult a nobis diſcere
vbi nā eſſet lignū crucis. in quo xp̄s crucifi-
xus fuit. videte ergo ne aliq̄s ſibi ꝯfiteri p̄-
ſumat. Sin aūt certiſſime ſciatis ꝙ lex nr̄a
euacuabit̃. ⁊ paterne tradiciōes fundit⁹ de-



ſtruētur. Zacheus em̄ auus me⁹ p̄nūciauit
patri meo ſimoni. ⁊ pater me⁹ moriēs dixit
mihi. Uide fili qn̄ inq̄ret̃ crux xp̄i illā mani-
feſta anteq̄ᵐ aliqua patiariſ tormēta. Nuſq̄ᵐ
em̄ ex tūc gēs iudeorū regnabit; ſʒ illi q̄ cru-
cifixum adorāt. qꝛ ipſe xp̄s fili⁹ dei erat. Cui
ego dixi. Pater mi. ſi vere patres noſtri ipʒ
xp̄m eſſe dei filiū cognouerūt. cur ipʒ cruci[s]
patibulo affixerūt. Et reſpōdit. Nouit dn̄s
qꝛ nunq̄ᵐ in ꝯſilio eoꝝ extiti. ſʒ eis ſepius cō
tradixi. Quia vero ipſe phariſeorū vicia ex-
probrabat ipm̄ crucifigi fecerūt. Ipſe vero
die tertia reſurrexit. ⁊ celos diſcipulis vidē
tibus penetrauit. In quem ſtephan⁹ frater
me⁹ credidit. quē iudeoꝝ veſania lapidauit
Uide ergo fili ne ipſum vel diſcipulos eius
audeas blaſphemare. Nō videt̃ aūt multuʒ
ꝓbabile ꝙ pater iſti⁹ iude tp̄e paſſionis xp̄i
eſſe potuerit. cū a paſſiōe xp̄i vſq̄ ad helenā
ſub qua iudas fuit fluxerūt pluſq̄ᵐ ducēti ſe
ptuaginta anni. niſi forte diceret̃ ꝙ tūc ho-
mines pluſq̄ᵐ mō viuebāt. Dixerūt ergo iu-
dei ad iudam. Nos talia nunq̄ᵐ audiuimus
Uerūtamen ſi de hoc regina q̄ſierit vide ne
hoc ſibi aliquatenus ꝯfitearis. Cū ergo illi
ante reginā ſtetiſſent. ⁊ illa eos interrogaſ
ſet de hoc loco vbi fuerat dn̄s crucifixus. et
ipſi locū nullaten⁹ iudicare vellēt. iuſſit eos
oēs igne cremari. At illi oēs timentes tra-
diderūt iudā dicētes. Hic dn̄a iuſti ⁊ ꝓphe-
te fili⁹ optime nouit legē. ⁊ tibi oīa que q̄ſie
ritis ab eo iudicabit. Tūc illa oēs dimittēs
tenuit iudā ſolū. Cui dixit. Mors ⁊ vita ti-
bi ꝓpoſita ſunt: qđ malueris elige. Oſtende
igitur mihi locū qui golgotha dicit̃ vbi fuit
dn̄s crucifix⁹: vt cruceʒ ei⁹ inuenire poſſim.
Reſpōdit iudas. quomō locū ſcire valeā: cū
ducēti anni iam ⁊ ampli⁹ fluxerint. ⁊ nequa
q̄ᵐ illo tp̄e nat⁹ eſſem. Cui regina. Per cru
cifixū fame te ꝑimā niſi mihi dixeris veritatē
Ipſuʒ igit̃ in puteū ſiccū iuſſit ꝓijci: ⁊ ibidē
famis moleſtia cruciari. Cū ergo ibidē ſex
dieb⁹ ſine cibo manſiſſet: die ſeptimo extrahi
petijt: ⁊ crucē ſe indicaturū ꝓmiſit. Cū ergo
extract⁹ ad locū veniſſet: ⁊ ibidē oraſſet: loc⁹
ſubito cōmouet̃: ⁊ fumus aromatum mire
odoris ſentit̃: ita vt mirat⁹ iudas ambabus

manibus plauderet ⁊ diceret. In veritate xp̄e
tu es ſaluator mūdi. Erat autē in loco illo ſi
cut in eccleſiaſticis hiſtorijs legit̃. tēpluʒ ve
neris qđ adrianus imꝑator ibidē cōſtruxe-
rat vt ſi quis xp̄ianoruʒ in loco illo adorare
voluiſſet. videret̃ venereʒ adorare: ⁊ ob hoc
in frequēs ⁊ pene obliuioni datus fuerat lo
cus. Regina aūt tēplū fundit⁹ fecit deſtrui
⁊ locū inarari. Poſt hoc iudas precingens
ſe viriliter fodere cepit: ⁊ viginti paſſus fo-
diens tres cruces abſcōditas reperit; quas
ad reginā ꝓtinus deportauit. Cū aūt crucē
xp̄i ab alijs latronū neſciret diſcernere: eas
in medio ciuitatis poſuerūt ibidē gloriā dn̄i
preſtolātes. Et ecce cū circa horā nonā q̄dā
iuuenis mortuus differret̃ iudas feretrum
tenuit. ⁊ primā ⁊ ſecundā crucē ſuꝑ corp⁹ de
functi appoſuit ſʒ nequaq̄ᵐ ille ſurrexit. ap-
ponēs autē tertiā crucē ꝓtinus redijt defun
ctus ad vitā. ¶ In hiſtorijs aūt eccleſia
ſticis legit̃ ꝙ cū quedā mulier p̄maria ciui-
tatis ſemiuiua iaceret macharius epiſcop⁹
hieroſolimitan⁹ primā ⁊ ſecūdā crucē adhi-
buit ſed nihil ꝓfecit. tertiā vero appoſuit ⁊
mulier apertis oculis ꝓtinus ſanata ſurrexit
Ambroſi⁹ vero dicit q̄ᵐ diſcreuit ipam crucē
domini ꝑ titulū quē poſuerat pilatus quem
titulū ibidē inuenit ⁊ legit. Diabolus autē
in aere vociferabat dicēs. O iuda quid hoc
feciſti. Iude meo contraria opatus es. Nā
ille me ſuadēte fecit ꝓditionē. ⁊ tu me renu
ente ieſu inueniſti crucē. Per illū multorū
lucratus ſum aīas per te perdere videor iā
lucratas. Per illū regnabaʒ in populo. ꝑ te
iam expellar a regno. Uerūtamen tibi vicē
rependam ⁊ contra te regē alium ſuſcitabo
qui fidē deſerens crucifixi. cū tormentis te
negare faciet crucifixū. Quod quidē de iuli
ano apoſtata dictum videtur qui iudā ep̄m
hieroſolimis factum multis tormētis affe
cit. ⁊ martirē xp̄i fecit. Audiēs iudas vocife
rantem diabolū nihil extimuit: ſed cōſtāter
diabolo maledixit dicēs. Chriſtus te dam-
net in abyſſuʒ ignis eterni. Pro hoc iudas
baptizatur quiriacus appellatur: ⁊ hieroſo
limoꝝ defuncto ep̄o ibidē i ep̄m ordinatur
Uerū cum beata helena clauos domini nō

haberet.rogauit epꝫ quiriacū vt ad locū per
gerꝫ:⁊ clauos domini quereret.Qui cū ve-
niſſet ⁊ ad dñꝫ preces fudiſſet.cōtinuo velut
aurum claui fulgētes in terra apparuerūt.
Quos ille accipiēs regine detulit.Illa autē
genua figēs in terra et caput inclinans eos
cū multa reuerētia adoꝛauit.Crucis ergo ꝑ
tem helena detulit filio partē vero thecis ar
genteis conditā reliquit in loco Clauos xͦo
quibꝰ dominicū coꝛpus fuerat affixum poꝛ-
tat ad filiū ex quibꝰ vt euſebius ceſarieñſis re
fert frena quibꝰ vteret ad bellū cōpoſuit.et
ex aliis galeā ſuā armauit.Nōnulli aūt aſſe
runt vt gregoꝛiꝰ turoneñ.clauos quattuoꝛ in
dominico coꝛpe fuiſſe:ex quibꝰ helena duos
in freno imperatoꝛis poſuit tertiū in imagi
ne cōſtātini q̇ rome ſupeminet vꝛbi locauit.
et quartū in mare adriaticū qꝺ vſqꝫ tūc fu-
erat nauigātiū voꝛago ꝓiecit.ꝑcipiēs hoc fe
ſtum de inuētione ſancte crucis ſingulis an
nis ſolēniter celebꝛari. Ambꝛoſius vero ſic
ait.Queſiuit helena clauos domini ⁊ inue-
nit.Et de vno frena fieri pꝛecepit ⁊ de alte-
ro diadema intexuit.Recte clauos in capite
coꝛona in vertice.⁊ in manu habena vt ſen-
ſus ꝓmineat.f des luceat.ptās regat. San
ctū aūt quiriacū epm iulianus apoſtata poſt
modū interfecit.ex eo ꝙ ſanctā crucē inue
nit.cū vbiqꝫ ſignū crucis deſtruere niteret.
Cū eñ cōtra perſas pergeret. cepit quiria-
cū inuitare ad ſacri ficia idoloꝝ qꝺ cū ille rē-
nueret dextrā ſibi abſcidi fecit dicens. Hac
manu iſtas epiſtolas ſcripſit.quibus mul-
tos a deoꝝ ſacrificiis reuocauit.Cui dixit q̇
riacus.Multū mihi canis inſenſate pꝛofui
ſti:qꝛ pꝛiuſq̄ in chꝛiſtū crederē ſepius ad ſy-
nagogas iudeoꝝ ſcribebā epiſtolas vt nullꝰ
in chꝛiſtū crederet.⁊ ecce nūc ſcādalum mei
coꝛpoꝛis abſcidiſti. Tūc iulianus plumbū
fecit liquari.⁊ in os eiꝰ infundi.deinde lectū
ferreū iuſſit afferri:⁊ in eo quiriacū extēdi:⁊
deſuper carbones ſalē ⁊ adipē ſpargi. Sed
cū quiriacꝰ imobilis permaneret dixit ei iu-
lianus.Si nō vis ſacrificare diis ſaltē dic
te xpianū nō eſſe.Qui cū execrās recuſaret.
iuſſit altā foueā fieri ⁊ ſerpētes venenatos
ibidē poni ⁊ quiriacū in eandē iactari.ſed ta
men ſerpentes cōtinuo moꝛtui ſunt.Iuſſit-
qꝫ iulianus quiriacū in caldareā oleo feruē-
tiſſimo plenā mitti.quiꝰ dū ſe ſignās ſponte
intrare vellet rogās dominū.vt eū iterū in
martirii lauacro baptizaret iratꝰ iulianꝰ iuſ
ſit pectus eius gladio perfoꝛari et ſic in dño
cōſummari ꝓmeruit. ✠ Quāta aūt fit
virtus ſancte crucis in illo fideli notario pa
tet.quē quidē magus decepit:⁊ ad quendā
locū in quē demones aduocauerat duxit ꝓ-
mittēs ei ꝙ multis diuitiis abūdaret.Et ec
ce vidit quendā magnū ethiopē ſuꝑ excelſū
thꝛonū ſedētē ⁊ in circuitu eius alios ethyo
pes circa eū cū lanceis ⁊ fuſtibꝰ ſtātes.Tūc
ille magū ꝑdictū interrogauit dicēs.Quis
eſt iſte puer.Et ille.Domine ſeruꝰ noſter eſt
Cui demon.Si vis me adoꝛare ⁊ ſeruꝰ meꝰ
eſſe:⁊ chꝛiſtū tuū negare faciā te ſedere in
dextra mea.Ille aūt ſignū crucis mox edidit
⁊ ſe chꝛiſti ſaluatoꝛis ſeruū libere eſſe excla-
mauit ſtatimqꝫ vt edidit ſignū crucis oīs il-
la demonū multitudo euanuit.Poſt hoc cū
quadā vice tēplū ſancte ſophie pꝛedictus no
tarius cū dño ſuo intraſſet ⁊ ante ſaluatoꝛis
imaginē ambo ſtarēt.vidit dñs ſuus ꝙ pꝛe-
dicta imago ſuꝑ notariū oculos fixos habe
ret ⁊ ipſum attente reſpiceret.qꝺ vidēs dicꝰ.
dñs ⁊ admirās iuuenē ex parte dextera ſta-
re fecit.viditqꝫ ꝙ imago in illā iterū partem
oculos voluiſſet ⁊ ſuper notariū fixos habe
ret. Rurſumqꝫ fecit ipm ire ex parte ſiniſtra
⁊ ecce iterū imago oculos voluit ⁊ notariū
vt pꝛius reſpicere cepit.Tūc adiuratꝰ a dño
vt ſibi diceret quid apud deū meruiſſet pꝛo-
pter qꝺ ſic eū imago reſpiceret dixit ſe nulli-
us bone cōſciū eſſe,niſi ꝙ eū coꝛam diabolo
negare noluiſſet.

De ſancto Iohanne apoſtolo ante poꝛ
tam latinam. lxv A

IOhannes apoſtolus
⁊ euangeliſta dum epheſi pꝛedi
caret a pꝛo ꝯſule capiꝉ ⁊ vt diis
immolet inuitaꝉ.Qui dū rēnue
ret in carcerē mittitur ⁊ ad domicianū impe
ratoꝛē epiſtola mittiꝉ.in qua magnus ſacri-
legus ⁊ deoꝝ cōtēptoꝛ ⁊ crucifixi cultoꝛ no-



minaꝉ. Iuſſu igitur domiciani romam ꝺdu
citur.⁊ deducto omnes capilli pꝛo deriſione
a capite pꝛeſciduntur.ac ante poꝛtam vꝛbis
que latina dicitur in dolium feruentis olei
igne deſubter cadente mitti iubetur.Nullū
tamen ibidem doloꝛem ſenſit ſed penitus il
leſus exiuit. In illo igiꝉ loco eccleſia a chꝛi-
ſtianis fabꝛicatur ⁊ dies illa tanq̄ dies ſui
martirii ſolemnizatur.Cū ergo nec ſic a pꝛe-
dicatione chꝛiſti ceſſaret.iuſſu domiciani in
pathmos inſulā relegatus eſt.Nec tamen
imperatoꝛes romani apoſtolos ꝑſequebanꝉ
qꝛ chꝛiſtum pꝛedicabant cū ipſi nullū deum
reſpuerent.ſed qꝛ xpm ſine ſenatus auctoꝛi-
tate deificatum aiebant qꝺ ipſi de nemine
fieri pꝛohibuerāt.Unde legiꝉ in hiſtoꝛia ec-
cleſiaſtica ꝙ cū pilatus quadā vice ad tiberi
um epiſtolas de chꝛiſto miſiſſꝫ.⁊ ipe tyberiꝰ
eius fidē a romanis recipi aſſentiret.ſenatꝰ
omnino reſpuit.ex eo ꝙ non ſui auctoꝛitate
deus vocatus fuit. Alia cauſa eſt que legiꝉ
in quadā cronica ex eo ꝙ romanis pꝛius nō
apparuerat.Alia cauſa eſt ex eo ꝙ omnium
deoꝛum cultū cui romani inſeruiebant eua-
cuabat.Alia cā eſt ex eo ꝙ mūdi deſpectum
ꝑdicabat ⁊ romani auari et ambitioſi erant
Chꝛiſtus etiā hoc fieri nō ꝑmiſit ne hoc hu-
mane potentie aſcriberetur.Alia cauſa ſm
magiſtrum iohannem beleth. quare impera
toꝛes ⁊ ſenatus chꝛiſtū ⁊ apoſtolos perſeque
bantur erat.qꝛ videbatur eis deus nimis ſu
perbus et inuidus eo ꝙ conſoꝛtē habere nō
dignaretur.Alia cauſa eſt quā Oꝛoſius re-
fert:qꝛ ſenatus indigne tulit ꝙ pilatus ad ti
berium ⁊ non ad ſenatum de chꝛiſti miracu
lis litteras deſtinauit.⁊ iō eius conſecratio
nem inter deos fieri noluit.Unde iratus ti
berius multos de ſenatoꝛibus occidit ⁊ quoſ
dam exilio dampnauit.Mater autem ipſius
iohannis audiens filium rome detineri ma
ternā compaſſione permota. romam ad eū
viſitandū acceſſit.Sed dum veniſſet ⁊ ipm
in exilium relegatū audiſſet indeqꝫ rediret
in campania ciuitate vetulana migrauit ad
chꝛiſtum.Cuius coꝛpus in quodā ſpecu ſe
pultū multo tempoꝛe iacuit.ſed poſtmodū
a filio ſuo iacobo reuelatum fuit qꝺ quidē
multo odoꝛe redolēs ac miraculis multꝭ re
fulgens ad pꝛedictam ciuitatē cū multo ho-
noꝛe tranſlatum eſt.

De letaniis. lxvi A

LEtanie in anno bis fi
unt.ſcilꝫ in feſto ſancti Marci
que dicitur letania maioꝛ ⁊ tri-
bus diebus ante aſcenſionē do
mini que dicitur minoꝛ.Et interpꝛetatur le
tania ſupplicatio vel rogatio.Pꝛima igitur
letania tripliciter vocatur. Pꝛimo letania
maioꝛ ſecūdo dicitur pꝛoceſſio ſeptifoꝛmis
tertio dicitur cruces nigre.Dicitur autē le-
tania maioꝛ pꝛopter tres cauſas.ſcilꝫ ratio
ne illius a quo inſtituta eſt.ſcꝫ a magno gre
goꝛio papa.Ratione loci in quo inſtituta eſt
qꝛ rome que eſt domina ⁊ caput mūdi:ex eo
ꝙ ibi eſt coꝛpus pꝛincipis apoſtoloꝛū ⁊ apo
ſtolica ſedes.Ratione cauſe ꝓ qua inſtituta
eſt qꝛ ꝓ magno ⁊ grauiſſimo moꝛbo. Roma
ni enim cū in quadrageſima cōtinenter vixiſ
ſent.⁊ in paſcha coꝛpus domini reciperent:
poſtmodum comeſſationibus ludis ⁊ luxu-
rie frena laxabant.Ideoqꝫ deus ꝓuocatus
peſtē maximā in eos miſit:quā inguinariā
vocāt.i.apoſtema ſiue inflaturā in inguine.
Tam ſeua autem illa peſtis fuit:vt homīes
in via:in mēſa:in ludis:in colloquiis: ſubito
moꝛerentur:ita ꝙ cū aliquis vt dicitur ſter-
nutabat.ſepe cum ipſa ſternutatiōe ſpiritū
exalabat. Unde cū aliquis aliquē ſternutā-
tem audiebat:ſtatim accurrens:deus te ad
iuuet acclamabat.Et ab inde vt dicunt ad-
huc hec ꝯſuetudo ſeruatur.vt cū aliquē ſter-
nutantem audimus:deus te adiuuet accla-
mamus. Rurſus vt fertur cum aliquis oſci
tabat frequenter continuo et ſubito ſpiritū
emittebat.Unde cū aliquis ſe velle oſcitare
ſentiebat continuo ſignum crucis ſibi impꝛi
mere feſtinabat.Et hec cōſuetudo ſimiliter
vſqꝫ modo ſeruatur.Hec autē peſtis quali-
ter oꝛtū habuerit:in vita ſancti gregoꝛii re
peritur.Secundo diciꝉ ꝓceſſio ſeptifoꝛmis
ex eo ꝙ beatus gregoꝛius ꝓceſſiones quas
tunc faciebat per ſeptē oꝛdines diſponebat.
Nā in pꝛimo oꝛdine erat omnis clerus. In

ſcđo omnes monachi ⁊ religioſi. In tertio
ſanctimoniales. In quarto omnes īfantes.
In quinto omnes laici. In ſexto oēs vidue ⁊
continentes. In ſeptimo omnes coniugati
Sed qꝛ modo nō poſſumus in numero ꝑſo
narum ſupplemus in numero letaniarū: qꝛ
ſepties dici debēt anteq̄ inſignia deponant̄
Tertio dicitur cruces nigre quoniā i ſignū
meroris ex tanta ſtrage hominū: ⁊ in ſignū
penitentie homines nigris veſtibus indue-
bant̄. Et forte ꝓpter eandē cauſam cruces
⁊ altaria ſaccis ſiliciis velabāt. Homines
etiā fideles veſtes penitentiales debent aſ-
ſumere. B Alia autē dicit̄ letania mi
nor. que fit tribus diebus ante aſcenſionem
quā beatus mamertus ep̄s vienenſi. tp̄e leo
nis imꝑatoris qui cepit anno dn̄i. cccclviij. aſi
inſtitutionē prime inſtituit que dicit̄ letania
minor: rogationes ⁊ proceſſio. Dicitur autē
letania minor ad differentiā prime: qꝛ ſcꝫ in
ſtituta eſt a minori ep̄o in minori loco ⁊ pro
minori morbo. Cauſa autē inſtitutionis hu
ius fuit hec. Tūc enī apud viennā frequētes
⁊ maximi terremotus fiebāt; que domos et
eccleſias plurimas ſubuertebant. ⁊ noctur-
ni ſonitus ⁊ clamores ſepe audiebant̄. Tūc
etiā aliud terribile accidit qꝛ in die paſche
ignis de celo cecidit. ⁊ regis palatiū concre-
mauit. Aliud inſuper mirabilius fiebat. Si
cut enī demones porcos dei ꝑmiſſione olim
intrauerūt ſic permiſſiōe domini ꝓpter pec
cata hominum lupos ⁊ alias feras intrabāt
⁊ nullos ferentes non ſolū ꝑ vias: ſed ꝑ ciui
tatem publice diſcurrebāt: ⁊ paſſim pueros
⁊ ſenes viros ⁊ feminas deuorabant. Cum
igitur tam doloroſi caſus quotidie fierēt: p̄-
dictus ep̄s triduanū ieiuniū indixit letanias
inſtituit. Et ſic predicta tribulatio conquie-
uit. Deinde ſtatutū eſt ab eccleſia ⁊ firmatū
vt hec letania vniuerſaliter obſeruetur. Di-
citur etiā rogationes: qꝛ tunc oīm ſanctorū
ſuffragia imploramus. Et merito talis ob-
ſeruātia his tribus diebus ſeruāda eſt. ⁊ ro-
gationibus ſanctorū ⁊ ieiuniis his diebus in
ſiſtendū multiplici rōne. Primo vt deus bel
la pacificet que in vere frequēti⁹ cōcitantur
Scđo vt teneros adhuc fructus ꝯſeruando
multiplicet. Tertio vt motus carnales quiꝫ
hoc tp̄e magis feruēt in ſe quiſq; magiſ mor
tificet. In vere enī ſanguis magis feruet. et
illiciti motus magis pullulāt. Quarto vt ad
receptionē ſancti ſpiritus ſe quiſq; habilitet
Nam per ieiuniū homo magiſ habilitat̄. ⁊ ꝑ
rogatiōes dignior redditur. Duas alias ro-
nes aſſignat mgr̄ guilhelmus altiſſiodorēſ.
Prima vt ſcꝫ xp̄o aſcēdēte ⁊ dicente. petite
⁊ accipietis. cōfidētius petat eccleſia. Scđo
qꝛ eccl̄ia ieiunat ⁊ orat vt parum habeat de
carne ꝑ ipſius carnis maccrationē. ⁊ acqui
rat ſibi alas ꝑ orationē qꝛ oratio eſt ala ani
me qua volat in celum: vt ſic chriſtum aſcē
dētem libere poſſit aſſequi: qui aſcendit pan
dens ante nos iter ⁊ volauit ſuper pēnas vē
torum. Auis enim que multū abūdat in car-
ne ⁊ parū in plumis bn̄ volare non pōt: ſicut
patet in ſtrutione. C Dicit̄ etiā ꝓceſſio:
qꝛ tūc eccl̄ia generalē facit ꝓceſſionem. In
hac aūt ꝓceſſione crux defert̄. campane pul
ſantur. vexillū portat̄. draco quidā cū ingen-
ti cauda in q̄buſdam eccleſiis baiulat̄. ⁊ oīm
ſanctorū ſingulariter patrocinia implorant̄
Ideo aūt ibidem crucem deferimus ⁊ cam-
panas pulſamus vt demones territi fugiāt
Nā ſicut rex in ſuo exercitu hꝫ inſignia rega
lia. ſ. tubas ⁊ vexilla. ſic chriſtus rex eternus
in ſua eccleſia militāti habet campanas pro
tubis. ⁊ cruces ꝓ vexillis. Et ſicut aliquis ti
rānus valde timeret qui alicuius regis potē
tis ⁊ ſibi inimici tubas in ſua terra audiret ⁊
vexilla videret. ſic demones qui ſunt in iſto
aere caliginoſo vehementer metuūt. quan-
do tubas xp̄i. ſ. cāpanas pulſari ſentiunt et
vexilla. i. cruces cōſpiciunt Et iſta dicit̄ eſſe
ratio quare eccleſia campanas cōſueuit pul
ſare quādo tempeſtates cōcitari videt. vt. ſ.
demones qui hoc faciunt tubas eterni regiſ
audiant. ⁊ ſic territi fugiant. ⁊ a tempeſtatiſ
ꝯcitatione quieſcāt. Licet alia rō ſit: qꝛ cam-
pane tūc fideles admoneant ⁊ ꝓuocant: vt ꝓ
inſtanti ꝑiculo orationi inſiſtant. Aliud etiā
vexillum eterni regis eſt ipſa crux ſm̄ illud.
Vexilla regis ꝓdeūt ⁊c. Qꝺ quidē vexillū de
mones valde timēt ſm̄ quod dicit Criſoſto.
Vbicūq; inq̄t demones ſignū dn̄icū viderint



fugiunt. timētes baculum quo plagam acce
perunt. Et hec eſt rō quare in quibuſdam ec
cleſiis tp̄e tempeſtatiſ crux de eccleſia extra-
hitur ⁊ tēpeſtati opponit̄ vt. ſ. demones ve-
xillū ſummi regis videant ⁊ territi fugiant.
Ideo igitur crux in ꝓceſſione defert̄ ⁊ cāpa
ne pulſant̄ vt demones in ipſo aere exiſten-
tes territi fugiāt ⁊ a noſtra infeſtatione de-
[illegible] vexillū aūt ibidē defert̄ ꝓpter repre
ſentationē victoriā reſurrectionis ⁊ victoriā
aſcēſionis xp̄i. q̄ cū magna p̄da celos aſcēdit
Vn̄ per aera vexilla incedere eſt xp̄s in celū
aſcēdēs. Et ſic vexillū qꝺ in ꝓceſſione defer
tur multitudo fideliū ſequitur. ſic xp̄m aſcē-
dentē magna ſanctorū collectio comitatur.
Cantus aūt qui ibi fiunt ſignificant cantus ⁊
laudes angelorū q̄ xp̄o aſcēdēti obuiauerūt.
⁊ ip̄m cū ſua ſocietate vſq; in celū cū multis
laudibus ꝑduxerūt. In quibuſdam aūt eccle
ſiis ⁊ maxime gallicanis cōſuetudo habetur
ꝙ draco quidā cū longa cauda ⁊ inflata ple-
na. ſ. palea vl̄ aliquo tali. duobus diebus pri
mis ante crucē: ⁊ tertio cū cauda vacua poſt
crucē defertur. ꝑ qꝺ ſignificatur ꝙ in primo
die ante legē ⁊ in ſcđo ſub lege diabolus in
hoc mundo regnauit. in tertio aūt die. ſ. gra
tie ꝑ paſſionē xp̄i de ſuo regno expulſus fuit
Rurſus in ipſa ꝓceſſione oīm ſanctorū pari-
ter patrocinia imploram⁹. D Quare au
tē tunc ſanctos rogamus plures cauſe ſunt
ſuperius aſſignate. Sunt autē ⁊ alie cauſe
gn̄ales ꝓpter quas de⁹ ordiauit vt ſanctos
oremus. ſcꝫ ꝓpter noſtrā inopiā. ſanctorum
gloriā: ⁊ dei reuerētiā. ſancti enim vota ſup-
plicantiū ſcire poſſunt. qꝛ in illo eterno ſpe-
culo intelligūt q̄tū vel illis pertinet ad gau-
diū. vel nobis ad auxiliū. Prima ergo ratio
eſt ꝓpter noſtram inopiā: ⁊ hoc vel ꝓpter in-
opiā quā habemus in merēdo. vt vbi noſtra
nō ſuppetunt merita patrocinantur aliena.
Vel ꝓpter inopiā quā habemus in cōtēplan
do: vt qui nō poſſum⁹ ſummam lucē reſpice
re in ſe. ſaltem in ſanctis reſpicere valeam⁹
Vel propter inopiā quā habemus. in amā-
do. quia plerūq; imperfectus homo magis
ſentit ſe affici circa vnum ſanctum q̄ etiam
circa deum. Secunda ratio eſt ꝓpter ſancto
rum gloriam. Vult enim deus vt ſanctos in
uocemus. vt dum per eorū ſuffragia qꝺ pe
timus impetramus. ipſos magnificemus ⁊
glorificādo collaudem⁹. Tertia ratio eſt ꝓ-
pter dei reuerētiā: vt peccator qui deum of
fendit quaſi nō audeat ipſum in ꝓpria perſo
na adire. ſꝫ amicorū poſſit patrocinia iplora
re in huiuſmodi aūt letaniis eſſꝫ illud ange
licum canticum frequētandū. Sancte deus
ſancte fortiſ. ſancte ⁊ imortalis miſerere no
bis. Refert enī Iohānes damaſce. libro. iij.
ꝙ cū apud cōſtātinopolim ꝓpter quandam
tribulatōē letanie fierēt. quidā puer de me
dio populi in celū eſt raptus. ⁊ iſtud canticū
ibidē edoctus. Deinde ad populum rediēs il
lud angelicū canticū in conſpectu populi de-
cantauit. ⁊ mox omnis tribulatio ceſſauit.
In calcedonenſi. quoq; ſynodo fuit iſtud can
ticū approbatum. Et concludit ita damaſce
nus. Nos autem dicimus ꝙ per iſtud canti
cū demones recedāt. Hui⁹ ergo cātici laus
⁊ auctoritas ex quattuor colligit̄. Prīo ex
eo ꝙ angel⁹ illud edocuit. Scđo ex eo ꝙ ad
ei⁹ ꝓlationē illa tribulatio ꝯquieuit. Tertio
ex eo ꝙ calcedonenſis ſynodus illud appro-
bauit. Quarto ex eo ꝙ demones illud timēt

## ¶ De aſcenſione domini. lxvij A

ASCENSIO DOMINI qua
drageſima die a reſurrectione
domini fctā eſt. Circa quā aſcē
ſionem ſeptē per ordinē cōſide-
randa ſunt. Primo vnde aſcendit. ſecundo
quare nō ſtatim poſt reſurrectōē aſcēdit. ſꝫ
tot dies expectauit tertio qualr aſcēdit q̄rto
cū q̄bus aſcēdit. q̄nto quo merito aſcēdit. ſex
to quo aſcēdit. ſeptimo quare aſcēdit. Circa
p̄mū. Notādū q̄m de monte oliueti v̄ſus be
thaniā celos aſcēdit. Qui mōs ſm̄ aliā trāſ-
latiōē dicit̄ mōs triū luminū. Nā de nocte
ex ꝑte occidētiſ illuminabat̄ igne tēpli. qꝛ erat
ignis iugis in altari. Mane ex parte oriētiſ
p̄mo excipiebat radios ſolis anteq̄ illumina
ret ciuitatē. Habebat inſuper in ſe copiam
olei. qꝺ eſt fomentū luminis. Et ideo dicit̄
mons triū luminum. In hunc igitur montē
xp̄s diſcipulos ire precepit. Nam in ipſa die

aſcenſionis bis apparuit.ſemel vndecim di
ſcipulis comedētibus in cenaculo.Omnes
quidē tam apoſtoli ꝙ alij diſcipuli. necnō ⁊
mulieres habitabāt in illa parte hieruſalez
que dicebat̃ mello.ſcilicz in monte ſyon vbi
dauid ꝯſtruxerat ſibi palatiū.Et erat ibi il-
lud cenaculū grande ſtratū in quo dñs ꝑce-
pit ſibi parari paſcha.⁊ in illo cenaculo tūc
vndecim apoſtoli habitabāt. Ceteri aūt di-
ſcipuli ⁊ mulieres habitabant circūquaqȝ ꝑ
diuerſa hoſpitia.Dū igit̃ in illo cenaculo co
mederēt dñs eis apparuit ⁊ incredulitatez
eorū exprobrauit.Et cū comediſſet cū eis ⁊
precepiſſet.vt in montē oliueti verſus betha
niam irent.ibidē eis iterū apparuit .ac indi
ſcrete querētibus reſpōdit.Et eleuatis ma
nibus eis benedixit.⁊ inde corā eis celos a
ſcendit.De loco aūt aſcenſiōis dicit Sulpi-
cius epūs hieroſolimitanus ⁊ habet̃ in glo.
Quia cū ibi edificata eſſet eccleſia.locus il-
le in quo ſteterūt veſtigia xp̄i aſcēdentis nū
ꝙ potuit ſterni pauimēto. immo reſiliebāt
marmora in ora collocantiū.Collocati etiā
pulueris a dño hoc dicit eſſe documentū ꝙ
veſtigia impreſſa cernuntur ⁊ eandē adhuc
ſpeciem velut preſſis veſtigijs terra cuſto-
dit B Circa ſcd̄m quare.ſ.nō ſtatim a-
ſcēdit vt ſurrexit.ſꝫ ꝑ.xl.dies expectare volu
it.notādū ꝙ hoc fecit ꝓpter tres rationes.
Primo ꝓpter reſurrectionis certificatio-
nem.Difficilius enim erat ꝓbare veritatez
reſurrectiōis ꝙ paſſionis:quia a prima die
vſqȝ ad tertiā vere poterat ꝓbari paſſio ſed
ad verā reſurrectionē ꝓbandā plures dies
requirebantur ⁊ ideo magis tempus re-
quirebatur inter reſurrectionē ⁊ aſcenſio-
nē ꝙ inter paſſionē ⁊ reſurrectionē.De hoc
ſic dicit leo papa i ſermōe de aſcenſiōe.qua-
dragenarius hodie dierꝝ replet' eſt numer'
ſacratiſſima ordinatiōe diſpoſit':⁊ ad vtili-
tatem noſtre eruditiōis impenſus.vt duꝫ a
domino i hoc ſpacio mora ꝑſentie corpora-
lis extendit̃.fides reſurrectiōis documētis
neceſſarijs muniret̃.gratias agimus diui-
ne diſpenſationi ⁊ ſanctorꝝ patrū neceſſarie
tarditati.Dubitatū eſt ab illis ne dubitaret̃
a nobis.Secūdo ꝓpter apl'orū ꝯſolationez
qꝛ enim cōſolatiōes diuine ſupabūdant tri
Machabei fuerunt ſeptem fratres cũ matre reuerẽda ⁊ Eleazaro ſacerdote. q̇ pro obſeruatione legis cũ carnem porcinã nollent comedere inaudita ſuppliciorũ genera pertulerunt: ſm̃ ꝙ in. ij. Machab. plenius continetur. Et notandũ ꝙ eccleſia orientalis facit feſta de ſanctis vtriuſqꝫ teſtamẽti. occidẽtalis aũt non facit feſta de ſanctis veteris teſtamenti. eo ꝙ ad inferos deſcenderũt. preterꝙ̃ de innocẽtibꝰ ex eo ꝙ in ipſis ſingulis occiſus eſt chriſtus et de machabeis. Sũt aũt quattuor rationes quare eccleſia de iſtis machabeis: licꝫ ad inferos deſcenderint ſolẽnizat. Prima eſt ꝓpter prerogatiuã martirij. Quia eñi inaudita ſupplicia inter ſanctos veteris teſtamẽti paſſi ſunt. ideo priuilegiati ſunt vt eoꝝ paſſio merito celebret̃. Hec ratio poit̃ in hiſtoria ſcolaſtica. Secunda eſt ꝓpter repreſentationẽ miſterij. Septẽnariꝰ eñi numerus eſt numerus vniuerſitatis. Significãt̃ ergo in iſtis omnes patres veteris teſtamẽtiꝰ celebritate digni. Nã licet de ipſis non ſolennizat eccleſia. tum quia ad limbũ deſcenderunt. tum qꝛ multitudo multorũ nouorũ ſubintrauit. in his tamen ſeptẽ ipendit omnibus reuerentiam. quia per ſeptem vt dictum eſt vniuerſitas deſignatur. Tertia eſt

eum ad cōuiuiū inuitaſſet. ille benigne an nuens ab hoſpitio ſuo vſq; ad palatiū eo ꝙ ieiunijs ⁊ orationibus ac laboribus eſſet cō fectus aſino deferente portatus eſt. Sꝫ dū cōmederet aſinus ſancti germani mortuus eſt qđ regina audiens equum mire manſue tudinis epiſcopo preſentari fecit. queꝫ intu ens ait. Meus mihi aſinus preſentetur qꝛ qui me huc attulit reportabit. Pergēſq; ad cadauer ſurge īquit in noīe xpi reuertamur ad hoſpitio. Statimq; ſubſiliēs ſeipm cōcuſſit. et quaſi nihil mali paſſus eſſet: germanum ad hoſpitiuꝫ deportauit. ſed anteꝗ̄ de rauenna exiret. p̄dixit vt nequaꝗ̄ in hoc ſeculo diuti' moraret. poſt modicū febre corripit. ⁊ die ſe ptimo in dño morit. ⁊ corpus ei' ad gallias ſicut a regina petierat tranſportat. obijt cir ca annos dñi. ccccxxx. E Verū cum ſan ctus germanus beato euſebio vercellēn. epi ſcopo ꝓmiſiſſet ꝙ in ſui reuerſione eccl'iam quam fundauerat ſibi dedicaret. cū intelle xiſſꝫ ſanctus euſebius beatū germanū exiſ ſe de corpore eccl'iam ſuam dedicaturus ce reos accendi iuſſit. ſed ꝗ̄toplus accedeban tur tanto plus extinguebātur. qđ vidēs euſe bius intellexit dedicationē aut alio tpe fieri oportere: aut altero epo reſeruari. Cū igit beati germani corpus vercellas delatū fuiſ ſet mox in predictā eccl'iaꝫ īducitur ⁊ ſtatim cerei oēs diuinitus inflāmantur. Tunc ſan ctus euſebi' ꝓmiſſionis beati germani me minit ⁊ qđ viuēs ſe facturū ꝓmiſerat. mortu um feciſſe cognouit. Hoc ita oꝫ accipi vt nō intelligatur de magno euſebio vercellēn. ꝙ tpe ipſius factū ſit hoc. nā ipſe ſub valēte im peratore mortuus fuit. ⁊ a morte ipſius vſq; ad mortē ſancti germani vltra annos. l. efflu xerāt fuit ergo alius euſebius ſub quo iſtud enarratur euenit.

¶ De ſancto euſebio. ciij

Euſebius dicitur ab eu qđ eſt bonū ⁊ ſebe qđ dicit elo quentia vel ſtatio. vel euſebius ſonat bon' cultus. Ipſe nāq; ha buit bonitatē in ſanctificatiōe ſui eloquētiā in defenſione fidei. ſtationē in ꝯſtantia mar tirij bonū cultū in reuerētia dei.

Euſebius ſemper vir go exiſtēs dū adhuc cathecumi nus eēt ab euſebio papa baptiſ ma ⁊ nomē ſuſcepit. in quo ba ptiſmo man' angelice viſe ſunt q̄ ipm de ſa cro fonte leuauerūt. Matrona quedā eius pulchritudine capta cū ipſius cubiculū vellet adire cuſtodiētib' angelis ꝑuenire nō potuit vñ facto mane ad ei' pedes ꝓcidit ⁊ ab eo ve niā petijt. Ordinatus p̄ſbiter tanta ſanctita te enituit vt in miſſarū ſolēnijs inter man' ei' miniſteriū angelicū appareret. poſt hoc cū arriana hereſis totā italiā inficeret impa tore cōſtātio eidē hereſi fauēte iulian' papa euſebiū in vercellēn. epm ꝯſecrauit. q̄ tūc ob tinebat inter alias vrbes italie principatuꝫ. qđ heretici audiētes oēs fores eccl'ie claudi fecerūt. at euſebius vrbē īgreſſus ante oſtiū maioris eccl'ie q̄ eſt beate marie genua fle xit ⁊ oīa oſtia ſua mox oōne aperuit. Ma xentiū mediolanēn. epm heretica prauitate corruptū de ep̄atu eiecit ⁊ ꝓ eo virū catholi cum dioniſiuꝫ ordinauit. Sicq; euſebius to tam eccl'iam occidētis ⁊ athanaſius totā ec cleſiam orietis ab arrianorū peſte purgabāt arrius nāq; preſbiter alexandrinus fuit. qui xp̄m puram creaturā eſſe dicebat. aſſerens ꝙ erat qñ nō erat. ⁊ ꝙ ꝓpter nos factus eſt vt nos ꝑ eū tanꝗ̄ ꝑ inſtrm deus crearet. Et iō magn' ꝯſtantinus celebrari fecit nicenū cōcilium vbi error cōdemnatus eſt. Ipſe au tem poſtmodū miſerabili morte interijt: qꝛ omnia viſcera ⁊ inteſtina ꝑ ſeceſſum emiſit. Conſtantinus autem conſtantini filius ipa hereſi corruptus fuit. Quocirca cōſtantius imperator cōtra euſebiū plurimuꝫ indigna tus multorum epiſcoporum cōciliū cōuoca uit ⁊ dioniſiuꝫ accerſiuit. multaſq; epiſtolas ad euſebiū deſtinauit qui ſciens maliciaꝫ in multitudine preualere venire cōtēpſit ⁊ ſuā ſenectutē oppoſuit. Unde ipator ſtatuit con tra eius excuſatonē in mediolanēſi vrbe que ꝓpe erat cōciliū celebrari. vbi cū euſebiū de eſſe videret. iuſſit arrianos fidē ſuā deſcribe re ⁊ dioniſiū epm mediolanſem: ac triginta



tres epos eidē fidei ſubſcribere. qđ audiēs euſebius de vrbe ſua mediolanū ꝓfecturus exijt ⁊ multa ſe paſſurū p̄dixit. B Cum igit ad quēdā fluuiū veniſſet vt mediolanū ꝑgeret. nauis ꝓcul ex alia pte fluminis exi ſtens eo iubēte ad eū venit. ⁊ ipm cuꝫ ſocijs ſine gubernatore alio trāſportauit. Tūc ei p̄dictus dioniſius obuiauit ⁊ ad pedes eius ꝓcidēs veniā poſtulauit. Cū igit euſebi' ab imperatore nec minis nec blādicijs flecti poſ ſet. corā oibus dixit. Vos dicitis filiū mino rem eſſe patre. cur ergo mihi filiū meū ⁊ di ſcipulū p̄tuliſtis. Nō eſt eñ diſcipul' ſup ma giſtrū: nec ſeru' ſup dñm ſuū. nec fili' ſuper patrē. quā illi rōne cōmoti ſtatim cirogra phum queꝫ ſcripſerant et cui dioniſius ſub ſcripſerat ei obtulerunt. At ille. Nequaꝗ̄ poſt filium ſcribam cui auctoritate preſum ſꝫ ipm ſuccēdite nouūq; cui ſubſcribā ſi vul tis conſcribite. Sicq; nutu dei ſuccēſus eſt cirographus: cui dioniſius ⁊ alij. xxxiij. epi ſubſcripſerāt. Rurſumq; arriani aliuꝫ ciro graphū ꝯſcripſerūt. ⁊ euſebio ⁊ alijs epis vt ſubſcriberēt tradiderūt. Sed cū ab euſebio aiati: nullaten' ꝯſentirent. ceperūt plurimū gratulari ꝙ cirographū cui coacti ꝯſcripſe rāt penitus cōbuſtū videbant. Tunc iratus ꝯſtāti' euſebiū volūtati arrianorū tradidit Qui ꝓtinus ipm de medio aliorū epoꝝ rapi entes ⁊ durius flagellātes eū ꝑ grad' pala tij a ſummo vſq; ad ymuꝫ. ⁊ rurſus ab ymo vſq; ad ſummū traxerūt. Cū ergo capite cō quaſſato multū ſanguineꝫ fudiſſet ⁊ adhuc nō aſſentiret. vinct' poſt tergū manib' ꝑ col lum cū fune ipꝫ trahebāt. Ipſe aūt gratias agens dicebat ſe ꝓ ꝯfeſſiōe fidei catholice mori eſſe paratū. Tūc ꝯſtanti' liberiū papā dioniſiū paulinū ⁊ oēs alios epos q̄ eius ex emplo fuerāt aiati in exiliū mitti fecit. Eu ſebiū vero apud ſcitopolim vrbeꝫ paleſtine arriani duxerūt. ⁊ ipm in quodā loco ſic ar tiſſimo recluſerūt. vt eſſet illo lōgitudie bre uior. latitudie anguſtior. ita vt curuat' nec pedes extendere. nec ſe in latus alterū ver tere poſſet. capiteq; depſſo humeros tantū ⁊ cubitoꝫ mouere valebat. Verūtamē ꝯſtā tio defuncto. iulian' eidē ſuccedēs ⁊ oibus placere volēs iubet exulatos epos reuocari ⁊ deorū templa aperiri ⁊ pace frui ſub lege qua quiſq; vellet. Et ſic euſebi' inde exiens ad athanaſiū venit. ⁊ ꝗ̄ta paſſus fuerat ei dem expoſuit. Defūcto aūt iuliano ⁊ iouinia no regnāte ſopitis arrianis euſebi' vercellas redijt ⁊ eū ppl's cū magna exultatiōe ſuſce pit. Sed iterū valēte regnāte arriani repul lulant ⁊ euſebij domuꝫ vallātes: ⁊ extra do mū ſupinū ipm trahētes lapidib' eū obrue runt. ⁊ ſic ad dñm feliciter migrās in eccl'ia quā ipſe ꝯſtruxerat ſepult' eſt. Fert ꝙ hāc gratiā ſue ciuitati euſebi' a deo ſuis p̄cibus impetraſſe vt null' arrian' ibidē viuere poſ ſit. Vixit autem ſm cronicā. lxxxviij. annis. Floruitq; circa annos dñi. ccci.

¶ De ſanctis Machabeis. ciiij. A

Machabei fuerunt ſe ptem fratres cū matre reuerē da ⁊ Eleaꝫaro ſacerdote. q̄ pro obſeruatione legis cū carnem porcinā nollent comedere inaudita ſuppli ciorū genera pertulerunt: ſm ꝙ in. ij. Ma chab. plenius continetur. Et notandū ꝙ ec cleſia orientalis facit feſta de ſanctis vtriuſ q; teſtamēti. occidētalis aūt non facit feſta de ſanctis veteris teſtamenti. eo ꝙ ad infe ros deſcenderūt. preterꝗ̄ de innocētib' ex eo ꝙ in ipſis ſingulis occiſus eſt chriſtus et de machabeis. Sūt aūt quattuor rationes quare eccleſia de iſtis machabeis: licꝫ ad in feros deſcenderint ſolēniꝫat. Prima eſt ꝓ pter prerogatiuā martirij. Quia eñ inaudi ta ſupplicia inter ſanctos veteris teſtamēti paſſi ſunt. ideo priuilegiati ſunt vt eoꝝ paſ ſio merito celebret. Hec ratio ponit in hi ſtoria ſcolaſtica. Secunda eſt ꝓpter repre ſentationē miſterij. Septēnari' eñ nume rus eſt numerus vniuerſitatis. Significāt ergo in iſtis omnes patres veteris teſtamē ti celebritate digni. Nā licet de ipſis non ſo lenniꝫat eccleſia. tum quia ad limbū deſcen derunt. tum qꝛ multitudo multorū nouorū ſubintrauit. in his tamen ſeptē ipendit om nibus reuerentiam. quia per ſeptem vt di ctum eſt vniuerſitas deſignatur. Tertia eſt

propter exemplum patiendi. Proponunt
enim in exemplū fidelibus vt ħm hoꝝ cō-
ſtantiam ad zelum fidei animent ⁊ ad pati-
endū pro lege euāgelij ſicut illi ꝓ lege moy-
ſi fortius accingātur. Quarta eſt ꝓpter cau
ſam ſupplicij. Nā ꝓ defenſione legis ſue
talia ſupplicia paſſi ſunt. ſicut ⁊ xp̄iani ꝓ de
fenſione legis euangelice patiuntur. Has
tres vltimas rationes aſſignat magiſter io
hannes beleth in ſumma de officijs. capitu
lo quinto.

¶ Advincula ſancti petri. cv. A

Feſtū ſancti petri apo
ſtoli qđ advincula dicit᷑. quadru
plici de cauſa inſtitutū fuiſſe pu
tatur. ſ. in memoriā liberatiōis
petri. in memoriā liberatōis alexandri. pro
deſtruendo ritu gentiliuꝫ: ⁊ ꝓ impetranda
abſolutione ſpūalium vinculoꝝ. Prima er
go cauſa eſt in memoriam liberationis pe-
tri. Nam ſicut dicitur in hiſtoria ſcho. hero
des agrippa romā adijt ⁊ ibi gaio nepoti ti
berij ceſaris familiariſſim⁹ extitit. Quadaꝫ
autem die cū eſſet herodes in curru cū gaio
leuatis in celū manibus ait. Utinaꝫ viderē
mortē ſenis: ⁊ te dominū totius orbis. Sꝫ
hoc auriga herodis audiuit ⁊ tiberio conti-
nuo intimauit. Quapropter indignatus ti-
berius ceſar herodē concluſit in carcerem.
Ubi dum quadā die iuxta arborem innixus
eſſet cuius frōdibus inſidebat bubo. vnus
de cōcaptiuis perit⁹ in augurijs dixit ei. No
li timere. q2 cito liberaberis ⁊ intantū ſubli
maberis ꝙ amicos tuos in tui inuidiā con-
citabis ⁊ in hac proſperitate morieris. Quā
cito autē huius generis aīal ſup te videris
vltra quintū diem viuere non valebis. Poſt
aliquot tempus tiberius moritur. ⁊ gaius
in imperiū ſublimatur. qui quidem herodē
de vinculis liberauit ⁊ magnifice ſublimatū
regem in iudeam miſit. Cumqꝫ veniſſet. mi
ſit manus vt affligeret quoſdaꝫ de eccleſia.
Occiſo autē iacobo fratre Iohānis gladio
ab eodem ante dies azimoꝝ: videns quia
hoc gratum eſſet iudeis: in diebus azimoꝝ
petrū apprehendit ⁊ in carcerē miſit volens
poſt paſcha producere cum populo. Ange-
lus autem nocte eadē aſſiſtens mirabiliter
eum a vinculorum nexibus liberauit. et ad
miniſterium predicationis liberum ire iuſ-
ſit. Facin⁹ autē regis dilationem non patit᷑
vltionis. Sequenti vero die cuſtodes ad ſe
venire fecit. vt pro fuga petri diris eos pe-
nis afficeret. Hoc tamen impeditus eſt fa
cere ne ſolutio petri alicui noceret. Naꝫ cō-
citus in ceſareaꝫ deſcendit. ⁊ ibi ꝑcuſſus ab
angelo expirauit. Et enī ſicut refert ioſeph⁹
in. xix. antiquitatū libro. cū ceſaream adue-
niſſet ⁊ ad eū totius prouintie viri vnani-
miter conueniſſent. ille fulgenti veſte ex au
ro argentoqꝫ mirabiliter contexta indutus
incipiente die procedit ad theatrū. Ubi cuꝫ
primū ſolis radios veſtis argētea ſuſcepit.
repercuſſo ſplendore duplicataꝫ ſpectanti-
bus lucem fulgor metalli vibrantis effu-
dit. vt intuentibus perſtringeret aciem ter
ror aſpectus ⁊ per hoc plus aliquid de eo qđ
humane nature eſt artifex arrogātia mēti-
retur. Illico adulantis vulgi cōcrepant vo-
ces dicentis. Hucuſqꝫ vt hoiem te timuim⁹
ſed ex hoc iam ſupra humanā naturā te eſſe
fatemur. Et dum adulatorijs demulcet᷑ ho
noribus ⁊ oblatos ſibi diuinos honores nō
reſpueret. reſpiciēs vidit inſidentem ſuper
funiculuꝫ capiti ſuo angelū. id eſt bubonem
mortis eius prime nunciū reſpiciens qꝫ ad
populuꝫ dixit. En ego deus veſter morior.
Sciebat eniꝫ iuxta predicationeꝫ auguris
ſe infra quinqꝫ dies moriturū. Et continuo
percuſſus per quinqꝫ dies vermibus eū cor
rodētibus expirauit. Hec ioſephus. In me
moriam igitur tam mire liberationis prin
cipis apoſtoloꝝ a vinculis. ⁊ tam dire vin
dicte in tyrannū: protinus ſubſecute eccle-
ſia feſtum ſancti petri advincula ſolennizat
Unde ⁊ epiſtola in miſſa canitur in qua hec
liberatio facta fuiſſe perhibetur. ⁊ ħm hoc
videtur ꝙ hoc feſtum deberet vocari petri
a vinculis. B Secunda cauſa inſtituti
onis extitit. Quoniam Alexander papa qui
ſextus poſt beatum petrū rexit eccleſiam et
hermes prefectus vrbis rome: qui per Ale
xandrum ad fidem conuerſus fuerat. a qui
rino tribuno in diuerſis locis in cuſtodia te
nebatur. Dixitqꝫ tribunus ad hermē prefe-
ctum. Miror te virū prudentē honorem di
mittere ꝑfecture ⁊ vitā aliā ſumniare. Cui
hermes dixit. Et ego ante hos annos hec
omnia deridebam. ⁊ hanc vitā ſolaꝫ eſſe pu
tabam. Reſpondit quirinus. Fac ergo ꝓba
re me ꝙ aliā vitā noueris eſſe. ⁊ continuo fi
dei tue diſcipuluꝫ me habebis. Cui hermes
dixit. Sanctus alexander quē tenes in vin-
culis ipſe hoc melius te docebit. Tunc qui
rinus maledicens hermem ait. Ego tibi di
xi vt me ꝓbare faceres hoc. ⁊ nūc me mittis
ad Alexandum quē pro ſuis ſceleribus te-
neo vinculatū. Ueruntamen ſuper te ⁊ Ale-
xandrum cuſtodiam duplicabo. ⁊ ſi ipſuꝫ te
cum: vel te cuꝫ ipſo inuenire potero. vere fi-
dem tuis ⁊ eius dictis vel ſermonibus ad-
hibeo. Fecit quod dixit. Et alexandro hoc
hermes protinus indicauit. Orante igitur
ſancto Alexandro angelus ad eum venit: ⁊
ipſum ad Hermem in carcerē duxit. Et in-
ueniens eos quirinus inſimul plurimū ad-
miratus eſt. ⁊ cū hermes quirino narraret
quomodo alexāder filiū ſuuꝫ mortuū ſuſci-
taſſet. dixit alexādro quirinus. Habeo filiā
gutturoſam noīe balbinā. Promitto igitur
me tuā recipere fidem. ſi filie mee impetra
re poteris ſalutem. Cui alexander. Uade ci
tius ⁊ ipſam ad carcerē meū adducito. Cui
dixit quirinus. Cum hic ſis quomodo i car
cere tuo te potero inuenire. Ad quem alexā
der. Uade cito quia qui me huc adduxit. ille
me illuc cito reducet. Pergens igitur quiri
nus filiā ſuā ad carcerē alexandri adduxit ⁊
ibidem ipſum inueniēs ⁊ ad pedes ſuos ſe
ꝓſtrauit. Tunc filia eius cepit vincula ſan-
cti alexandri deuote oſculari: vt ſanitatē re
ciperet. Cui alexander dixit. Noli filia has
meas oſculari cathenas. ſed boias ſancti
Petri diligēter inquire quas deuote oſcu-
lans recipies ſanitateꝫ. Quirinus igitur in
carcere vbi petr⁹ detentus fuerat diligēter
boiaꝫ inquiri. fecit eaſqꝫ cū inueniſſet. filie
ſue oſculādas dedit. Illa mox vt oſculata ē
vincula ſanitati eſt integre bñficiū aſſecuta
Tūc quirinus veniā petēs alexandrū de car
cere extraxit ⁊ ipſe cū familia ⁊ alijs ꝙ plu-
ribus baptiſma ſuſcepit. Tūc ſctūs alexan-
der hoc feſtū i kalen. auguſti celebrādū iſti
tuit. ⁊ in honorē apl̄i Petri eccliaꝫ fabrica
uit. vbi vincula repoſuit ⁊ ad vincula noīa-
uit. In hac ſolēnitate ad ꝑdictā eccleſiā ma
gnus fit cōcurſus populi. ⁊ ibidē ꝑplus vin
cula oſculat᷑. C Tertia cauſa inſtitutio-
nis ħꝫ Bedā hec eſt. Octauianus imꝑator
⁊ anthonius ſibiinuicem affinitate ꝯiuncti
ſic inter ſe mūdi toti⁹ imperiū diuiſerūt: vt
Octauianus in occidente italiā galliā. ⁊ hi-
ſpaniā. Anthonius vero in oriēte aſiā pon-
tum ⁊ affricā poſſiderent. Anthoni⁹ autem
laſciuus ⁊ lubricus cuꝫ ſororē octauiani in
vxorē haberet. ipām repudiauit ⁊ cleopatrā
reginā egipti in vxorē accepit. Ob hoc indi
gnatus octauianus manu armata in aſiaꝫ
contra Anthoniū procedit ⁊ ipſum in oībus
ſuperauit. Tūc anthonius ⁊ cleopatra victi
fugerūt. ac ſemetipſos pre dolore nimio oc
ciderunt. Egipti igitur regnū octauian⁹ de
ſtruxit ⁊ romā prouinciā fecit. Inde in ale-
xandriam perrexit ⁊ oībus eā diuitijs ſpoli
ans Romam ipſas tranſuexit. Unde rem-
publicā auxit ita ꝙ pro vno denario daretur
quod prius ꝓ quattuor vendebat᷑. Et quia
ciuilia bella valde vrbem vaſtauerūt. ita eā
renouauit. vt dixerit. Inueni lateritiā relin
quo marmoream. Quia igitur intantum rē
publicam auxit auguſtus primo omniū vo-
catus eſt. Unde ⁊ ab eo auguſti dicti ſunt q̄
ſibi in imperio ſucceſſerunt. ſicut a iulio ce-
ſare eius auunculo ceſares appellantur.
Unde et hunc menſem Auguſtum qui pri-
us ſextilis dicebatur. quia a martio ſextus
erat populus ſuo nomine intitulauit cum
auguſtum vocans. In memoriam itaqꝫ et
honorem victorie illius quam prima die au
guſti octauianus habuit om̄es romani hac
die ſolennizabant vſqꝫ ad tempus Theo-
doſij imperatoris qui cepit regnare Anno
domini. cccc.xxvi. Eudoxia igitur filia pre-
dicti Theodoſij imperatoris vxor Ualenti
niani hieroſolimam ex voto perrexit. Ubi
quidā iudeus pro magno munere duas eis
cathenas obtulit. quib⁹ ſub herode Petr⁹

apoſtolus vinct⁹ fuit. Dum igitur romā re-
diſſet in kalendis auguſti ꝛ in honoꝛē impa
toꝛis gentilis romanos ſolēnizare videret.
dolens ꝙ dānato homini tātus honoꝛ exhi-
beretur. cogitauitqꝫ ꝙ nō eos de facili a tali
cultura ꝛ cōſuetudine reuocare poſſet. cogi
tando tractauit. vt obſeruantia quidē ſic ſta
ret. ſed in honoꝛem ſancti Petri fieret. ꝛ il-
lum diem vniuerſus populus ad vincula no
minaret. Habita igitur collatione cum bea
to Pelagio papa. populum blandis exhoꝛ-
tationibus induxerunt vt obliuioni tradere
tur memoꝛia principis paganoꝝ ꝛ celebꝛis
fieret memoꝛia principis apoſtoloꝝ. Quod
dum cūctis placuiſſet illa cathenas quas de
hieruſalē attulerat protulit ꝛ populo oſtendit.
Papa vero ad illā cathenam ꝓtulit qua ſub
Nerone idem apoſtolus vinctus fuit. Hac
ergo illis ſociata ita miraculoſe vna cathe-
na facta eſt. ac ſi ſemper vna ꝛ eadem extitiſ
ſet. Unde papa ꝛ regina ꝓtinus ſtatuerunt.
vt qꝺ hominū idiſcreta religio faciebat gen
tili dānato. in meli⁹ mutata faceret apoſto-
loꝝ principi petro. Ipſa igitur vincula pa
pa cū regina i eccleſia ſancti petri ad vincla
poſuit. ꝛ ipſaꝫ munerib⁹ multis ꝛ priuilegiis
magnis dotauit. ac p̄dictam diē vbiqꝫ cele
brem foꝛe inſtituit. Hec Beda. Idem dicit
ſigibertus. Quante autē virtutis hec cathe
na fuit anno dñi. cccclxiiij. apparuit. Quedā
enī comitē imperatoꝛis ottonis ꝓpinquum
diabolus ante oculos oīm tam crudeliſ arri
puit. vt ſeipſm dentibus laceraret. Tunc iuſ-
ſu imperatoꝛis ad iohannē papā ducitur vt
cathena ſancti petri eius collo circūdaretur
Sed cum quedam alia cathena furētis col
lo fuiſſet impoſita. ꝛ nihil ex hac prouenilſet
ſalutis nimirum vbi nil latebat virtutis.
tandem vera petri cathena producitur ꝛ fu-
rentis collo imponitur. Tante autem virtu
tis pondus diabolus ferre nō potuit ſꝫ mox
coꝛā oībus exclamās abſceſſit. Tunc theo-
doꝛicus metenſis epiſcopus ipſam cathenā
arripuit ꝛ cā ſe nullatenus dimiſſurum niſi
manus ſibi p̄ſcideret aſſeruit. Cū igiť ſup
hoc inter epiſcopū ꝛ papam alioſqꝫ clericos
grauis oꝛiretur cōtentio. imperatoꝛ tandeꝫ
ipſum litigiuꝫ ſedauit in epiſcopo et ipſa ca
thena a papa anulum ipetrauit. Narrat mi
letus in cronica ꝛ idē habetur in hiſtoꝛia tri
partita. ꝙ his diebus apud epirum draco in
gens apparuit. In cuius oꝛe donat⁹ eꝑs vir
tute inſignis expuens mox eū occidit. prius
tamen ante eius faciē digit⁹ crucē aſſignās
ꝛ eidē oſtēdens. Quem vix octo iuga boum
ne eius putredine aer inficeretur ad locū in
cendij trahere potuerūt. Idem quoqꝫ ait ibi
dem ꝛ in eadē tripartita hiſto. habetur ꝙ in
creta diabol⁹ in ſpecie moyſi ſe poſuit. Qui
iudeos vndecūqꝫ cōgregans ſuper magnuꝫ
mōtis p̄cipitiū iuxta mare coduxit. Quos
dū ad terrā pꝛomiſſionis ſicco pede ſe p̄cun-
te ducere pollicetur innumeroſe necauit.
Unde creditur ꝙ diabolus indignat⁹. qꝛ oc-
caſione iudei qui regine cathenam dederat
plauſus octauiani ceſſauit. de his ſe taliter
vindicauit. Multi autem ex his qui euaſe-
runt ad baptiſmum grām cōuolarūt. Cum
enī mons ipſe decliuis incumberet ꝛ illi ſeſe
euoluerēt. prioꝛes tā acutis rupibus lacera-
ti ꝙ in mare p̄focati moꝛtui ſunt. Cūqꝫ re
liqui idē facere vellent. ꝛ de prioꝛibus qꝺ eis
acciderit ignoꝛarent quidā piſcatoꝛes inde
tranſeuntes malum qꝺ acciderat narraue-
runt eiſdem. Et ſic illi conuerſi ſunt. Hec in
hiſtoꝛia tripartita. D Quarta cā inſti
tutionis hic aſſignari poteſt. Dominus enī
a vinculis petrū miraculoſe abſoluiť ꝛ eideꝫ
ligandi ꝛ abſoluendi poteſtateꝫ ded'ť. Nos
autem vinculis peccatoꝝ obligati tenemur
ꝛ abſolui indigemus. Ideo igiť ipſum in ſo-
lēnitate que dicitur ad vincula honoꝛamus.
vt ſicut ipſe a vinculis abſolui ꝓmeruit. ꝛ ſi-
cut abſoluendi a dño poteſtatē accepit ſic et
ipſe a peccatoꝝ vinculis nos abſoluat. Hāc
vltimam inſtitutionis cām nōnullā extitiſſe
quis de facili perpendere poteſt. ſi videat ꝙ
abſolutionem a vinculis in apoſtoluꝫ factā
epiſtola cōmemoꝛat abſoluēdi ptātē ſibi cō-
ceſſaꝫ euāgeliſta recitat abſolutionē ab ipo
nobis fiendā hodierna oꝛatio poſtulat. Qꝺ
autem per claues quas accepit interdum ēt
dānādos abſoluat. in quodā miraculo qꝺ le-
gitur in miraculoꝝ beate virginis ſatis cla



ret. Apud nāqꝫ coloniā vrbē in monaſterio
ſancti petri erat quidaꝫ monachus leuis. lu
bꝛicus ꝛ laſciuus. Hic dum ſubita moꝛte ſu
iſſet p̄euentus. demones ipm̄ accuſabant ꝛ
quelibet peccatoꝝ genera cōtra ipm̄ clama
bant. Unū dicebat. Ego ſum cupiditas tua.
qua cōtra p̄cepta dei tā frequenter cupiſti
Aliud clamabat. Ego ſum vana gloꝛia. qua
te apud hoīes iactantes exaltaſti. Aliud ait
Ego ſum mēdaciū in quo mētiēdo peccaſti.
Et cetera ſilr̄. Ecōtra q̄dā opa bona que fe-
cerat ipm̄ excuſabāt dicentia. Ego ſum obe
dientia quā ſenioꝛibus ſpūalibus exhibuiſti
Ego ſum pſalmoꝝ cantus quem frequēter
deo cōcinuiſti. Sanctus aūt petrus cui⁹ erat
monachus ꝓ ipſo depꝛecaturus deum adijt
Cui rñdit dñs. Nūquid nō ꝓpheta me inſpi
rante dixit. Dñe q̄s habitabit in tabernacu-
lo tuo. aut quis requieſcet in monte ꝛc. Qui
ingreditur ſine macula ꝛc. quō hic pōt ſalu⁹
eſſe cū nec ſine macula ſit ingreſſus nec ſit
iuſticiā operatus. Rogāte igiť ꝑ eo petro cū
virgine matre dei hanc dñs ſniam ꝓtulit vt
ad coꝛpus rediret ꝛ ibidē penitentiā ageret.
Tunc cōfeſtim petrus claui quā manu tene
bat diabolū terruit ꝛ in fugā conuertit. Ani
mam vero eius in manu cuiuſdaꝫ qui in p̄e
dicto monaſterio monach⁹ fuerat tradidit.
ꝛ vt ad coꝛpus ipſam reduceret p̄cepit. qui ab
eo pꝛo mercede reductionis popoſcit vt ſin-
gulis diebus pſalmū. Miſerere mei de⁹ di-
ceret. ꝛ ſepulturam eius ſepe ſcobis munda
ret. Ipſeqꝫ de moꝛte rediens que ſibi cōtin-
gerant oībus enarrauit.

¶ De ſancto Stephano papa. cvi A

Stephanus papa cum multos gentiliū verbo ꝛ exem-
plo cōuertiſſet: ꝛ multa coꝛpo-
ra ſanctoꝛum martiruꝫ ſepeliſ
ſet a valeriano ꝛ galieno anno dñi. cclx. ſum
mo ſtudio ꝓquiriť. vt eū ꝛ clericos aut ſacri-
ficare coegerent aut ſupplicijs diuerſis pu-
nirent. Dederūtqꝫ edictū vt q̄cūqꝫ eos ꝓde-
ret totā eoꝝ ſubſtantiā poſſideret. Quapꝛo-
pter decē de eius clericis ſtatim cōpꝛehenſi
ſunt ꝛ ſine audiētia decollati. Sequenti die
ſtephanus papa cōpꝛehēdiť. ꝛ ad tēplū mar-
tis duciť vt ibi aut idolū adoꝛaret aut capita
lē ſniaꝫ ſubiret. Sꝫ cū tēplū ingreſſus fuiſſꝫ
ꝛ deſiīt ipꝫ tēplū deſtrueret exoꝛaſſꝫ. ſtatim
magna ꝑs tēpli coꝛruit ꝛ oīs mltitudo p̄ ni-
mio timoꝛe aufugit. Ipſe vero ad cimiteriū
ſancte lucie ꝑrexit. Qꝺ audiēs valerian⁹ mi
lites plures prioꝛib⁹ ad eū miſit. Qui venien
tes eū miſſam celebꝛātē inuenerūt ꝛ ſtanteꝫ
intrepiduꝫ ac incepta deuote ꝑficiētē in ſua
ſede decollauerunt.

¶ De inuētiōe ſancti ſtephani pꝛothomartiris. cvij A

Inuentio coꝛpoꝛis ꝓthomartiris ſtephani anno dñi
cccc xvij. Honoꝛij principis an-
no. vij. facta fuiſſe narrať. repiť
aūt ei⁹ inuētio trāſlatio ꝛ ꝯiunctio. Inuētio
ipſius hoc oꝛdine facta fuit. Nā cū quidā pſ
biter noīe lucian⁹ in territoꝛio hieroſolimi-
tano. quē genadi⁹ inter illuſtres viros cōme
moꝛat. ꝛ hec ſcripſit feria ſexta in ſtratu ſuo
quieſceret ꝛ pene euigilaret. quidā vir ſenex
ſtatura ꝓcerus vultu decoꝛus. barba ꝓlixa
pallio candido amictus. cui gēmule auree ꝛ
cruces inerāt ꝯtexte. calciat⁹ caligis in ſuꝑfi-
cie deauratis eidē apparuit. q̄ manu aureā vir
gā tenēs tetigit eū dicēs. Sūma cū diligen-
tia nr̄os patefacito tumulos: qꝛ indecenter
deſpecto loco recōditi ſum⁹. Uade igiť ꝛ dic
iohāni ep̄o hieroſolimitano vt nos in hono-
rabili loco reponat. qꝛ cū ſiccitas ꝛ tribꝉatio
mūdū ꝯcuſſerit nr̄oꝝ ſuffragijs deus mun-
do ꝓpiciari decreuit. Cui lucian⁹ pſbiter di-
xit. Dñe quis es Ego ſum inq̄t gamaliel qui
paulū apl̄m enutriui: ꝛ ad pedes meos legē
ꝑdocui. qui aūt mecū iacet ſanct⁹ eſt ſtepha-
nus qui a iudeis lapidat⁹ ex̄ ciuitatē piectus
eſt vt a feris ꝛ auibus deuoꝛareť. Sꝫ hoc oī
no ille ꝓhibuit cui idē martir illeſam fidem
ſeruauit. Ego aūt ipm̄ cū reuerentia multa
collegi ꝛ in meo nouo tumulo ſepeliui. Ali⁹
aūt qui mecū iacet eſt nicodem⁹ nepos me⁹
qui nocte iheſum adijt. ꝛ a petro ꝛ iohāne ſa
crū baptiſma ſuſcepit. quapꝛopter indigna-
ti in eū pꝛīcipes ſacerdotū eū occidiſſent niſi

ob noſtri reuerētiā deſtitiſſent. Verūtñ oēm ſubſtantiā eiꝰ diripuerūt ⁊ a pricipatu depoſuerūt. multiſqꝫ cū afficiētes verberibus ſemiuiuū reliquerūt. Nunc cum ego in domo mea duxiſſeꝫ. diebus aliqbꝰ ſupuixit ⁊ defunctum iuxͣ pedes beati ſtephani ſepeliri feci. Tertius vero qui mecū eſt ipe eſt abybas filius meus qui anno etatis ſue. xx. mecū baptiſma ſuſcepit ⁊ virgo ꝑmanēs cū paulo diſcipulo meo legē didicit. Vxor vō mea ethea ⁊ ſelemias filiꝰ meus: qꝛ fidē xp̄i noluerūt recipe nr̄a nequaq̄ digni ſepltura fuere ſꝫ eos alibi ſepultos inuenies ⁊ eoꝝ tumulos vacuos ⁊ inanes. Hoc dicto ſanctus gamaliel diſparuit. Lucianꝰ vero euigilans dominū exorauit. vt ſi hec viſio in veritate fieret. eidē ſecundo ac tertio appareret. In ſequēti igitur feria ſexta eidē ſicut prius apparuit ⁊ cur ea q̄ ſibi dixerat neglexerit requiſiuit. Nō inquit dn̄e neglexi. ſꝫ rogaui dn̄m: vt ſi hec viſio ex deo eſſꝫ mihi tertio appareret. Dixitqꝫ ei gamaliel. qm̄ in mēte tua cogitaſti ſi nos inuenires quō reliquias ſingulorꝝ diſcernere poſſes. ex his que tibi ſub ſimilitudie offero ſingulorꝝ loculos ⁊ reliquias edocebo. Oſtēdit qꝫ ei tres calathos aureos ⁊ quartū argēteū quorꝝ vnus erat pleñꝰ roſis rubētibus ⁊ alij duo plenie roſis albis. quartū etiā oſtēdit calatū argenteū plenū croco. Dixitqꝫ gamaliel Hi calathi nr̄i ſunt loculi. ⁊ he roſe nr̄e ſunt reliquie. Calathus pleñꝰ roſis rubeis eſt loculus ſancti ſtephani qui ſolꝰ ex nobis martirio meruit coronari. Alij duo roſis alb̄ pleni. mei ⁊ nicodemi ſunt loculi qui ſincero corde in ꝯfeſſione chriſti perſeuerauimꝰ. Quartus vō argenteꝰ croco plenus eſt abybe filij mei qui candore virginitatis pollebat ⁊ mūdus de mūdo exiuit. His dictis iterū diſparuit. Feria aūt ſexta ſequentis hebdomade eidē iratus apꝑuit. ⁊ de dilatiōe ⁊ negligentia ſua eū grauiter increpauit. Cōtinuo igit᷑ lucianus hieroſolimā adijt ⁊ iohāni ep̄o cuncta p ordineꝫ enarrauit. Pergunt igit᷑ cū aliis ep̄is accerſitis ad locū p̄dictū luciano oſtenſum cūqꝫ cepiſſent fodere terra cōcutit᷑ ⁊ ſuauiſſimꝰ odor ſentit᷑. Ad cuius odoris mirā fragrantiā meritis ſanctorꝝ ſeptuaginta hoīes a diuerſis īfirmitatibꝰ liberant᷑. Sicqꝫ in eccleſiam ſyon que eſt in hieruſalem vbi ſanctus ſtephanus archidiaconatus officio functus eſt. cum magno gaudio ſanctorum reliquias tranſtulerunt. ⁊ eas ibi honorifice condiderunt. Ea autem hora pluuia magna deſcendit. Huius viſionis ⁊ inuentionis mentioneꝫ facit Beda in cronica ſua.

B Hec inuentio ſancti Stephani facta eſt ea die qua eius paſſio celebrat᷑: ⁊ eius paſſio in hac die fuiſſe dicitur. Feſta autem ab eccleſia mutata ſunt duplici ratiōe. Prima eſt quoniam chriſtus ideo natus eſt in terris vt homo naſceretur in celis. Decuit igitur vt natiuitati chriſti continuaretur natale ſancti ſtephani. qui primus pro chriſto martirium ſuſtinuit quod eſt naſci in celo vt per hoc notaretur vnam ex alia ſequi. Unde etiam cantatur de ipſo. Heri chriſtus natus eſt in terris. vt hodie ſtephanus naſceret᷑ in celis. Secunda ratio eſt. quoniaꝫ feſtum de inuentione ſolennis agebatur q̄ꝫ feſtum de paſſione. ⁊ hoc tum propter reuerentiaꝫ natiuitatis domini. tum propter multa miracula que in ipſius inuētione dominus oſtendit. quia ergo paſſio ipſius dignior eſt q̄ꝫ inuentio. ⁊ ob hoc ſolennior debet eſſe. ideoqꝫ eccleſia feſtuꝫ de paſſione ad illud tempus trāſtulit. in quo in ampliori reuerentia habeat᷑. Tranſlatio autē eius vt ait auguſtinus hoc modo fuit. Nam alexander ſenator cōſtantinopolitanus hieruſalē cum vxore ſua adijt. ⁊ prothomartiri ſtephano pulcherrimuꝫ oratorium conſtruxit. ac poſt eius obituꝫ iuxta eius corpus ſe ſepeliri fecit. Euolutis ergo ſeptem annis. iuliana eius vxor in patriam ſuam volens redire. vtpote que a principibus iniuriam patiebatur corpus viri voluit deferre. Quod cum ab epiſcopo nimiis precibus poſtulaſſꝫ. epiſcopus duos loculos argenteos protulit dicens. Non noui quis ſit ex his loculus viri tui. Et illa. Ego noui. Et impetum faciens amplexata eſt corpus ſancti ſtephani. Sic ergo dum corpus viri putat accipere caſu corpus prothomartiris accepit. Cum aūt nauim cū corꝑe cōſcendiſſet hymni audiūtur angelici odor effragrat. clamant demones ſeuam ſuſcitant tempeſtatē dicentes. Ve nobis. quia prothomartir ſtephanus tranſit diro nos verberās igne. Cū ergo naute naufragium formidarēt ſtephanus inuocatur. ⁊ continuo apparuit eis dicēs. Ego ſum nolite timere. Statim qꝫ trāquillitas magna ſubſecuta eſt. Tunc audite ſunt voces demonum clamantium. Impie princeps nauē accende. qꝛ aduerſarius noſter ſtephanus eſt in ea. Tunc princeps demonum quinqꝫ demones qui nauem incenderent miſit. Sꝫ angelus domini in profunduꝫ eos dimerſit. Et cū calcedonē veniſſent demones clamabant. Seruus dei venit qui ab iniquis lapidatus eſt iudeis. Couſtātinopolim igitur incolumes ꝑuenerūt ⁊ in quadaꝫ eccleſia corpus ſancti ſtephani cum magna reuerentia condiderunt. Hec auguſtinus. Coniunctio autem corporis ſancti ſtephani cum corpore ſancti laurētij hoc ordine facta fuit. Contigit enim eudoxiam filiā theodoſij imꝑatoris a demone grauiter cruciari. Quod cum patri ſuo cōſtantinopolim conſtituto intimatum fuiſſet. iubet filiā conſtantinopolim adduci. vt ſacro ſanctis prothomartiris ſtephani reliquijs tangeretur. Demon aūt in ea clamabat. Niſi ſtephanus romam veniat nō exibo. qm̄ ſic eſt apoſtolorum voluntas. Quod cum imperator audiuiſſet a clero ⁊ populo ꝯſtantinopolitano obtinuit. vt corpꝰ ſancti ſtephani romanis darēt ⁊ ipſi beati laurentij corpꝰ acciperēt. Tūc imperator pelagio papa ſuper hoc ſcripſit. Papa vero de conſilio cardinalium imperatoris petitioni cōſenſit. Miſſi igitur cōſtantinopolim cardinales corpus ſancti ſtephani romā deferūt ⁊ greci ꝓ accipiendo corꝑe ſancti laurentij proſequunt᷑. Capue igit᷑ corpus ſancti ſtephani recipit᷑ ⁊ brachiū eiꝰ dextrum a capuanis deuotis precibus obtinet᷑ ⁊ metropolitana eccleſia in eius honore fabricatur. Cum autem romaꝫ veniſſent. ⁊ in eccleſiam ſancti petri ad vincula corpus deferre vellent vectores ſubſiſtunt nec vltra ꝓcedere poſſunt. Demon autem in puella clamabat. Fruſtra laboratis qꝛ nō hic ſꝫ apud frēm ſuū laurētium ſedem elegit. Illuc igit᷑ corpus defert᷑. ⁊ ad eius tactum puella a demone liberatur. At laurētius aduentui fratris ſui quaſi cōgratulās ⁊ arridēs in alterā partem ſepulchri receſſit ⁊ medietatē illius vacuā fratri reliquit. Greci vero dū manꝰ apponūt vt laurentium ferant ad terraꝫ velut exanimes corruerūt. Sed orātibus pro eis papa clero ⁊ populo vix ad ſe ad veſperā redierūt. Omnes tamen infra decē dies mortui ſunt. Latini etiam qui ſibi conſenſerant in freneſim verſi ſanari non potuerunt quoaduſqꝫ ſanctoruꝫ corpora inſimul tumulata fuerunt. tunc vox de celo audita eſt. O felix roma que corpꝰ laurentij hyſpani ⁊ ſtephani hieroſolimitani tam glioſa pignora vno claudis manſeolo. Facta eſt autem iſta coniunctio. ix. kalen. maij circa annos domini. ccccxxv.

¶ Refert auguſtinus in libro. xxij. de ciuitate dei. ſex mortuos ad inuocationē ſancti ſtephani ſuſcitatos videlꝫ quendā qui cū mortuus ſic iaceret vt ei iam pollices ligarentur. inuocato ſuper eū noīe beati Stephani continuo ſuſcitatus eſt. Item quendā puerum a plauſtro contrituꝫ quem mater ad eccleſiam ſancti Stephani deferēs viuum ⁊ ſanum recepit. Item quandam ſanctimonialem que cū in extremo ſpiritu conſtituta ad eccleſiā ſancti Stephani delata fuiſſet ⁊ ibideꝫ expiraſſet videntibus omnibus ⁊ ſtupentibus ſanata ſurrexit. Itē quandā puellam apud hyponē cuius tunicā cū pater ad eccl̄iaꝫ ſc̄ti ſtephani deportaſſet eam poſtmodū ſuper corpus defuncte puelle ꝓiecit ⁊ illa ſtatim ſurrexit. Item quendā iuuenem apud hiponē cuius corpus cū inūctuꝫ fuiſſet oleo ſancti Stephani ſtatim ſurrexit. Item quendam puerū qui cū ad eccleſiam ſancti ſtephani mortuus fuiſſet delatꝰ ad inuocationē ſancti ſtephani viue eſt ꝓtinꝰ reſtitutus. De hoc martire ſic dicit Augu. Martireꝫ iſtū gamaliel ſtolatus reuelauit ſaulꝰ ſpoliatꝰ laudauit xp̄s pānis inuolutus ditauit. ex p̄cioſo lapide coronauit. Ideꝫ in ſtephano emicuit pulchritudo corꝑis flos etatis eloquētia ſermocinātis ſapientia ſanctiſſime mentis. ⁊ opatio diuinitatis. Idē. Fortis columna dei cū inter lapidiferas manus

captatorio forcipe teneret̃ fide fundabilis
igniebat̃. feriebat̃ ⁊ ꝓducebat̃. ꝯſtringebat̃
⁊ angebat̃. cedebat̃. ⁊ nō vincebat̃. Idē ſup
illud. dura ceruí. ⁊c. Hic nō blādítur ſꝫ inuc
bitur. nō palpat. ſed ꝓuocat. nō trepidat ſed
inſtigat. Idē attende ſtephanū ꝯſeruū tuū
Homo erat ſicut ⁊ tu. de maſſa peccati erat
ſicut ⁊ tu. eo precio redemptus quo ⁊ tu. Et
cū dyaconus erat euangeliū legebat. quod
legis vel audis ⁊ tu. Ibi inuenit ſcriptū. Di
ligite inimicos veſtros. Didicit legendo. ꝑ
fecit obediendo.

¶ De ſancto Dominico. cviij.

DOminicus dicit̃ qua
ſi dñi cuſtos. vel a dño cuſtodi
tus. vel dicit̃ dñicus ꝯtrum ad
ethymologiā huius noīs qđ ē
dñs. Dicit̃ aūt cuſtos domini tribus modis.
ſcꝫ cuſtos honoris dñi quo ad deū. cuſtos vi
nee dñi vel gregis dñi quo ad ꝓximū. cuſtos
volūtatis dñi ſiue preceptorū dñi quo ad ſe
ipm. Secūdo dicit̃ dñicus quaſi a dño cuſto
ditus. Dñs enīꝫ cuſtodiuit ipm ꝯtuꝫ ad tri
plicē ſtatū ſuū. in quorū primo fuit laicus in
ſecūdo regularis canonicꝰ. in tertio vir apo
ſtolicus. Nā in primo eū cuſtodiuit faciēdo
eū laudabiliter incipere. in ſecūdo feruēter
ꝓficere. in tertio ꝑfectionem apphendere.
Tertio pōt dici dñicus ꝑ ethymologiā hu
ius noīs dñs. Dñs nāqꝫ dicit̃ quaſi donans
minas vel donās munꝰ. Sic
hīis dñicus fuit donās. i. ꝯdonās minas ꝑ
iniuriarū dimiſſioneꝫ. donāꝫ minꝰ ꝑ corꝑis
maceratiōnē. qꝛ corꝑi ſuo ſemꝑ minꝰ dabat
ꝙ apperebat. donās munꝰ ꝑ libertatis lar
gitionē. qꝛ non ſolū ſua tribuit pauperibus
ſed etiā ſeipm pluries vendere voluit. A

DOminicus ordinis ꝑ
dicatorū dux ⁊ pater inclitus et
hiſpanie ꝑtibus villa ꝗ dicit̃ ca
larogia oxomeñ. dioceſis patre
felice matre vo iohāna noīe ſm carnē origi
neꝫ duxit. Cuius mater ante ipſius ortū vi
dit in ſomnis ſe catulū geſtantē in vtero. ar
dentē in ore faculā baiulantē. Qui egreſſus
ex vtero totā mūdi machinam incendebat.

Cuidam etiaꝫ matrone que ipſum ex ſacro
fonte leuauerat videbatur ꝙ puer dñicus
ſtellam prefulgidā haberet in fronte que to
tum orbē illuſtrabat. Dū adhuc eſſet puerū
lus ⁊ ſub nutricis cuſtodia cōſtitutus deꝑ
henſus eſt ſepe lectū dimittere ⁊ ſup nudaꝫ
humū iacere. Miſſus tandē palentiā ad ſtu
dium amore ſapientie addiſcende. vinū per
decenniū nō guſtauit. Ubi cū fames valida
eſſet libros cū omni ſupellectili vendidit ⁊ ꝓ
cium eorū pauperibus erogauit. Creſcen
te iam eiꝰ fama ab epiſcopo oxoneñ. in ſua
eccleſia canonicus regularis efficit̃. ⁊ poſt
modū factus omnibus vite ſpeculū a cōca
nonicis ſupprior ordinat̃. Ipſe aūt die ac no
cte lectioni ⁊ orationi vacabat. aſſidue deuꝫ
exorans. vt ſibi hāc gratiā infundere digna
retur. qua ſe totū aliquādo ſaluti poſſet im
pendere ꝓximorū. In libro qꝫ de collatiōibꝰ
patrū ſtudioſiſſime legēs magnū ꝑfectiōis
cumuluꝫ apprehendit. Pergēs autem cum
predicto epiſcopo tholoſanū deprehēdit ho
ſpitē ſuū heretica prauitate corruptū. Queꝫ
ad fidem cōuertit: ⁊ quaſi quendā primitia
rum manipulū future meſſis dño preſenta
uit. Legitur in geſtis comitis mōtis fortis
ꝙ cum beatus dñicus quadam vice aduer
ſus hereticos ꝓdicaſſet. auctoritates quas
in mediū produxerat redegit in ſcriptis et
cuidam heretico cedulam illā tradidit vt ſu
per obiectis deliberare deberet. Illa auteꝫ
nocte ad igneꝫ hereticis congregatis cedu
lam quaꝫ receperat produxit in mediū. Cui
ſocij dixerunt. vt in ignem illaꝫ proijceret et
ſi comburi contingeret eorū fides immo ꝑ
fidia vera eſſet. Si vero cōburi non poſſet.
verā fidē romane eccleſie predicarent. Qua
propter cedula in ignē ꝓijcit̃. Que cū aliquā
tulum morā in igne feciſſet. incombuſta ab
igne ꝓtinus ꝓſilijt. Stupētibus cūctis vnꝰ
ceteris durior ait. Proijciatur iterū. ⁊ ſic ex
periētia plenius reperietur ⁊ plenius expe
riemur veritatem. Proijcitur iterū ⁊ iteruꝫ
proſilijt incombuſta. Iterū ille dixit Tertio
proijciatur. ⁊ tūc ſine dubio rei exitū cogno
ſcemus. Proijcit̃ tertio ⁊ iterū incōbuſta ꝓ
ſilijt ⁊ illeſa. Heretici aūt in ſua duritia ꝑma



nentes diſtrictiſſima inter ſe iuratiōe firma
uerunt ne hoc aliquis publicaret. Quidā ta
men miles qui ibi aderat. ⁊ noſtre fidei ali
quantulum adherebat. iſtud miraculū poſt
modum publicauit. Factū eſt aūt hoc apud
montem victorialem. Simile quoddā dicit̃
accidiſſe apud fanum iouis indicta ibidē in
diebus illis cōtra hereticos quadā diſputa
tione ſolēni. B Ceteris igitur ad ꝓpria
redeūtibꝰ ⁊ epō oxoneñ. defuncto ſolus ibi
dē ſanctus dñicus cū paucis remāſit contra
hereticos cōſtanter verbū dei annūciās. Ir
ridebāt aūt eū aduerſarij veritatis. ſputa lu
tum ⁊ hmōi vilia ꝓijciētes in eū. ⁊ a tergo ꝓ
deriſu ſibi paleas alligātes. Cū aūt ſibi inte
ritū minarent̃ imperterritus reſpondebat.
Non ego martirij dignꝰ ſum gloria. nōdum
merui iſtā mortem. Quapropter locū tranſi
ens in quo ſibi parate inferebant̃ inſidie nō
ſolū intrepidus verūctiā cantans ⁊ alacer ꝓ
cedebat qđ illi admirantes dixerūt illi nun
quid non tu mortis horrore cōcuteris qđ a
cturus eras ſi comprehendiſſemꝰ te. At ille.
rogaſſem vos ne repentinis me ſubito peri
meretis vulneribus. ſed paulatim ⁊ ſucceſſi
ue mēbra ſingula mutilantes. deinde oſten
ſis coram oculis meis detruncatis mēbrorū
particulis ipſos etiā oculos eruētes ad vlti
mum ſemiuiuū laceratūqꝫ corpus ſic ꝑmit
tentes in ſuo ſanguine volutari. vel prorſus
ad libitū me necaretis. Cū quendā reperiſ
ſet ꝓpter nimiam quā patiebatur inopiā he
reticorū conſortijs adheſiſſe decreuit ſeipſuꝫ
venundare quatenꝰ ex accepto precio de ſe
ipſo ⁊ egeſtatis ſimul occaſionē ꝓſcideret et
ſub errore venūdatuꝫ liberaret. qđ ⁊ feciſſet
niſi inopie eius diuina miſericordia aliter ꝓ
uidiſſet. Alias etiā cū quedā mulier fratrem
ſuū in ſaracenorū captiuitate detentū lamen
tabili ſibi cōqueſtiōne exponeret. nullumqꝫ
ſibi ad eius liberationē fateret̃ cōſiliū ſuper
eſſe ille intima cōpaſſione cōmotus ſeipſuꝫ
pro redemptione captiui vendendū obtulit.
ſed deus qui ipſum neceſſariorē ad redēptio
nem ſpiritualem multorū captiuorū preuide
rat nō permiſit. Hoſpitatus in partibꝰ tho
loſanis apud quaſdam matronas ab hereti

cis per oſtentationeꝫ religionis deceptas ꝑ
totaꝫ quadrageſimā vt ſic clauū clauo retun
deret. in pane ſolū ⁊ aqua frigida cū adiūcto
ſibi ſocio ieiunauit. Nocte vero vigilās cum
neceſſitas cogebat. laſſa mēbra ſuper nudā
tabulā reclinabat. Sicqꝫ factum eſt vt illas
matronas ad agnitionē veritatis perduce
ret. Poſt hoc aūt cepit de inſtitutione ordi
nis cogitare cuius officiū eſſet ꝑ mundū pre
dicādo diſcurrere ⁊ ꝯ hereticos fidē catholicā
cōmunire. Cū igit̃ in ꝑtibꝰ tholoſanis māſiſ
ſet ꝑ decē ānos a trāſitu Oxonēſis epiſcopi
vſqꝫ ad tempus quo lateranenſe conſiliū de
buit celebrari cū fulcone tholoſano epiſco
po romaꝫ ad cōciliū generale adijt. ac a ſum
mo pontifice innocentio ordinē qui predica
torum diceretur ⁊ eſſet cōfirmari ſibi ſuiſqꝫ
ſucceſſoribus poſtulauit. Qui cū aliquantu
lum ſe difficilē exhiberet nocte quadā idem
pontifex videbat in ſomnis ꝙ lateranēſis ec
cleſie grauē ſubito ruinā minaret̃ qđ dū tre
mens aſpiceret. ex aduerſo vir dei domini
cus occurrebat humeriſqꝫ ſuis impoſitis to
tam illā caſuram fabricaꝫ ſuſtentabat. Cui
gilans autem ⁊ viſionem intelligens. petiti
onem viri dei hilariter acceptauit hortās vt
ad fratres ſuos rediens regulā aliquam ap
probataꝫ ſibi eligeret ⁊ ſic ad ipſum rediens
confirmationē ad libitū impetraret. Regreſ
ſus igitur verbū ſummi pontificis fratribꝰ
patefecit. Erāt aūt fratres numero circiter
xvi. Qui inuocato ſpiritu ſancto regulā bea
ti auguſtini doctoris et predicatoris eximij
ipſi pariter ⁊ re ⁊ nomine predicatores futu
ri vnanimiter elegerūt quaſdā artioris qđē
vite conſuetudines. quas ſibi per formā con
ſtitutionū obſeruādas ſtatuerūt. inſuper aſ
ſumētes. Uerum interea innocentio defun
cto. ⁊ honorio in ſummū pontificeꝫ ſublima
to. confirmationem ordinis anno dñi. M.
ccxvi. a predicto honorio impetrauit. Dū igi
tur rome in eccleſia ſancti petri pro dilatio
ne ſui ordinis exoraret glorioſos principes
apoſtolorū petrū et paulum ad ſe venientes
aſpexit. Quoruꝫ primus petrus videlicet ba
culū paulus vo ſibi librū tradere videbantur
addebātqꝫ dicētes. Uade ꝓdica qꝛ a deo ad

hoc miniſteriũ es electus morɋ̃ in momen
to tpis videbat̃ ei ꝙ filios ſuos per totum
mundum diſperſos aſpiceret incedentes bi
nos ⁊ binos. Quapropter tholoſaʒ rediens
fratres ſuos diſperſit ⁊ quoſdam quidem in
hiſpaniam. quoſdam vero pariſius alios tã
dem bononiam deſtinauit. ipſe vero romaʒ
reuerſus eſt. ¶ Monachus quidã
ante ordinis predicatorum inſtitutionem in
extaſi factus vidit beatam virginẽ flexis ge
nubus. ⁊ iunctis manibus ꝓ humano gene
re filiũ deprecantẽ: qui dans ſepe pie matri
repulſam tandeʒ inſtante ea ſic ait. Mater
mea quid poſſum vel debeo amplius eis fa
cere. niſi patriarchas ⁊ ꝓphetas ⁊ paruʒ ſe
emendauerũt. Ueni ego ad eos. Deinde mi
ſi apl̃os. ⁊ me ⁊ illos occiderũt. Miſi marti
res ⁊ ꝯfeſſores ⁊ doctores nec illis acquieue
runt. ſʒ q2 nõ eſt fas vt tibi aliq̃d denegẽ da
bo eis meos p̃dicatores ꝑ quos valeant illu
minari ⁊ mũdari. ſin autẽ veniã contra illos.
Similẽ viſionẽ alius vidit eodeʒ tẽpore quo
xij. abbates ciſterciẽſis ordinis tholoſam cõ
tra hereticos ſunt trãſmiſſi. Nam cũ filius
matri oranti reſpondiſſet. vt ſupra dixit ma
ter. Bone fili non ſm̃ eorum maliciam. ſed
ſm̃ tuam miſericordiam agere debes tunc
filius victus precibus ait. Ad votum tuum
adhuc cũ eis hanc miſericordiam faciam ꝙ
predicatores meos eis mittam. qui eos mo
niant ⁊ informent ⁊ ſi ſe nõ correxerint am
plius eis nõ parcã. Quidã frater minor qui
multo tp̃e ſocius ſancti Franciſci [illegible]erat
pluribus fratribus de ordine predic[illegible]orum
narrauit. cum beatus dominicus rome pro
cõfirmatione ſui ordinis apud papam inſta
ret. nocte orans vidit in ſpiritu chriſtum in
aere exiſtentem. ⁊ tres lanceas in manu te
nentem ⁊ cõtra mundũ eas vibrãtẽ. Cui ve
lociter mater occurrẽs q̃d nã vellet facere in
quiſiuit. Et ille. Ecce totus mundus tribus
vicijs plenus eſt. ſcʒ ſupbia. auaritia ⁊ cõcu
piſcẽtia. ⁊ iõ his tribus lãceis ip̃m volo peri
mere. Tunc virgo ad eius genua ꝓcidẽs ait
Fili chariſſime miſerere. ⁊ tuã iuſticiã miſe
ricordia temperato. Cui chriſtus. Nõne vi
des quãte mihi iniurie irrogantur. Cui illa.

Tempa fili furorẽ ⁊ pauliſper expecta. Ha
beo enĩ fidelẽ ſeruũ ⁊ pugilem ſtrẽnuũ q̃ vbi
qʒ diſcurrens mũdũ expugnabit ⁊ tuo domi
nio ſubiugabit. alium quoqʒ ſeruũ in adiuto
riũ ſibi dabo qui ſecum fideliter decertabit.
Cui filius. Ecce placatus faciem tuã ſuſce
pi. ſed vellem ego videre quos vis ad tantũ
officium deſtinare. Tũc illa xp̃o ſanctuʒ do
minicũ preſentauit. Cui xp̃s vere bonus et
ſtrẽnu' pugil ẽ iſte ⁊ ſtudioſe faciet que dixi
ſti. Obtulit etiam ſanctũ Franciſcũ. Et hũc
xp̃s ſicut ⁊ primũ pariter cõmendauit. San
ctus autẽ dominicus ſocium ſuum in viſio
ne ſua diligenter cõſiderãs quẽ ante non no
uerat in craſtino in eccleſia inuentuʒ ex his
que nocte viderat ſine iudice recognouit ⁊ in
eius amplexus ⁊ oſcula pia ruẽs ait. Tu es
ſocius meus. tu pariter curres mecũ. ſtem'
ſimul ⁊ nullus aduerſarius preualebit. Uiſi
onem quoqʒ predictã ſibi per ordinẽ enarra
uit. Et extunc factum eſt eis cor vnum ⁊ ani
ma vna in dñõ qd̃ ⁊ in poſteris mãdauerunt
ꝑpetuo obſeruari. D ¶ Cũ quendam noui
ciũ apulũ ad ordinẽ recepiſſet. quidã qui pre
dicti nouicij ſocij fuerant eũ adeo ꝑuerterũt
ꝙ ad ſeculũ iam redire deliberãs veſtes ſu
as modis omnibus expetebat. qd̃ beat' do
minicus audiẽs cõtinuo orõni ſe dedit. Igi
tur cũ dictũ iuuenẽ iam religioſis veſtib' ex
poliaſſent et iam ſua camiſia induiſſent ille
magnis vocib' clamare cepit ac dicere. En
eſtuo. en ardeo. en tot' exuror. Extrahite ex
trahite hanc camiſiã maledictã que me totũ
exurit. Nullo ergo mõ quieſcere potuit. quo
uſqʒ exutus camiſia religioſis veſtibus de
nuo eſt indutus ⁊ ad clauſtrũ reduct'. Exiſtẽ
te beato dñico bononie cũ fratres iã ad dor
miendũ iuiſſent quidã frater cõuerſus a dia
bolo vexari cepit. Quod cũ frater reinerius
lauſanẽſis magiſter eius audiſſet. beato do
minico hoc ſtuduit indicare. Sanctus autẽ
dñicus ad eccl̃iam ante altare eũ portari fe
cit. qui cũ vix a fratribus decẽ fuiſſet depor
tatus. dixit btũs dñicus. Adiuro te miſer.
vt dicas mihi q̃re vexas creaturã dei. ⁊ qua
re ⁊ quo modo huc itraſti. qui rñdit. vexo eũ
q2 meruit. Bibit enĩ heri in ciuitate ſine li



centia prioris nõ adhibito ſigno crucis. Uñ
tũc intraui in eũ in ſpecie bibionis quin po
tius ipſe bibit me ſimul cum vino. Hoc autẽ
tũc eũ bibiſſe verũ cõpertũ eſt. Inter hec fa
ctũ eſt primum ſignũ ad matutinas. quo au
dito diabolus qui in eo loquebat̃. dixit. am
modo hic plus ſtare nõ poſſum: ex quo capu
ciati ſurgunt. Et ſic ad orõnẽ beati dñici exi
re cõpulſus eſt. Cũ in ꝑtib' tholoſanis quod
dã flumẽ trãſiſſʒ libri eius nullũ hñtes ꝯſer
uatoriũ in fluuiũ ceciderũt. Die aũt tertia q̃
dã piſcator ibi hamũ ꝓijciẽs cũ magnũ piſcẽ
ſe prendidiſſe putaret libros ipſos extraxit
penitus ſic illeſos ac ſi in aliquo armario fu
iſſent cũ omnia diligẽtia cuſtoditi. Cum ad
quoddã monaſteriũ veniſſet. ⁊ fratres quie
ſcerẽt nolẽs eos inquietare. orõne fuſa clau
ſis ianuis mõaſteriũ cũ ſocio introiuit idq̃ʒ
cõpertũ eſt cum in cõflictu hereticoruʒ cum
quodã ꝯuerſo ciſterciẽſi. fuiſſet. Nam cũ ſe
ro ad quandã eccl̃iam deueniſſent. ⁊ clauſaʒ
inueniſſent. orõne fuſa a beato dominico in
tra eccl̃iam ſe ſubito inuenerũt ⁊ noctẽ illaʒ
totã in orõne duxerũt. Poſt laborẽ itineris
anteq̃ ad hoſpitiũ deueniſſet ſitim ad fontẽ
aliquẽ extinguere ꝯſueuit ne in domo hoſpi
tis plus bibendo aliquã notã incurreret. ¶
Scolaris q̃dã lubricũ carnis patiẽs venit in
quodã feſto ad domũ fratruʒ de bononia vt
ibi miſſam audiret. Cõtigit aũt tũc miſſam
beatũ dñicũ celebrare. Cũ aũt ad oblationẽ
ventũ fuiſſet dict' ſcolaris acceſſit. ⁊ manuʒ
eius cũ mſta deuotiõe oſculatus eſt. Quam
cũ oſculatus fuiſſet tantã ex illa ꝓdire ſenſit
odoris fragrãtiã. quãtã in vita ſua nunq̃ ali
quando expertus eſt. Et extũc eſtus libidinis
in eo mirabiliter refriguit. adeo vt qui ante
erat vanus ⁊ lubricus efficeret̃ poſtmodum
cõtinẽs atqʒ caſtus. O q̃ta mũdicie purita
te eius caro pollebat. cuius odor tã mirabi
liter ſordes mẽtis purgabat. Sacerdos qui
dẽ vidẽs aliq̃ñ beatũ dñicũ cũ ſuis fratribus
p̃dicationi tã feruẽter iſiſtere ⁊ deliberauit
eis adherere dũmodo nouũ teſtm̃ ſibi ad p̃
dicãdũ neceſſariũ habere poſſet. Hec eo co
gitante quidã iuuenis venale teſtm̃ ſub veſte
baiulans affuit. qd̃ ſtatim ſacerdos cum ma

gno gaudio emit. ſed dum aliquãtulũ adhuc
dubitaret. fuſa ad deũ prece impꝛeſſaqʒ ſup li
brũ exteri' cruce. librũ apperuit ⁊ oculos ad
capitulũ qd̃ primo ſe obtulit mox ꝯiecit; ⁊ il
lud qd̃ in actib' petro dictũ eſt eidẽ occurrit.
Surge diſcede ⁊ vade cũ eis nihil dubitãs.
q2 ego miſi illos. Statimqʒ ſurgẽs eiſdẽ ad
heſit. Cũ apud tholoſam in theologia rege
ret magiſter q̃dã ſcia ⁊ fama p̃clarus. quodã
mane ante diẽ dũ ſuas p̃uideret lectiões op
preſſus ſumno caput ſuũ in cathedra paulu
lũ reclinauit viſumqʒ eſt ſibi ꝙ ſeptẽ ſtelle ei
p̃ſentarentur. Qui cũ de nouitate talis exe
nij plurimũ miraret̃. ſubito in lumine ⁊ quã
titate p̃dicte ſtelle intãtũ creuerũt ꝙ totum
mũdũ illuminauerũt. Qui euigilãs quid nã
ſibi hoc vellet plurimũ mirabat̃. Et ecce dũ
ſcolas intraſſet vt legeret beat' dñicus ⁊ cũ
eo ſex fratres eiuſdẽ habitus ad p̃dictũ ma
giſtrũ humilr̃ acceſſerũt. ⁊ ſuũ ſibi ꝓpoſituʒ
intimantes dixerũt ꝙ ſcolas ſuas cuperent
frequẽtare. Qui recolẽs viſionẽ ipſos eſſe ſe
ptẽ ſtellas q̃s viderat. non dubitauit. Rome
viro dei dñico poſito vir quidã mgr̃ reginal
dus ſcti anniani aurelian̄. decan' q̃ et pariſi'
in iure canonico rexerat annis q̃nqʒ romaʒ
cũ aureliañ. ep̃o mare trãſiturus aduenerat
Dudũ aũt in ꝓpoſito hẽbat relictis oĩb' p̃di
cationi inſiſtere. ſed quo nã modo id cõplere
poſſet nec dũ aduerterat. cũ aũt a quodã car
dinali cui hm̃õi votũ expꝛeſſerat de inſtitutiõe
p̃dicator didiciſſet. ⁊ btõ dñico accercito ei
dẽ ſuũ ꝓpoſitũ reuelaſſet. extũc ipſi' ordis de
liberauit igreſſũ. nec mora graui febriũ iſfir
mitate corripit̃. ⁊ de ei' ſalute penit' deſpe
rat̃. Perſeuerãte aũt in orõne btõ dñico ad
btãm virginẽ cui tanq̃ ſpãli priorie curã ordi
nis totã cõmiſerat exorãte vt vel ſaltẽ modi
co tp̃e eũ ſibi cõcedere dignaret̃. ecce ſubito
reginã miſericordie duab' ad modũ ſpecio
ſis comitatam puellis reginaldus vigilãs ⁊
mortẽ expectãs ad ſe viſibiliter venientem
aſpexit blãdaqʒ facie ſibi dicẽtẽ. Pete a me
qd̃ vis ⁊ dabo tibi. deliberãti q̃d peteret vna
ex p̃dictis puellis ſuggeſſit ne q̃d peteret. ſʒ
ſe totum regine miſericordie volũtati com
mitteret. Quod dũ feciſſet. illa manum ex

quid preceperit adimplebo. hanc ergo pro-
miſſionē tenens exijt ad eā cuʒ fratrib⁹. ⁊ q2
eaʒ a viro ſeparare nō poterat primo ei oēʒ
gloriaʒ mūdi interdixit ⁊ formā matris imi
tandā eidē indiſcens illā dimiſit. Illa v̄o re-
diens. ita repente mutata eſt vt in medio ſe
culi vitā duceret heremiticaʒ ⁊ omni ſeculo
prorſus ſe faceret alienā. Tandē precibus
multis virū ſuū vicit ⁊ ab ipſo abſoluta mo-
naſteriū intrauit. Infirmatus aliquādo vir
dei cū extremū iam ſpiritum trahere videre
tur in exceſſu mētis ſue ante tribunal dei vi
ſus eſt preſentari. Affuit auteʒ ⁊ ſathan ex
aduerſo improbis eū accuſationib⁹ pulſans
Ubi vero ille oīa fuerat ꝓſecutus ⁊ viro dei
pro ſua fuit pte dicenduʒ nihil territus aut
turbatus ait. Fateor non ſum dignus ego.
nec proprijs poſſum meritis regnū obtine-
re celorꝫ. Ceterū duplici iure illud obtinens
dn̄s meus hereditate. ſ. patris ⁊ merito paſ
ſionis. altero ipe cōtētus alterū mihi donat.
Ex cuius dono iure illud mihi vendicās nō
confundor. Cōfuſus in hoc verbo inimicus
Conuētus ille ſolut⁹ eſt. ⁊ vir dei in ſe reuer
ſus eſt. tāta autē abſtinētia labore ⁊ vigilijs
corpus ſuuʒ attriuit. ꝙ ⁊ grauiſſima ⁊ vere
continua egritudine languens cōuentū vix
ſequi poſſet. Quadā vice dum grauiſſime in
firmaretur fratribus ꝓ eo inſtāter orantib⁹
aliquātulū cōualuiſſe ſe ſenſit. congregatis
autē fratribus dixit. Quid tenetis miſeruʒ
hoiem. Fortiores eſtis ⁊ inualuiſtis. Parci
te queſo parcite ⁊ ſinite me abire. A multis
aūt ciuitatibus vir dei in epiſcopuʒ electus
precipue a ciuitate ianuēſi ⁊ ciuitate medio
lanenſi. petētibus ſe nec annuens nec ipro-
be renuēs dicebat ſe nō eſſe ſuū. ſed aliorū
ſeruitio deputatū. Fratres autē ex conſilio
viri dei ſibi prouiderant ⁊ ſummi pontificis
auctoritate muniti erant. ne quis gaudium
ſummi ab eis tollere poſſet. Quodā tempo
re cū fratres cartuſiēſes viſitaſſet ⁊ ipſi ab
eo in oībus plurimū edificati fuiſſent. vnuʒ
fuit quod predicti loci priorem aliquātuluʒ
mouit ſcilicet ꝙ ſella cui equitando inſide-
bat minus neglecta erat. ⁊ parum preferēs
paupertatem. Quod cū dictus prior vni ex
fratribus ⁊ ille viro dei detuliſſet nō minus
ipſe mirat⁹ qualis eſſet ſella querebat. Naʒ
a clara valle vſq̄ cartuſiam venerat: ⁊ tamē
qualis eſſet ſella penitus ignorabat. Iuxta
lacum lauſanenſem totius diei itinere per-
gens penitus euʒ non vidit aut ſe videre nō
vidit. Cum enim ſero facto de eodem lacu
ſocij loquerentur interrogauit eos vbi naʒ
lacus ille eſſet. quod illi audientes plurimū
admirati ſunt. ¶ G Uincebat ſane in eo
ſublimitatem nominis humilitas cordis.
Nec tam poterat vniuerſus eū erigere mū
dus q̄ ſe ipſe deijcere ſolus. Summus re-
putabatur ab omnibus infimū ipſe ſe repu
tans ⁊ quem ſibi omnes ipſe ſe nemini pre-
ferebat. Deniq̄ ſicut ſepius fatebat̄ inter
ſummos quoq̄ honores ⁊ fauores populo-
rum alterum ſibi mutuatus hominem vide
batur. ſeq̄ potius reputabat abſenteʒ velut
quoddaʒ ſomniuʒ ſupplicatus. Ubi vero in
ter ſimpliciores fratres erat ⁊ amica ſemꝑ
licebat humilitate frui. ibi ſe inueniſſe gau-
debat. ⁊ in propriaʒ rediſſe perſonaʒ. Sem
per autē inueniebatur aut orans. aut legēs
aut ſcribens. aut meditans. aut fratres ver
bo edificans. Quadaʒ vice cū populo predi
caret ⁊ omnes verba eius attente ac deuo-
te ſuſciperent eius animo quedaʒ talis irre
pſit temptatio. Uere nunc optime ꝑdicas ⁊
ab oībus libēter audiris ⁊ ſapiens ab oībus
reputaris. At vir dei tali tēptatione pulſari
ſe ſentiens. parūper ſubſtitit. ⁊ an ꝓcederet
vel fineʒ facere t cogitare cepit. Statimq̄
diuino ꝯfortatus auxilio tēptatori ſilenter
reſpondit nec per te incepi. nec per te dimit
taʒ. Sicq̄ ſecurus predicationē vſq̄ ad fi-
nem proſecutus eſt. ¶ Monachus qui-
daʒ qui in ſeculo ribaldus fuerat atq̄ luſor
maligno ſtimulatus ſpiritu ad ſeculū redi-
re voluit. Cū aūt btūs Bernardus eū reti-
nere non poſſet interrogauit eū vnde victu
rus eſſet q̄ reſpōdit ad taxillos ludere ſcio ⁊
inde viuere potero. ⁊ ille. Si tibi capitale cō
miſero vis ſingulis annis ad me redire ⁊ lu
crū mecū diuidere quod ille audiēs gauiſus

eſt. ꝛ ſe libẽter ſic acturuȝ pꝛomiſit. Uiginti
igitur ſolidos ei dari precepit. Et ille cũ illis
abijt. Hoc aũt faciebat vir ſanctus vt eũ ite
rum reuocare poſſet. ſicut ꝛ poſtmodũ factũ
eſt. Ille igitur abiens totũ perdidit ꝛ ad poꝛ
tam cõfuſus redijt. quo audito vir dei ad eũ
letus exijt. extenditq; gremiũ vt ſimul diui-
derent lucrũ. Cui ille. Nihil pater lucratus
ſum. ſed etiaȝ capitali noſtro nudatus ſum.
Si vultis ꝓ noſtro capitali recipite me. cui
Ber. benigne rñdit. Si ita inq̇t eſt meliꝰ eſt
vt hoc recipiã ꝙ ſimul vtrũq; ꝑdam. Quadã
vice dñ btũs bernardus iumẽto inſidẽs aliq̃
ꝑgeret cuidã ruſtico materia ſic ſe offerente
de coꝛdis inſtabilitate in orõne eſt ꝯqueſtuſ
qd ille audiẽs mox eũ deſpexit. ꝛ in orõnibꝰ
ſuis coꝛ firmũ ꝛ ſtabile habere ſe dixit. Uo-
lens aũt bernardꝰ eũ ꝯuincere ꝛ a ſua teme
ritate coercere dixit. Seq̃ſtrare paulifp a no
bis ꝛ tota qua poteris itentiõe orõnẽ dñicã
incohato. quã ſi abſq; aliqua coꝛdis digreſſi
one ꝛ vagatiõe finire poteris iumẽtũ cui in
ſideo tuũ ꝓculdubio mox habebis. Tu autẽ
mihi in fide tua ſpõdeas ꝙ ſi aliud ibidẽ cogi
taueris. hoc mihi aliquatenꝰ nõ celabis. Le
tatur ille ꝛ tanq̃ iumentũ iaȝ lucratũ ſe re-
putans audacter ſeceſſit. ꝛ ſeipm recolligẽs
orõnem dñicã dicere inchoauit. Uix orõnis
expleuit dimidiũ ꝛ ecce iportuna cogitatio
de ſella coꝛdi ſuo ſe ingerit vtrũ eaȝ habere
debeat cũ iumẽto. qd ille aduertens. ꝯcitus
ad bernardũ redijt ꝛ qd in ipa orõne ſolicite
cogitauerit indicauit ꝛ de ſe poſtea temere
nõ pſumpſit. M Frater robertꝰ eiꝰ mo-
nachus ꝛ ſcdm ſeculũ ꝓpinquus in adoleſcẽ-
tia ſua quoꝛũdaȝ pſuaſione deceptus clunia
cũ ſe cõtulerat. Uenerabilis aũt pater poſt-
ꝙ aliquãdiu diſſimulauit. eundẽ ſtatuit per
epiſtolã reuocare. Quã cũ ſub diuo dictaret
ꝛ alius monachus eã ex oꝛe ſuo ꝯſcriberet
ſubito inopinatus imber erupit. ꝛ hic q̇ ſcri
bebat chartaȝ cõplicare voluit. Cui Bern.
Opus dei eſt ſcribere ne foꝛmides. Scripſit
ergo epiſtolã i medio imbꝛe ſine imbꝛe. Cũ
enĩ vndiq; plueret. ibidẽ tñ moleſtiã imbꝛis
virtus expulit charitatis. Cũ quoddã mona
ſterium qd vir dei conſtruxerat occupaſſet
muſcarum incredibilis multitudo ita vt oĩ-
bus grauem moleſtiam generarent ille di-
xit. Ego excõico eas. Mane autem omnes
pariter moꝛtuas inuenerunt. Cũ a ſummo
pontifice mediolanũ miſſus fuiſſet vt ipos
cum eccleſia reconciliaret. ꝛ iam papiam re
dijſſet. quidã vxoꝛem ſuã demoniacaȝ ad eũ
adduxit. Moxq; ꝑ os miſere mulieris dia-
bolus in contumelias eius pꝛorupit dicens
Non de me agnicula mea hic poꝛulos edẽs
et braſicas deuoꝛans pellet. at vir dei ipſaȝ
ad eccleſiam beati ſiri remiſit. Beatus aũt
ſirus hoſpiti ſuo deferre voluit nec eidẽ ali-
quid curatiõis impendit. Sicq; iterum ad
beatum bernardum adducta eſt. Tunc dia-
bolus per os eius garrire cepit. ac dicere.
Non me expellet ſyꝛulus nec eijciet bernar
dinus. Ad hec ſeruus dei reſpondit. Nec ſi-
rus: nec bernardus te eijciet. ſed dominus
iheſus chꝛiſtus. Mox vt ille oꝛationem ef-
fudit. ſpiritus neq̃ dixit. Quã libenter egre
derer ab hac agnicula grauiter moleſtatꝰ i
ea ꝙ libenter egrederer ſed non poſſum. qꝛ
non vult magnus dominus. Cui ſanctus. et
quis eſt magnus dominus. Cui ille. Jeſus
nazarenus. Ad quem vir dei. Uidiſti ne vn-
q̃ eum. Quo reſpondente etiam ait. Ubi
eum vidiſti. Et ille. In gloꝛia. et ſanctus et
tu in gloꝛia fuiſti. quo reſpondente. Utiq;
ait. quomodo inde exiſti. ꝛ ille. Cũ lucifero
multi cecidimꝰ. Hec autem omnia voce lu-
gubꝛi per os vetule omnibus audientibus
loquebatur. Dixitq; ei vir dei. Nunquid in
illã gloꝛiã redire velles. At ille miro modo
cachinnans ait. modo tardatũ eſt. Tũc orã
te viro dei demon de muliere exiuit. Sȝ cũ
vir dei receſſiſſet diabolus ipſam iterũ inua
ſit. Uir autem eius poſt eũ accurrens quod
acciderat indicauit. Ille autem collo eius al
ligari cartulam continentem hec verba pꝛe
cepit. In nomine domini noſtri ieſu xp̄i pꝛe
cipio tibi demon. ne hanc mulierẽ amodo
contingere pꝛeſumas. quod cũ factũ fuiſſet
ad eaȝ poſtea non eſt auſus accedere. Apud
aquitaniam quedã mulier miſerabilis erat
que a quodã demone petulante ꝛ incubo ve
xabatur. ſex enim annis abuſus eſt ea. ꝛ in-



credibili vexauit libidine. Adueniente autẽ
illuc viro dei demon mulieri ne ad euȝ acce
deret vehementer minatur. quia nil ei pꝛo-
deſſe poſſet ꝛ recedẽte eo ipſe qui eius fue-
rat amatoꝛ crudeliſſimꝰ fieret pſecutoꝛ. At
illa ſecure ad virũ dei acceſſit ꝛ que pateret
cũ multo gemitu enarrauit. Cui ille. Tolle
hũc meũ baculũ ꝛ in tuo lectulo pone ꝛ ſi qd
agere poteſt agat. qd cũ feciſſet ꝛ in lectulo
ſuo recũberet adeſt ille ꝯtinuo. Sed nec ad
conſuetũ opus. nec ad ipſum cubile pꝛeſu-
mit accedere. Sed acerrime minatur ꝙ il-
lo recedente ſe de ea atrociter vindicabit.
quod cũ illa bernardo retuliſſet. ille populũ
conuocauit. ꝛ oĩes candelas in manu accẽ
ſas habere pꝛecepit. demonemq; cũ vniuer
ſo q̇ aderat cetu excõmunicauit ac ne ad illã
vel aliam deinceps acceſſum habeat inter-
dixit. Sicq; illa a tali illuſione penitus libe
rata eſt. J Cum in eadem pꝛouincia vir
ſanctus legatione fungeretur vt duceȝ aqui
tanie eccleſie reconciliaret ꝛ ille modis om
nibus reconciliari renueret vir dei ad alta
re celebꝛaturus acceſſit. ipſo duce tanq̃ ex-
cõmunicato pꝛe foꝛibꝰ expectante. Cuȝ au
tem pax domini dixit. coꝛpus dominicuȝ ſu
per patenam ponit. ꝛ ſecuȝ tulit. atq; ignea
facie: ꝛ flãmeis oculis foꝛas egredit̃. ꝛ ver-
bis terribilibus comiteȝ aggreditur. Roga
uimus te inquit ꝛ ſpꝛeuiſti nos. Ecce ad te
pꝛoceſſit virginis filius qui eſt dominus ec
cleſie quam tu perſequeris. Adeſt iudex tuꝰ
in cuius nomine omne genu curuatur. Ad-
eſt iudex tuus in cuius manibus illa anima
tua deueniet. Nunquid ꝛ ipſuȝ ſicut ſeruos
eius contemnis. Reſiſte ei ſi vales. Statim
q; dux totus irriguit ꝛ mẽbꝛis oĩbus diſſolu
tis ad pedes eius pꝛotinus pꝛoſiliuit. quem
vir ſanctꝰ calce pulſans ſurgere iubet. ꝛ dei
audire ſententiã. Ille autẽ tremebũdus ſur
rexit ꝛ quicquid vir ſanctus pꝛecipiebat pꝛo
tinus adimpleuit. Cũ regnũ germãie ꝓ qua
dam magna ſedanda diſcoꝛdia ſeruus dei
intraſſet archiep̄s maguntinenſis venera-
bilem quendam clericum obuium ei miſit.
Cui dũ clericus ſe ſibi obuiã a ſuo domino
miſſuȝ fuiſſe diceret. vir dei reſpondit. Aliꝰ
dominus miſit te. miratus ille. ſe non niſi a
ſuo domino archiepiſcopo miſſum fuiſſe af
firmabat. Econtra ſeruus xp̄i dicebat. Fal-
leris fili falleris. Maioꝛ dominꝰ eſt qui mi
ſit te chꝛiſtus. quod clericus intelligens ait
Putas ꝙ monachus velim fieri. Abſit hoc
a me. Non cogitaui nec aſcendit hoc ſuper
coꝛ meũ. quid plura. In eodeȝ itinere ſecu-
lo valefecit ꝛ a viro dei habitũ ſuſcepit. Cuȝ
quendam militem valde nobileȝ ad oꝛdineȝ
recepiſſet: ꝛ virum dei quodaȝ tempoꝛe ſe-
queretur. grauiſſima cepit temptatione pul
ſari. Cuȝ autem cuȝ quidã de fratribus taȝ
triſtem videret. cauſam tante triſtitie requi
ſiuit. cui ille reſpondit. Scio inquit. ſcio ꝙ
nunq̃ amplius letus ero quod verbum cuȝ
dictus frater ad ſeruũ dei retuliſſet. ille pꝛo
eo attentius oꝛauit. Statimq; ille frater q̇
tam grauiter tẽptatus ꝛ taȝ triſtis erat tan
tuȝ ceteris apparuit iocũdioꝛ ꝛ hilarioꝛ quã
tũ pꝛius ceteris triſtioꝛ. cũ aũt ei dictus fra
ter verbũ meſticie. qd locutus fuerat amica
biliter impꝛoperaret. ille reſpõdit. Et ſi tũc
dixi nunq̃ amplius letus ero. ſed nũc dico.
nunq̃ amplius triſtis ero R Cum ſan-
ctus malachias epiſcopus hibernie: cuius
vitã plenã virtutibꝰ ipſe deſcripſit ad xp̄ȝ fe-
liciter in monaſterio ſuo migraſſet ꝛ vir dei
ꝓ eo hoſtiã ſalutarẽ offerret. gloꝛiã eiꝰ dño
reuelãte cognouit ꝛ eodẽ inſpirãte poſt cõio
nem foꝛmã orõnis mutauit leta voce ſic di-
cens. Deꝰ q̇ beatũ malachiã ſctoꝝ tuoꝝ me-
ritis coequaſti. tribue queſumꝰ vt q̇ ꝑcioſe
moꝛtis eiꝰ feſta agimꝰ vite q; imitemur exẽ
pla. Cui dũ cãtoꝛ inueret ꝙ erraret ait. Nõ
erro ſȝ noui qd dico. deĩde accedẽs ſacra eiꝰ
veſtigia oſculat̃. Cũ inſtãte quadrageſima
a multis fuiſſet tironibus viſitatus rogauit
eos vt in illis ſalteȝ ſacris diebus a ſuis va
nitatibus ꝛ laſciuijs abſtinerent. qbus mul-
lomodo acquieſcentibus. iuſſit ei pꝛopina-
ri vinũ dicẽs. Bibite poculũ aiaꝝ. quo hau-
ſto ſubito mutati receſſerũt ꝛ q̇ modicũ tp̄s de
negauerãt. totũ tp̄us vite ſue deo dederũt.
Tandẽ beatus bernardus moꝛti feliciter
appꝛopinquãs ait fratribꝰ ſuis. tria vobis ob
ſeruãda relinquo q̇ in ſtadio pꝛitis vite quo

cucurri memini me ꝑ virib' obſeruaſſe. Me
mini ſcanda'uz facere volui ꝛ ſi aliqñ accidit
ſedaui vt potui nimis ſp ſenſui meo ꝙ alteri
us credidi. Leſus de ledente nūꝙ vindictam
expetij ecce charitatē humilitatē ꝛ patiētiaz
vobis relinquo. Deniqꝫ poſtꝙ multa mira-
cula ꝑpetraſſet ꝛ centum ſexaginta monaſte
ria ꝯſtruxiſſet. multoſqꝫ libros ꝛ tractat' cō
pilaſſet. conſummatis vite ſue dieb' circiter
annos ſexagintatres. anno dñi. M. cliij. in-
ter filiorum manus obdormiuit in domino.
Poſt obitum ſuū multis gl'iam ſuaz mani-
feſtauit. Cuidā eñi abbati in quodam mona
ſterio apparuit ꝛ vt ſe ſequeret admonuit. q
cum ſequeret dixit ei vir dei. Ecce ad mōtez
libani venimus ꝛ tu hic manebis. ego aūt il
luc aſcendā. Interrogatus ab eo ad quid vel
let aſcendere diſcere inquit volo. Miratus
ille quid inquit vis diſcere pater cui nullum
hodie in ſcientia credimus eſſe ſcōz. Et ille
Nulla hic ſcia nulla veri cognitio. Surſum
ſcie plenitudo. ſurſum vera notitia veritatis
Et in hoc verbo diſparuit. Ille autē diē nota
uit. ꝛ tūc virū dei bernardū de corꝑe migraſ
ſe inuenit. Multa aūt alia ꝛ pene innumera
bilia miracula per ſeruū ſuū de' oꝑatus eſt.

¶ De ſancto Timotheo. cxvi A

Timotheus quaſi ti-
morem tenens. Uel a timore ꝛ
theos qđ eſt deus: quaſi timor
dei. Cauſatur autem iſte timor
in quolibꝫ viro ſctō ſicut ait gregorius. cōſi
derādo vbi fuit. vbi erit vbi eſt vbi nō eſt. vbi
fuit. qm̄ in peccato. vbi erit in iudicio. vbi eſt
in miſeria. vbi nō eſt in gloria. B

Timotheus ſub nero-
ne a ꝑfecto vrbis rome dū gra-
uiter torq̄ret. ꝛ calce viua ei' pla
ge aſpergerent ꝛ ipſe in his gra
tias ageret. duo angeli ſibi aſtiterunt dicen
tes. Erige caput in celū ꝛ vide. Aſpiciensqꝫ
vidit celos apertos ꝛ iheſum coronaz gemi
natam tenentem ꝛ dicentem ſibi. Hanc de
manu mea accipies. quod quidam vir nomi
ne apolinaris vidēs ſe baptizari fecit. Qua-
propter preſes iuſſit ambos in confeſſione
domini perſeuerātes decollari. circa annuz
domini. lvij.

¶ De ſancto Simphoriano. cxvij A

Simphorianus dicit
a ſimphonia. Fuit enim tanꝙ
vas muſicum emittēs aromoni
am virtutū. in quo tanꝙ in vaſe
muſico tria fuerunt. Nam vt dicit auerrois
ſonatiuū debet eſſe durum ad reſiſtendum.
lene ad continuandum. latum ad implendū.
ſic ꝛ ſimphorianus tanꝙ vas muſicum fuit
durus ſibi per auſteritatem. lenis alijs per
manſuetudinez. latus oībus per charitatis
amplitudinem.

Simphorian' in augu
ſtudinēſi vrbe ortus. duz adhuc
adoleſcens eſſet tanta morum
grauitate pollebat ꝙ ſeniorum
vita anticipare videretur. Cum igitur paga
ni feſtum veneris celebrarent ꝛ ſtatuam an
te eradium prefectum deferrent ſimphoria
nus affuit ꝛ nolens eaz adorare diu ceditur
ꝛ carceri mancipatur. Et cū eductus de car
cere ad ſacrificiū cogeret ꝛ multa ei donaria
ꝑmitterentur dixit. Deus noſter vt nouit re
munerare merita ita nouit punire peccata
Uitaz quā xp̄o ſoluturi ſumus ex debito ſol
uamus ex toto. Sera plenitudo eſt ſub iudi
cis timuiſſe cōſpectu. Munera veſtra fuca
ta mellis permixta dulcedine male credulis
mentibus venena parturiūt. Cupiditas. vīa
oia habēdo nil poſſidet: qꝛ diabolicis artib'
obligata miſeri lucri detinet cōpedib' ꝛ gau
dia veſtra in ſimilitudinē vitri cum ceperint
ſplēdere frāgunt. Tūc iudex ira replet' da-
ta ſnīa precepit vt ſimphorianus occideret.
Qui cū ad locū duceretur mater eius de mu
ro exclamans ait. Nate nate memento eter
ne vite. Surſum reſpice ꝛ regnantez in celo
intuere. Tibi vita nō tollitur: ſed in melius
cōmutatur. Mox igitur decollatus eſt ꝛ a
xp̄ianis corp' eius ſublatū honorifice eſt ſe
pultū. Ad cui' ſepulchrū tanta fiebāt miracu
la vt etiā a paganis in honore maximo habe
retur. Refert gregorius turonēſiſqꝫ de loco
vbi ſanguis ei' effuſus eſt quidā xp̄ian' tres



lapillos ſanguine reſperſos ſuſtulit. ꝛ in ca-
pſa argētea tabulis ligneis circūſepta loca
uit. Quā cū in quodā caſtro locaſſet ꝛ totuz
caſtrū incēdiū cōſumpſiſſet de medio ignis
ꝑdicta capſa ſana ꝛ integra eſt educta. Paſ-
ſus eſt circa annos dñi. cclxx.

¶ De ſancto bartholomeo. cxviij. A

Bartholomeus inter-
pretatur filius ſupendentis me
vel filius ſuſpendentis aquas.
Dicitur eñi a bar qđ eſt filius et
tholos qđ eſt ſummitas. ꝛ moys qđ ē aqua
inde bartholomeus. i. filius ſuſpēdentis a-
quas. i. dei qui mētes doctoꝝ ſurſum eleuat
vt aquas doctrinarū inferius fundāt ꝛ ē no
men ſirū ꝛ nō hebreū. Per primū ꝟo notat
triplex ſuſpēdiū qđ ipe habuit. Fuit eñi ſu-
ſpenſus. i. eleuatus ab amore mūdi: vel ſu-
ſpenſus. i. intētus amore celeſti vel ſuſpen-
ſus id eſt innixus gratie ꝛ auxilio dei. vt non
a ſuis meritis: ſed a dei adiutorio tota vita
ſua dependeat. Per ſcđm vero ꝓfunditas
ſue ſapientie De cuius ſapiētie ꝓfunditate
dicit dioniſi' in miſtica theologia. diuinus
bartholome' dicit ꝛ multā theologiā eſſe et
minimā ꝛ euāgeliū latū ꝛ magnū. ꝛ rurſus
ꝯciſum. ꝛ vult oſtēdere bartholomeus ſm̄ in
tentionē dioniſij ꝙ vna ꝯſideratiōe poſſunt
omnia affirmari de deo alia ꝯſideratōe ma
gis ꝓprie negari B

Bartholome' apoſto-
lus veniēs ad indiā q̄ eſt in fine
orbis templū in qua erat idoluz
noīe aſtaroth intrauit. ꝛ q̄ſi per
egrinus ibidē manere cepit. In hoc idolo q̄
daz demō habitabat qui ſe languētes cura
re dicebat ſꝫ nō ſanādo ſubueniebat ſꝫ a le-
ſione ceſſando. Sed cū tēpluz languētibus
plenū eſſet: ꝛ quotidie ſacrificātibus ꝓ infir
mis etiā ex longinqs regiōib' adductis nul
lum ab idolo reſponſum habere poſſent. ad
aliā ciuitatē perrexerāt. vbi aliud idolū noīe
berith colebat. Et interrogantibus cur ſibi
aſtaroth reſponſum nō daret. rñdit berith.
Deus veſter cathenis igneis cōſtrictus eſt
nec reſpirare nec loq̄ audet ex illa hora qua
apl's dei bartholomeus īgreſſus eſt. Dicūt
illi. Et quis eſt iſte bartholome'. Et demō.
Amicus eſt dei oīpotētis ꝛ ideo venit in iſtā
ꝓuinciā vt omēs deos inde euacuet. Et illi
Dic nobis ſigna ei' vt eū inuenire poſſim'.
Quibus demon ait. Capilli eius criſpi ꝛ ni
gri: caro candida: oculi grādes. nares equa
les ꝛ directe. barba prolixa habens paucos
canos. ſtatura equalis. collobio albo clauа-
to purpura veſtitur. Induit pallio albo. qđ
per ſingulos angulos gēmas habet purpu
reas. Uigintiſex anni ſunt ex quo veſtes et
ſandalia eius nec veteraſcūt nec ſordidant
Centies flexis genib' per diē orat ꝛ centies
per noctē. Angeli dei cū eo ambulāt qui nū-
ꝙ eū fatigari nec eſurire ꝑmittūt. ſemꝑ eo-
dem vultu ꝛ aīo. letus ꝛ hilaris perſeuerat.
Oia ꝓuidet. oia nouit. Om̄ gentiū linguas
nouit ꝛ intelligit. Et qđ vobiſcū loquor ipſe
iam nouit. Et quādo queritis eū ſi vult oſtē
det ſe vobis: ſi autē nō vult euz nō poteritis
inuenire. Rogo aūt vos vt cū eum inueneri
tis rogetis cuz ne huc veniat: ne angeli ſui
hoc mihi faciāt quod ſocio meo iaz fecerūt.
Cum igitur per duos dies ſollicite queren-
tes euz minime inueniſſent quadaz die qui
dam demoniacus exclamauit dicens. Apo-
ſtole dei bartholomee incendunt me oratio
nes tue. Cui apl'us. Obmuteſce ꝛ exi foras
ab eo. ꝛ ſtatim eſt liberatus. Quod audiēs
rex regionis illius polemius nomine cū ha
beret filiam lunaticā miſit ad apoſtoluz ro-
gans: vt ad ſe veniret ꝛ filiā ſuam ſanaret.
Ad quem cum apoſtolus veniſſet. ꝛ eam ca
thenis ligatā videret. quia accedentes mor
ſibus lacerabat iuſſit eam ſolui. Et cū mini
ſtri ad eā accedere non auderent dixit: Ego
demonium quod in ea erat iam ligatum te
neo: ꝛ vos timetis. et ſoluta ſtatim liberata
eſt. Tunc rex camelos auro ꝛ argento ꝛ lapi
dibus precioſis onerauit: ꝛ apoſtolū inqui-
ri faciens nullatenus inuenire potuit. Ma
ne autem ſequenti apparens apl'us cuz ſo-
lo rege in cubiculo dixit ei. Ut quid me cum
auro ꝛ argento ꝛ lapidibus precioſis tota
die quiſiuiſti. Iſta munera ſunt neceſſaria
his qui terrena requirunt ego nihil terrenū

nihilq̄ʒ carnale deſidero. Tunc ſanctus bar
tholomeus cepit cuʒ multa de modo redē
ptionis noſtre docere oſtendēs inter cetera
xp̄m viciſſe diabolū per mirabilē congruen
tiam. potentiam. iuſticiā ⁊ ſapientiaʒ. Con
gruum enim fuit vt qui filiū virginis id eſt
adam factū de terra dum adhuc eſſet virgo
vicerat a filio virginis vinceret̃. Potenter
quoq̄ʒ ipſum vicit cū de ſua dn̄atione poten
ter eū eiecit quam diabolus ꝓ deiectiōe pri
mi hominis vſurpauit. Et ſicut alicuius vi
ctor tirāni comites ſuos mittit vt eius titu
los vbiq̄ʒ erigāt ⁊ tiranni titulos deijciant.
ſic xp̄s victor nūcios vbiq̄ʒ mittit. vt diaboli
cultū euacuēt. ⁊ xp̄i cultū ſtatuāt. Iuſte vero
quia iuſtū eſt vt qui comedēte hoīe vincens
hoīem detinebat. a ieiunāte hoīe victus am
plius hoīem nō teneret. Sapienter aūt duʒ
ars diaboli deludit̃ arte xp̄i. Ars diaboli fu
it vt ſicut accipiter rapit aueʒ ita in deſertū
raperet xp̄m vt ſi ibi ieiunās nō fameſceret
abſq̄ʒ dubio deus eſſet. ſi aūt eſuriret ipſum
vt primū hoīem per cibū deuinceret. Sʒ co
gnoſci deus nō potuit q̄ꝛ eſuriuit nec vinci.
q̄ꝛ eius tēptationi nō ceſſit. Cū ergo eidē ſa
cramēta fidei p̄dicaſſʒ dixit regi ꝙ ſi baptiſa
ri vellet deū ſuū ligatū cathēis ſibi oſ̄deret
¶ Sequēti die iuxta regis palatiū dū pon
tifices idolo ſacrificarent cepit clamare de
mon ac dicere. Ceſſate miſeri ſacrificare
mihi. ne peiora me patiemini qui cathenis
igneis ab angelis ieſu xp̄i quē iudei crucifi
xerunt religatus ſuʒ putātes eū a morte de
tineri. Ille aūt ip̄am mortē que regina nr̄a
eſt captiuauit. ⁊ ip̄m noſtrū principē autorē
mortis vinculis igneis vinxit. Statimq̄ʒ om
nes miſerūt funes vt ſimulachrū euerterēt
ſed nō potuerūt. apl̄s aūt demoni p̄cepit vt
inde exiēs idolū cōminueret Qui ſtatim exi
ens oīa idola tēpli p ſeip̄m cōfregit. Deinde
fuſa orōne ab apl̄o oēs infirmi ꝓtinus cura
ti ſunt. Apl̄s aūt templū deo dedicauit. ⁊ de
monē i deſertū abire p̄cepit. Tūc angel⁹ dn̄i
ibidē apparuit. ⁊ tēpluʒ circūuolās in quat
tuor angulos ſignū crucis digito ſuo ſculpſit
dicēs. Hec dicit dn̄s. Sicut vos oēs ab infir
mitate veſtra mundaui ita ⁊ templū hoc ab

omni ſorde mundabitur ⁊ habitatore eius
quem apl̄s in deſertū locū ire precepit. pri⁹
tamē eū vobis oſtendā quē videtes ne time
atis ſed quale ſignū in lapidibus his ſculpſi
tale in veſtris frontibus imprimatis. Tunc
oſtendit eis ethiopē nigriorē fuligine facie
acuta. barba ꝓlixa. crinib⁹ vſq̄ʒ ad pedes ꝓ
tenſis. oculis igneis vt ferrū ignitū ſcintil
las emittētibus flāmas ſulphureas ex ore
⁊ oculis ſpirantē. cathenis igneis vinctū re
tro manib⁹ ⁊ dixit ei angelus. Quoniā iuſſi
onem apoſtoli audiſti ⁊ de tēplo exiens oīa
idola confregiſti ſoluā te vt vadas in talem
locū vbi nullus homo morat̃ ⁊ ſis ibidē vſq̄ʒ
ad diē iudicij. Ille aūt ſolut⁹ cū magno ſtre
pitu ⁊ vlulatu diſparuit Angelus autē dn̄i in
celum cunctis vidētibus euolauit. Tūc rex
cum vxore ⁊ filijs omniq̄ʒ populo baptiſat⁹
eſt. ⁊ relicto regno apoſtoli diſcipulus eſt ef
fectus. ¶ Tunc omnes templorum
pontifices congregati ad aſtragem regem
fratrē eius cōuenerūt. ⁊ de deorum ſuorum
amiſſione ⁊ templi ſubuerſione ⁊ regis per
tem magicam deceptiōe contra apoſtolum
ſunt cōqueſti. Aſtrages igit̃ rex indignatus
mille viros armatos ad capiendū apoſtolū
deſtinauit. Qui cū adductus fuiſſet corā eo
dixit ei rex Tu ne es ille qui euertiſti fratrē
meū. Cui apl̄s Ego illū nō euerti. ſed ꝯuer
ti. Cui rex. Sicut tu feciſti fratrē meū deuʒ
ſuū relinquere ⁊ tuo credere: ſic ⁊ ego te fa
ciam deū tuū relinquere ⁊ meo deo ſacrifi
care. Cui apl̄s. Ego deū quē colebat frater
tuus ligaui. ⁊ ligatum oſtendi. ⁊ vt ſimula
chrum frangeret coegi. ſi ſic poteris facere
deo meo poteris me ad ſimulachrꝛ ꝓuocare.
Sin aūt ego deos tuos cōminuam ⁊ tu cre
de deo meo. Hec illo dicente nūciatur regi
ꝙ deus ſuus baldach cecidiſſet. ⁊ cōminut⁹
fuiſſet. Qō rex audiens purpurā ſcidit qua
indutus erat ⁊ apoſtoluʒ fuſtibus cedi iuſſit
⁊ ceſum viuum excoriari mandauit. Xp̄iani
autem corpus eius tulerunt ⁊ honorifice ſe
pelierūt. Rex autem aſtrages ⁊ templorum
pontifices a demonib⁹ arrepti mortui ſunt
Rex autē polemus in ep̄m ordinatur. ⁊. xx.
annis officiū ep̄atus laudabiliter implens



plenus virtutibus in pace quieuit. De gene
re ſue paſſionis diuerſa eſt opinio. Nā btūs
dorotheus dixit ꝙ crucifixus eſt. Ait eñ ſic
bartholomeus indis predicauit qui ⁊ euan
geliuʒ ſm̄ mattheū in ꝓpria eorū lingua eis
tradidit. Dormiuit i albana ciuitate magne
armanie crucifixus deorſum caput habens
Btūs aūt theodorus dicit ꝙ fuit excoriat⁹
In multis aūt libris legit̃ ꝙ tantuʒ fuit de
collatus Hec aūt contrarietas taliter ſolui
poteſt. vt dicatur ꝙ p̄mo ceſus. deinde cru
cifixus fuit. deinde anteꝗ̄ ibidē moreret̃ de
cruce fuit depoſitus. ⁊ ob maiorē cruciatuʒ
fuit excoriatus. poſtremo capite trūcatus.
¶ Anno dn̄i. cccxxxi. ſaraceni ſiciliaʒ inua
dentes liparitanā inſulā vbi corpus ſcti bar
tholomei q̇eſcebat vaſtauerūt; ac eius ſepul
chrū ꝯfringētes oſſa eius diſparſerūt. Naʒ
ad hanc inſulā corpus eius taliter de india
aduenisse ꝓhibetur. Cū eñ pagani ꝓpter ſi
gnorū frequētiam viderent corpus eius plu
rimū venerari indignati in loculo plumbeo
poſitū in mare p̄cipitauerūt qō diuino nutu
ad inſulam p̄dictaʒ deuenit. Cū igit̃ ſarace
ni eius oſſa diſperſiſſent. illis recedētib⁹ ap
paruit apl̄us cuidā monacho dicēs. Surge
⁊ collige oſſa mea q̄ diſperſa ſunt. Cui ille.
Qua ratione oſſa tua colligere. aut aliqueʒ
tibi honorē exhibere debem⁹. cū nos deleri
ꝑmiſeris nec auxiliū nobis īpenderis Cui
ille. Per multū tp̄is meis merit꜏ dn̄s pp̄lo
huic pepcit. Sed eorū peccatis nimis inua
leſcentibus ⁊ vſq̄ʒ ad celū clamātibus iaʒ ꝓ
eis nō potui veniā obtinere. Sed cū mona
chus ſibi diceret quō inter tot aliorꝫ oſſa ſua
qūq̄ʒ inuenire poſſet ait. Nocte ad ea colli
genda ibis ⁊ ea q̄ vt ignē ſplendentia vide
ris ꝓtinus hec leuabis. qui oīa. vt dixerat i
ueniens apl̄i oſſa leuauit ⁊ ſuper quandā na
uem cōſcendens beneuentū q̄ eſt metropo
lis apulie ea trāſtulit. Nunc aūt dicit̃ ꝙ ſint
rome lʒ beneuētū ſe adhuc corp⁹ illud habe
re affirment. Cū quedā mulier vas plenuʒ
oleo attuliſſet. vt in lampadem beati bar
tholomei poneret̃. ꝙtūcūq̄ʒ vas ſup lampa
dem inclinarent nil ex eo exire valebat. cuʒ
tamen digitos in vas mitterent ⁊ oleū liqui

dum oīno palparēt. Tūc quidā exclamauit.
Puto ꝙ apoſtolo acceptū nō eſt vt hoc ole
um in ſuam lampadē infundatur. Quapro
pter in aliam lampadē infuderunt. ⁊ ꝓtin⁹
oleū emanauit ¶ Cū impator frideric⁹
beneuētū deſtrueret ⁊ oēs eccleſias q̄ ibidē
erant dirui mandaſſet ciuitatē totā ad aliū
locū transferri intendens vir quidaʒ quoſ
dam viros albatos ⁊ fulgētes inuenit. qui
ad inuicem loqui. ⁊ inter ſe aliqua tractare
videbantur. Qui cum vehemēter admirās
qui nam eſſent interrogaſſet vnus eorū re
ſpondit. Iſte eſt bartholomeus apoſtolus
cum ceteris ſanctis; quorum in hac vrbe ec
cleſie habebantur. Qui inſimul conuenerūt
vt inter ſe inquirerent. et tractarent quali
pena ille eſſet plectendus. qui eos de habi
taculis ſuis eiecit. Etiam inter eos inuiola
bili ſententia eſt firmatum. vt ille ſine mo
ra ad iudicium dei accedat de his omnibus
in eius iudicio reſponſurus. Poſt modicuʒ
vero tp̄us dictus impator mirabiliter vitaʒ
finiuit. Legitur in quodā libro de miraculis
ſanctorū ꝙ quidā magiſter feſtū ſancti bar
tholomei oī anno ſolēniter celebrabat. Cui
predicanti dyabolus in ſpecie cuiuſdā puel
le ad modū ſpecioſe apparuit quā iniectis i
eā oculis ad prandiū inuitauit. Qui dū i mē
ſa ꝯſiſterent illa in amorē ſuū multū eū alli
cere nitebat̃. btūs bartholomeus in ſpecie
peregrini p̄ forib⁹ aſſuit. ⁊ vt amore ſcti bar
tholomei introduceretur obnixius flagita
uit. Qua diſſuadente panis ei mittit̃. Sed
ille hūc accipere recuſauit. Rogauit tñ ma
giſtrū ꝑ nunciū. vt ſibi diceret. qui magis in
hoīe eſſe ꝓpriū putaret. Cui cū ille diceret
riſibile. puella r̄ndit. Immo peccatū cū quo
homo concipitur naſcit̃ atq̄ʒ viuit. Cui bar
tholomeus reſpondit. ꝙ ille bene intulit. ſʒ
mulier ꝓfundius indagauit. Secūdo dict⁹
peregrinus magiſtro miſit vt ſibi diceret q̇s
locus vnius pedis eſſet; vbi de⁹ in terra ma
iora miracula oſtendiſſet. Cui cum ille dice
ret locus crucis. In quo de⁹ mirabilia ope
ratus eſt. Illa ait. Immo caput hominis in
quo quaſi minor mundus exiſtit. Utrorum
q̄ʒ ſententiam apoſtolus approbauit. Ter

tio inquiſiuit quãta diſtantia eſſet a ſummo celi vſq ad ꝓfundũ inferni. Cui cum magiſter ſe neſcire diceret illa ait. Modo video ꝙ precipitor. Sed ego hoc noui quia de altero ad alterum decidi. ꝛ oportet ꝙ hoc tibi oſtendam. Tunc diabolus cũ magno eiulatu ſe in abiſſuȝ precipitauit. Et dũ quererẽt peregrinum minime inuenerũt. Simile fere legitur de beato andrea. ¶ Beatus autem ambroſius in pfatione quã fecit de illo apoſtolo eius legendaȝ abbreuiãs ita dicit. Diſcipulis chriſte tuis vnica diuinitate predicantibus trinitatẽ tuã mundo mirabiliter dignatus es oſtendere maieſtateȝ. Inter quos beatiſſimũ bartholomeuȝ magna virtutum prerogatiua colendũ benigna tui ꝓſpectio ad populũ direxit longinquũ quem licet penitus humana cõuerſatione remotũ tibi tamen predicationis augmento meruit cõſignare vicinũ. O q̃ntis preconijs apoſtolum mirabilẽ celebrãdũ cui dũ ad ſeminãdũ fideȝ proximoꝝ corda nõ ſufficerent populorum alatis quaſi veſtigijs extremos terrarũ fines penetrauit iudeoꝝ. Cum languentiuȝ innumera caterua tẽplũ ingreſſu demoniacum effecit illico vt nullum cultorib᷒ demon preberet reſponſum. O ꝙ mira virtutũ ipſi᷒ inſignia dũ humana voce verboſantem contra ſe aduerſarium ſolo iuſſu laceratis diutiſſime viris redidit mutũ regina diabolica contagione lunaticã liberauit puellãq ſolutis neruibus patri repreſentauit ſaniſſimam O ꝙ ſublime ſanctitatis eius miraculuȝ dũ antiquũ humani generis inimicuȝ ſuũ fecit in nihilũ redigere ſimulachrũ. O ꝙ digne exercitui numerãdus celeſti. cuius vt miraculis fidem cõmodaret certiſſimã angelus apparuit ſuperna delapſus ab aula. Is igit̃ cathenatũ demonẽ cunctis oſtẽtans deformẽ ſalutiferã ſaxo dñicã impreſſerat crucẽ. Rex reginaq ſimul baptizant̃ cũ gente vrbiũq xij. accolete deũ patrẽ corpe ſequũtur ꝛ mente. Ad extremũ vero tẽploꝝ delatu pontificũ neofici polemij frater tyrãn᷒ beatũ apoſtolum oĩmode in fide cõſtantẽ. ceſum atq excoriatũ acerrimã fecit ſuſcipe mortem. Qui tante mortis viriliter preferendo diſcrimen glorioſi certaminis ad celeſte gaudiũ reportauit triũphũ. Huc vſq ambroſius. Beat᷒ autẽ theodorus abbas ꝛ doctor precipu᷒ de hoc apoſtolo inter cetera ſic ait. Apoſtolus dei bartholomeus primũ in licaonia predicauit. poſtmodũ in india. ad vltimũ in albana vrbe. ſcȝ maioris armenie vbi pmo excoriatus tãdẽ capite plexus ibidẽ ſepultus eſt. Qui dum ad predicandũ mitteret̃ a dño. vt opinor audiuit. Uade diſcipule me᷒ ad predicandũ exi ad pugnandũ. capax eſto piculorum. ego paternũ opus ꝯſummaui primus teſtis factus. Uas qð neceſſariuȝ eſt imple. Imitare magiſtrum tuũ. emulare dñm tuũ. Sanguinẽ ſanguinibus pone. carnem carnibus trade que pro te paſſus ſuſtinui patere. Arma ſint tibi benignitas in ſudoribus mãſuetudo inter maleficos. patiẽtia in his qui perimunt. Non refutauit apoſtolus ſed vt famulus fidei dñico acquieſcens pcepto pgit gaudens tanꝙ lux mũdi vt tenebroſos illuminaret: tanꝙ ſal terre vt gentes inſipidas ſaliret tãꝙ agricola vt ſpirituale agriculturaȝ perficeret. Petrus quoq apls docet nationes. ſed bartholomeus ꝯſequẽter paria inueſtigat. Petrus operatur ꝓdigia magna: ſed bartholomeus facit mirabilia valida. Petrus capite deorſum crucifigit̃. Bartholomeus poſtꝙ viuus excoriatus eſt capite plectit̃. Ad quot valet petrus capeſcenda miſteria. ad tot bartholomeus ſufficit penetranda equaliter fecundat eccleſiã equa lance habuit ꝛ cetera diuina chariſmata. Hic ex diuino duodenario numero medi᷒ extra q parte ſonũ ſermocinatiõis dat ſicut in cythara aromaniã. Oẽs apoſtoli vniuerſitatẽ ſibi diſpartiẽtes pretores regis regñ cõſtituti ſunt. Huic autẽ eſt ſors ꝛ portio armenie locus qui eſt ab eulath. vſq ad gabaoth diſtributa. Igit̃ vnde cũ lingue aratro rõnabilia rura ſulcantẽ. fidei verbũ in ꝓfundo cordis recõdẽte in paradiſos ꝛ vineas dñi plantantẽ ſingulis paſſionũ remedia medicinaliter inſerentem. ſpinas inutiles euellentem. ſiluas ipietat̃ ſecare. ſepes dogmaticas circũponere. Sȝ quales mercedes creatori obtulerũt. vtiq p honore inhonorãtiã pro bñ-



dictiõe maledictionẽ. ꝓ muneribus penas pro requieſcibili vital̃ amariſſimam morteȝ Nã poſtꝙ intollerabilia tormenta ſubijt ab eis decoriat᷒ in morẽ follis fuit. Nec poſtꝙ migrauit ab hoc mundo neglexit occiſores. ſed inuitabat miraculis perditos ꝛ ꝓdigijs admittebat aduerſos: ſed beſtialẽ mentẽ nil erat qð cõpeſceret nil qð a malo retraheret. Quid decetero faciunt. Inſaniunt contra illud ſacrum corpus. Reſpuũt egroti medentem. orbati manducẽtẽ. ceci ductorem. naufragi gubernatorẽ. mortui viuificatoreȝ. Et hec quõ. Proijciũt naq in pellagus corpus ſanctũ. ¶ Nota eſt igitur cuȝ impetu de regionibus armanie archa cum quattuor aliorum martiruȝ archis que ſimiliter dum ſigna operarẽtur cũ ea fuerãt in mare proiecte. ꝛ p tãtũ ſpaciũ maris quattuor his precedẽtibus ꝛ tanꝙ miſtris obſequiũ quodãmodo apoſtolo faciẽtibus. venerũt in partes ſicilie in inſulã que liparis nuncupatur ſicut epõ hoſtienſi qui tũc preſens erat reuelatum fuit. Uenit ad paupperculã theſauros ditiſſimus. Uenit ad ignobilẽ pcioſiſſimã margarita. Uenit ad meſtã ſplendidiſſimum luminare. Alijs igit̃ quattuor ad diuerſas terras euntibus ſanctũ apoſtolũ in dicta inſula reliquerunt. Etenim predictos quattuor martires apoſtol᷒ relinquẽs retrorſum vnũ ſ. papinũ in ciuitatẽ ſicilie miliaſaliũ vero lucianũ noĩe meſſinã trãſmiſit. reliquos vero duos in calabritidẽ terrã direxit. gregoriuȝ quidẽ in ciuitatẽ calõniã. achatiũ aũt in ciuitatem que chale vocatur qui vſq hodie ſuffragijs ſuis ſplendẽt. Suſceptus eſt igit̃ cũ multis hymnis laudibus ꝛ candelis ꝛ tẽplũ ſibi magnifice fabricat̃. mons autẽ vulcan᷒ inſule cõtiguus cum habitatoribus eſſȝ nocinus. eo ꝙ ignẽ emittebat. quaſi per ſtadia ſeptem ſe viſibiliter elongauit circa mare ſuſpenſus. ita vt vſq hodie appareat videntibus quaſi figuratio fugientis ignis. nũc igitur aue o beate beatoꝝ ter beate bartholomee. qui es diuine lucis ſplẽdor. ſancte eccleſie piſcator rationabiliuȝ piſciũ periture captura dulcis fructus viuide palmitis vulnerator diaboli mũduȝ ſuo latrocinio vulnerãtis. gaudeas ſol orbis terre cũcta illuminãs os dei lingua ignita ſapientiaȝ ꝓmẽs. fons iugiter ſanitates emanẽs qui mare meabilibus greſſibus ſanctificaſti qui terrã purpuream tuo cruore feciſti: qui ad celos cõmeaſti. vbi in medio diuine acici refulgẽs in ſplẽdore imarceſſibilis glorie ſplendes in exultatõe iocũditatis inſatiabilis gaudes. Hec theodorus.

## ¶ De ſancto auguſtino. cxix

Auguſtinus hoc nomẽ ſortitus eſt vel propter excellentiã dignitatis. vel ꝓpter feruorẽ dilectiõis. vel ꝓpter ethimologiã nois. Propter excellẽtiã dignitat̃ qm̃ ſicut impator auguſtus pcellebat oẽs reges. ſic ꝛ iſte excellit omnes doctores ſm ꝙ dicit remigi᷒. Uñ alij doctores cõpant̃ ſtellis Dan. xij. Qui ad iuſticiã erudiũt multos q̃ſi ſtelle ꝛc. Hic aũt cõpat̃ ſoli ſicut pȝ in epl'a q de eo cantat̃. Quaſi ſol fulgẽs: ſic ipſe refulſit in tẽplo dei. Scðo ꝓpter feruorẽ dilectionis qm̃ ſicut mẽſis auguſt᷒ valde feruet eſtu caloris. ſic ꝛ ipſe valde incaluit igne diuini amoris. Uñ ipſe in libro ꝯfeſſionuȝ de ſe ſic dicit. Sagittaueras tu cor meum charitate tua ꝛc. Itẽ ibidẽ. Aliqñ intromittis me in affectũ multũ inuſitatũ introrſus neſcio ad quã dulcedinẽ que ſi pficiat̃ in me neſcio qd erit ſi vita eterna nõ erit. Tertio ꝓpter ethimologiam nois. Dicit̃ eñ auguſtin᷒ ab augeo ꝛ aſtim. qð eſt ciuitas ꝛ ana qð eſt ſurſum. Inde auguſtus quaſi augẽs ſupernã ciuitateȝ Uñ de eo cantatur. Quã preualuit amplificare ciuitatẽ ꝛc. De qua ciuitate ipſe dicit in lib. xi. de ciuitate dei. Ineſt ciuitati dei ꝛ origo ꝛ informatio ꝛ beatitudo qm̃ ſi queratur vnde ſit: deus eã condidit. Si vnde ſapiens a deo illuminatur. Si vnde felix deo fruitur Subſiſtens modificat̃. cõtẽplãs illuſtratur inherens iocundat̃. Uidet ꝛ amat. In eternitate dei viget. In veritate dei lucet. in bonitate dei gaudet. Uel vt dicitur in gloſario Auguſtin᷒ dicitur magnificus felix preclar᷒ Fuit enim magnificus in vita. preclarus in doctrina felix in gloria. Eius vitam cõpila-

uit poſſidonius calmēſis ep̄s vt dicit caſſio-
dorus in libro de viris illuſtribus. A

Auguſtin⁹ doctor egre
gius in ꝓuincia affricana ciuita
te carthagineſi ortus ex honeſtꝭ
valde parētibus.ſ.patricio ma-
tre monica genitus: in liberalibus artibus
ſufficienter edoctus fuit. adeo vt ſummus
ph̄s rhetor luculētiſſimus haberetur. nā li
bros ariſtotelis ⁊ oēs libros liberaliū artiū
quoſcūq; legere potuit per ſe didicit ⁊ intel-
lexit: ſicut ipſe in lib. confeſ. teſtatur dicens.
Omnes libros artiū quas liberales vocant
tūc nequiſſimus malarū cupiditatū ſeruus
per meipſum legi. ⁊ intellexi quoſcūq; lege-
re potui. Item in codē q̄cquid eſt de arte lo-
quēdi ⁊ diſſerēdi. quicquid de dimēſionibus
figurarū ⁊ de muſicis ⁊ de numeris ſine ma
gna difficultate nullo hominū tradēte intel
lexi. Scis tu dn̄e meus q꞉ celeritas intelli-
gendi ⁊ diſcēdi acumē donū tuū eſt. Sed nō
inde ſacrificabam tibi. Verū quia ſcientia ſi
ne charitate nō edificat ſed inflat in errorē
manicheorꝝ qui xp̄m fantaſticū fuiſſe affir
mant: ⁊ carnis reſurrectionē negāt incidit ⁊
in eo per annos nouē dum adhuc adoleſcēs
eſſet ꝑmanſit. Ad has etiā nugas adductus
eſt vt arborē ficꝰ plorare diceret. cum ab ea
foliū vel ficus tolleret. Cū igr̄ eſſet annorū
xix. ⁊ quendā librū cuiuſdā ph̄i.ſ. ciceronis in
quo vanitas mūdi ↄtemnēda ⁊ philoſophia
petenda docebat ꝑlegeret ⁊ hoc quidē liber
plurimū placuit. ſed q꞉ nomen ieſu xp̄i qđ a
matre imbiberat: ibi non erat dolere cepit.
Mater vero eius ꝓ eo plurimum flebat et
ip̄m ad vnitatē fidei reducere ſatagebat qua
dam igr̄ vice vt legitur in libro. iij. confeſ. vi
dit ſe ſtare in quadā linea lignea: ⁊ triſtem
⁊ quidā ei iuuenis aſtitit. ⁊ cām tāte triſtitie
requiſiuit. Que cum diceret perditionem fi
lij mei deploro. Ille reſpondit. Eſto ſecura
q꞉ vbi tu: ibi ille. Et ecce cōtinuo filiū ſuū in
xta ſe ſtare vidit. Hoc cū auguſtino retuliſſ;
ille ait. Falleris mater falleris nec ſic tibi di
ctū eſt. Sed vbi ego ibi tu. Econtra illa dice
bat. Non fili mihi dictū eſt vbi ille ibi tu. ſed
vbi tu ibi ille. Rogabat igitur ſedula mater
quaſi importuna quēdā ep̄m ſicut in eodē li.
cōfeſ. augu. teſtat̄ vt ꝓ filio ſuo intercedere
dignaret̄. qui tanta quodāmodo importuni-
tate deuictus ꝓphetica voce reſpōdit. Vade
ſecura q꞉ impoſſibile eſt vt fili⁹ tātarꝫ lachri-
marū pereat. Cum autem apud carthaginē
multis annis rhetoricā docuiſſ; occulte ma
tre neſciente romam venit ⁊ ibidem multos
diſcipulos congregauit. Cum enim mater
vſq; ad portum eum ſecuta fuiſſet. vt aut eū
retraheret. aut ſecū iret ipſe eam decipiēs
nocte latenter receſſit. qđ illa mane conſide
rans aures dei clamoribus implebat. quolꝫ
autem die mane ⁊ veſpere ad eccleſiam ibat
⁊ pro filio orabat. His temporibus medio-
laneñ. a ſimacho ꝑfecto romanorū petierūt
ſibi doctorē in rhetorica deſtinari. Preſtola
batur tunc ibi vir dei Ambroſius ⁊ ad pre-
ces mediolanenſiū illuc mitti Auguſtinus
mater autem eius quieſcere non valens
cum multa difficultate ad eum venit ⁊ ipſū
iam nec vere manicheū nec vere catholicū
reperit. Cepit autem auguſtinus beato am
broſio adherere ⁊ eius predicatiōes frequē-
ter audire. Erat autem valde in predicatio-
ne ſuſpenſus ne quid contra ip̄am maniche
orum hereſim vel pro ipſa diceretur. Quadā
enim vice contra illum errorem ambroſius
diutius diſputauit ⁊ ipſum apertis rōnibus
⁊ auctoritatibus confutauit: ita. vt error ille
a corde auguſtini penitus pelleretur. B
Quid autē poſt hoc ſibi cōtigerit: ipſe in libro
cōfeſ. narrat dicens. Cū te primū cognoui
reuerberaſti infirmitatem aſpectus mei. ra
dians in me vehementer. Et cōtremui amo
re ⁊ horrore ⁊ inueni me longe eſſe a te in re
gione diſſimilitudinis tanq̄ audirem vocē
tuam de excelſo. Cibus ſum gaudiū. creſce
⁊ māducabis me. Nec tu me mutabis in te
ſicut cibū carnis tue: ſed tu mutaberꝭ in me
Cū aūt ſicut ibidē refert via xp̄i ſibi placeret
ſed per iſtam anguſtā adhuc ire pigeret im-
miſit dn̄s in mentē eius vt ad ſimplicianū in
quo lucebat lux diuina. ſcꝫ gratia pergeret.
vt ſibi aeſtus ſuos ſecū cōferenti proferret
quis eſſet aptus mod⁹ viuēdi ad ambulādū



in via dei in qua ali⁹ ſic ali⁹ ſic ibat. Diſplice-
bat aūt ei quicquid agebat in ſeculo pre dul
cedine dei ⁊ decore domus eius quā dilexit
Simplicianus autem cepit cū hortari ipſe
quoq; cepit ſeipſum hortari ⁊ dicere. Quod
pueri ⁊ puelle intra eccleſiā deo ſeruiūt. ⁊ tu
nō poteris qđ iſti ⁊ iſte. An vero iſti ⁊ iſte in
ſeipis poſſunt ⁊ nō in deo ſuo. q̇d in te ſtas ⁊
nō ſtas ꝓiice te in eum ⁊ excipiet te ⁊ ſalua-
bit te. Inter horū colloquia memoria victo-
rini i mediū venit. Unde exhilaratus ſimpli
cianus narrat qualiter idē adhuc gentilis
ob ſui ſapientiā rome qđ maximū tunc erat
ſtatuā in foro meruiſſet. ⁊ qualiter ſe ſepius
xp̄ianū dicebat. Cui cū ſimplicianus diceret
non credo. niſi te in eccleſia videro. Ille iocā
do dicebat. Nunquid parietes faciūt homi-
nem chriſtianum. Tandē dum ad eccleſiam
veniſſet ⁊ ei tanq̄ verecūdo occulte liber vbi
erat ſimbolum fidei ad legendum ⁊ ꝓnūciā
dum vt tunc moris erat datus fuiſſet. ille in
altū aſcendit. ⁊ alta voce ꝓnūciauit: mirāte
roma gaudente eccleſia. Oēs aūt ſubito per
ſtrepuerūt. victorinus victorinus cito ſonue
runt ⁊ cito ſiluerūt. Tūc etiā ab affrica q̇dā
amicus auguſtini noīe poncianus ſuꝑuenit
⁊ vitā ⁊ miracula illius magni anthonij q̇ nu
per in egypto ſub ↄſtātino ip̄atore defunct⁹
fuerat recitauit. Horꝫ exēplis auguſtin⁹ ve-
hemēter exarſit. ita q̄ ſociū ſuū alipiū tā vul
tu q̄ mēte turbatus inuaſit. ⁊ fortiter excla-
mauit. Quid patimur. quid audimus. Sur-
gunt idocti ⁊ celū rapiūt. ⁊ nos cū doctrinis
noſtris in infernū demergimur. An q꞉ ꝓceſ-
ſerūt pudet ſequi ⁊ nō pudet nec ſaltē ſequi.
Et accurrēs in quendā ortū ſub quadā vicu
ſe ꝓiecit vt in eodē libro ↄfeſſionū cōmemo
rat ⁊ amariſſime flēs. lamētabiles voces da
bat dicēs. Quādiu q̄diu cras ⁊ cras ſine mo
do ſine paululū. Modo nō habebat modū ⁊
ſine paululum prodibat in longinquum. De
hac ſui tarditate plurimū cōquerebat̄. ſicut
poſtmodū in eodē libro ſcripſit. Heu mihi
q̄ excelſus es in excelſis. ⁊ q̄ profundus in
ꝓfundis ⁊ nuſq̄ recedis ⁊ vix recedimus ad
te. Age dn̄e ⁊ fac et excita ⁊ reuoca nos. Ac-
cede ⁊ rape ⁊ fragra ⁊ dulceſce. Impedimē-
tis omnibus ſic timebam expediri quemad
modū impediri timēdū eſt. Sero te amaui
pulchritudo tam antiqua ⁊ tam noua ſero te
amaui. Intus eras ⁊ ego foris. ⁊ ibi te que-
rebā. ⁊ in iſta formoſa que feciſti deformis
irruebam. mecum eras ⁊ tecum non eram.
Vocaſti ⁊ clamaſti ⁊ rupiſti ſurditatem meā
Coruſcaſti ⁊ ſplenduiſti ⁊ fugaſti cecitatem
meam. fragraſti ⁊ duxiſti ſpiritum meum ⁊
anhelo tibi. Guſtaui ⁊ eſurio ⁊ ſitio te. Te-
tigiſti me ⁊ exarci in pacem tuam. Cum au
tem amariſſime fleret audiuit vocem dicen
tem ſibi. tolle lege tolle lege. Aperuitq; ſta-
tim codicē apoſtolicū ⁊ coniectis oculis ad
primum capitulū legit. Induimini dn̄m ihe
ſum xp̄m. ⁊ ſtatim oēs ab eo dubietatis tene
bre diffugerunt. C Interim autē tam
vehemētiſſimo dentium dolore torqueri ce-
pit. vt vere ſicut ipſe ait ad credendū opinio-
ni cornelij philoſophi duceretur. qui ſummū
bonū anime in ſapientia. ſummū vero bonū
corporis in nullū ſentiendo dolorē poſuerat
Tam vehemēs autē ille dolor fuit. q̄ etiam
loquelam amiſit. Quocirca vt in libro ↄfeſ.
refert in tabulis cereis ſcripſit vt oēs pro eo
orarēt. vt dolorē illū domin⁹ mitigaret. Ipſe
igitur cū alijs genua flexit. ⁊ ſubito ſanū ſe
ſenſit. Inſinuauit ergo ꝑ litteras ſancto vi-
ro ambroſio ſuū votum vt moneret quid ſibi
de libris ſanctis legendum eſſet quo aptior
fieret fidei chriſtiane. At ipſe iuſſit eſaiam
ꝓphetā eo q̄ euangelij ⁊ vocationis gentiū
prenūciator aptior videat̄. Cuius principiū
cū auguſtinus nō intelligeret totū aliud ta
le eſſe arbitrās diſtulit vt illud relegeret cū
in ſcripturis ſacris magis exercitatus eſſet
Adueniente vero paſcali tempore auguſti-
nus cum eſſet annorū. xxx. cū filio ſuo adeo-
dato puero valde ingenioſo quē auguſtin⁹
in ſua adoleſcentia dū adhuc gentilis: ⁊ phi
loſophus eſſet genuerat. necnon ⁊ cum alip
pio amico ſuo meritis matris ⁊ predicatiōe
ambroſij ſacrum baptiſma ſuſcepit. Tunc ſi
cut fertur ambroſius. Te deū laudemus in
quit. ⁊ auguſtinus. te dn̄m confitemur. rn̄dit
⁊ ſic tunc ipſi duo hunc hymnū alternatim
compoſuerunt. ⁊ vſq; in finem decantaue-

runt. Sicut etiā teſtatur honorius in libro
ſuo qui dicitur ſpeculū eccleſie. In aliquib'
aūt libris antiquis titulus talis preponitur
Canticū ab ambroſio ⁊ auguſtino cōpilatū
Protinus autē ī fide catholica mirabiliter
confirmat̄ ſpem oēm quā habebat in ſeculo
dereliquit ⁊ ſcolis quas regebat abrenūcia
uit. Quāta aūt dulcedine diuini amoris ex-
tunc frueret̄ ipe hoc in libro cōfeſ. aperit di
cens. Sagittaueras tu cor meū charitate
tua. ⁊ geſtabā verba tua tranſfixa in viſceri
bus meis ⁊ exēpla ſeruorū tuorū quos de ni
gris lucidos ⁊ de mortuis viuos feceras cō
geſta in ſignū cogitationis me vrebāt ⁊ con
ſummebāt graue torporē ⁊ aſcēdenti a con-
ualle plorationis ⁊ cantanti canticū graduū
dederas ſagittas acutas ⁊ carbones vaſta-
tores. nec ſatiabar in illis diebus dulcedine
mirabili cōſiderare altitudinē diuini cōſilij
ſup ſalutē generis humani. quātum fleui in
hymnis ⁊ canticis tuis ſuaue ſonātis eccle
ſie vocib' cōmot' acriter voces ille īfluebāt
auribus meis. ⁊ eliquabat̄ ꝟitas tua in cor
meū. ⁊ currebāt lachrime ⁊ bn̄ mihi erat cū
eis. Tūc em̄ in eccleſia mediolanēſi hec can
tica inſtituta ſunt. Et clamabā clamore al-
to cordis mei. O in pace. O in idipiſum. O
qui dixit dormiā ⁊ requieſcā ⁊ ſomnū capiā.
Tu es em̄ in id ipm qui nō mutaris. ⁊ in te
reqes obliuiſcēs laboꝝ oīm. Legebā totū
pſalmū illū ⁊ ardebā q̇ fuerā latrator amar'
⁊ cecus aduerſus litteras de melle celi mel
leas ⁊ de lumine tue lumīoſas ⁊ ſup ſcriptu
ras hmōi tabeſcebam. Chriſte ieſu adiutor
meus q̄ ſuaue mihi ſubito eſt factū carere
ſuauitatibus nugarū mearū ⁊ quas amitte
re met' fuerat iam dimittere gaudiū erat.
Eijciebas em̄ eas a me vera tu ⁊ ſumma ſua
uitas. Eijciebas ⁊ intrabas ꝓ eis omi volu
ptate dulcior. ſed nō carni ⁊ ſanguini oī lu-
ce clarior. ſed oī ſecreto interior. oī honore
ſublimior. ſ; nō ſublimib' in ſe. ¶ Poſt
hoc aſſumpt' nebrodio ⁊ euodio ⁊ matre ad
africā remeabat. Sed cū eſſent apd hoſtia
tiberina pia mater eius defuncta eſt. Poſt
cuius mortē reuerſus eſt auguſtinus ad a
gros ꝓprios: vbi cū his qui ſibi adherebant
ieiunijs ⁊ orōnibus deo vacabat. libros ſcri
bebat. ⁊ indoctos docebat. Fama aūt eius
vbiqȝ diffundebatur. ⁊ in oībus libris ſuis ⁊
actibus admirabilis habebat̄. Refugiebat
autē ad aliquā ciuitatē accedere q̄ epiſcopo
careret. ne ipſū in predicto officio impedi-
re contingeret. Eodem tempore apud ypo-
nem erat quidā vir magnarum opum qui
auguſtino miſit q̄ ſi ad eum accederet: ⁊ ver
bū ex ore ſuo audiret ſeculo renūciare poſ
ſet. quod auguſtinus vbi comperit illuc con
citus iuit. Audiens autē valerius yponēſis
epiſcopus famā eius ipſum plurimū renitē
tem in eccleſia ſua presbiterū ordinauit. nō
nullis quidē lachrimas ſuas ſuperbe inter
pretantibus ⁊ tanq̄ eū conſolantibus ⁊ di
centibus. quia ⁊ locus presbiterij licet ipſe
maiori dignus eſſet appropinquaret tamē
epiſcopatui. Qui ſtatim monaſteriū clerico
rum inſtituit ⁊ cepit viuere ſm regulā a ſan
ctis apoſtolis conſtitutam. De cuius mona
ſterio fere decē epiſcopi ſunt electi. Et quia
p̄dict' epiſcopus erat grecus ⁊ minus in la
tina lingua ⁊ litteris doctus. auguſtino po-
teſtatem tribuit. vt contra morē orientalis
eccleſie coram ſe in eccleſia predicaret. Un
de cū multi epiſcopo derogarent ille de hoc
non curabat dummodo per eū fieret quod
per ſe fieri nō valebat. Eo tempore fortuna
tum presbiterū manicheum ⁊ alios hereti
cos precipue rebaptizatores donatiſtas et
manicheos conuicit abſtulit ⁊ confutauit.
Cepit autē valerius formidare ne ſibi augu
ſtinus tolleretur ⁊ ab alia ciuitate in epiſco
pum peteretur. Nam ſibi aliquādo ablatus
fuiſſet niſi eum ad locū ſecretū tranſmitte-
re curaſſet. ita vt inueniri minime potuiſſet
Impetrauit igitur ab archiepiſcopo cartha
ginenſi. vt ipſe cederet ⁊ auguſtinum yponē
ſi eccleſie in epiſcopum promoueret. Sȝ cū
hoc auguſtinus omnimode recuſaret com
pulſus tamen ⁊ coactus ſuccubuit ⁊ epiſco-
patus curam ſuſcepit. Quod in ſe fieri non
debuiſſe vt ſuo viuente epiſcopo ordinaret̄
poſtea ⁊ dixit ⁊ ſcripſit propter conſilij vni-
uerſalis prohibitionē quā poſtmodum ordi
natus didicit. Nec quod ſibi factū eſſe do-



luit alijs fieri voluit. Unde etiā ſategit vt in
cōſilijs epoꝝ cōſtitueretur vt oīa ſtatuta pa-
trum ordināndis deberēt ab ordinatorib' in-
timari. Ipſe aūt de ſe dixiſſe poſtmodū legi
tur. In nulla re mihi dn̄m ſentio ſic iratū ſi
cut in hoc q̄ cū nō eſſem dignus poni ad re-
mum poſuit me ad ampluſtre in apice regi-
minis eccl'ie. Ueſtimēta eius ⁊ calciamenta
⁊ ornamēta alia nec nitida nimiū. nec abie-
cta plurimū. Sed ex moderato ⁊ competēti
habitu erāt. Ipſe em̄ de ſe dixiſſe legit̄. Fate
or de p̄cioſa veſte erubeſco. ⁊ iō cū datur mi
hi vendo eā vt qr veſtis nō pōt eſſe cōis pre-
cium ſit cōe. Menſa frugali ⁊ parca ſemper
vſus eſt ⁊ inter olera ⁊ legumina ꝓpter infir
mos ⁊ hoſpites plerūqȝ carnes habebat. In
ipſa autē menſa magis lectionē vel diſputa
tionē q̄ epulationē diligebat. ⁊ contra peſtē
detractionis in ea ſic ſcriptū habebat. Quiſ
quis amat dictis abſentū rodere vitā. Hāc
mēſam indignā nouerit eſſe ſibi. Nā ⁊ aliqn̄
cum quidā ſibi familiariſſimi coep̄i ad detra
ctionem linguam laxaſſent. adeo dure eos
redarguit vt diceret q̄ niſi deſiſterēt aut ver
ſus ip̄os deleret aut a mēſa recederet. Qua
dam vice cū quoſdā ſuos familiares ad prā-
diū inuitaſſet vnus illoꝝ curioſior ceteris co
quinā ingreſſus eſt. Cūqȝ oīa frigida repiſ-
ſet. reuerſus ad auguſtinū iterrogauit quid
ciboꝝ ipe prāſurus paterfamilias preparaſ
ſet. Cui auguſtinus nequaq̄ talium epula-
rum curioſus rn̄dit. Et ego vobiſcū neſcio.
¶ Tria a beato ambroſio ſe didiciſſe ait.
Primum eſt q̄ vxorē cuiq̄ nunq̄ peteret.
Secundum q̄ militare volētem ad hoc non
cōmendaret. Tertiū q̄ ad ꝯuiuia inuitatus
non iret. Cauſa primi eſt ne illi inter ſe non
cōueniant ⁊ ſibi maledicāt. Cauſa ſecūdi eſt
ne militantes calūniā exerceant ⁊ in eū alij
culpā refundant. Cauſa tertij eſt ne forte tē
perantie modū perdat. Tante aūt puritatis
⁊ humilitatis fuit vt ipſa etiā minima pecca
ta que apud nos nulla vel minima reputant̄
in libro ꝯfeſſionū. cōfiteat̄ ⁊ de his corā deo
humiliter ſe accuſet. Nā ibidē accuſat ſe de
eo q̄ cū puer eſſet ludebat ad pilā dū ad ſco-
las ire deberet. Item de eo q̄ nolebat lege-
re vel addiſcere niſi a parentibus vel magi-
ſtro vrgeret̄. Itē de eo q̄ fabulas poetarum
ſicut fabulā enee cum adhuc eſſet puer libē-
ter legebat ⁊ dydone mortuā propter amo
rem plorabat. Item de hoc q̄ de cellario pa
rentum vel menſa aliquid furabatur. vt pue
ris ludētibus daret. Item de eo quod in lu-
do pueroꝝ fraudulētas victorias exercebat
Item de eo qd̄ pira de quadā arbore vicina
vinee ſue cū adhuc eſſet annoꝝ ſexdecim fu
ratus fuit. In eodē qȝ libro accuſat ſe de ip̄a
modica delectatione quā aliqn̄ in comeden-
do ſentiebat dicēs. Sic me docuiſti: vt quē-
admodū medicamēta: ſic alimēta ſumptur'
accedā. Sed dū ad quietē ſatietatis ex indi
gentie moleſtia trāſeor in ipſo tranſitu inſi-
diatur mihi laqueus concupiſcentie. ip̄e em̄
tranſitus voluptas eſt ⁊ nō eſt alius quo trā
ſeat̄: quo trāſire cogit neceſſitas. Et cum ſa-
lus ſit cā edēdi ⁊ bibendi adiūgit. ſe tanq̄ pe
diſſequa periculoſa iocūditas ⁊ plerūqȝ pre-
ire conat̄ vt ei' cā fiat qd̄ ſalutis cā me fa-
cere vel dico vel volo. Ebrietas longe eſt a
me miſereberiſ ne appropinquat mihi. Cra-
pula aūt nōnūq̄ ſubrepit ſeruo tuo. miſere-
beris vt longe fiat a me. Et quis eſt dn̄e qui
nō aliquādo rapiat̄ aliquātulū extra metas
neceſſitatis. Quiſquis ille eſt magnus pro-
fecto eſt. Magnificet nomē tuum. Ego nō
ſum qui hō peccator ſum. Habebat etiā ſe
ſuſpectū de olfactu dicens. De illecebra odo
rum nō ſatago nimis cū abſunt nō requiro.
cū adſunt nō reſpuo. Paratus etiā eis ſem
per carere ita mihi videor ⁊ forſitan fallor.
Nemo em̄ ſecurus eſſe dȝ in iſta vita q̄ tota
temptatio nominatur. Unde qui fieri potu-
it ex deteriori melior. nō fiat ex meliori dete
rior. Iterū de auditu cōfitetur dicens. Volu
ptates auriū tenacius me implicauerant et
ſubiugauerant. ſed reſoluiſti ⁊ liberaſti me.
Cū mihi accidit vt me ampli' cantus q̄ res
que canit̄ moueat. penaliter me peccare cō-
fiteor ⁊ tūc mallē nō audire cantantē. Accu-
ſat etiā ſe de viſu: ſicut dr̄ eo q̄ aliquando ni
mis libenter vidit canē currentē. ⁊ de eo q̄
ꝑ agrū caſu trāſiens venationē libenter pro
ſpexit. ⁊ de eo q̄ domi exiſtēs araneas mu-

ſcas ſuis retbibus capientes nimis attente
cōſpexit. Jdeo autē de bis corā dño cōfitet:
vt ibidē dicit q2 aliquādo hec a bonis medi⸗
tationibus auertūt. ⁊ orōnes interrūpunt.
Accuſat etiā ſe de appetitu laudis ⁊ motu in
anis glorie dicens. Qui laudari ab homini⸗
bus vult vituperante te. non defendetur ab
hominibus iudicāte te. nec eripiet dominā⸗
te te. Laudatur hō ꝑpter aliquod donū quod
dediſti ei. ⁊ tñ plus gaudet ſe laudari ꝙ do⸗
num. Temptamur his tēptationibus quoti
die ſine ceſſatione quotidiana fornax nr̃a eſt
humana lingua. Uerūtamen nollent vt vel
augeret mihi gaudiū cuiuſlibꝫ boni mei ſuf
fragatio oris aliene. Sed auget fateor nō
ſolū ſed vitupatio minuit. Contriſtor aūt ali
quando laudibus meis cū ea laudant in me
in quibus mihi ipe diſpliceo vel etiam bona
minora vl' leuia pluris extimant ꝙ exiſtimā
da ſunt. F Hereticos vir iſte ſanctus
validiſſime ↄfutabat ita vt ipſi inter ſe publi
ce predicarēt peccatū nō eſſe interficere au⸗
guſtinū. quē tanꝙ lupū occidēdū dicebāt. et
occiſoribus omnia ſua peccata a deo dimit⸗
tenda aſſerebāt. Multas ab eis inſidias ꝑ⸗
tulit. ita vt ſibi aliquo pergēti in via inſidias
ponerēt. ſed dei ꝓuidētia itineris errore ſe⸗
ducuntur. vt inuenire eū non poſſent. Cum
pauperum ſemper memor erat. eiſqꝫ ex his
que habere poterat liberaliter exhibebat.
Nā ⁊ de vaſis dñicis ꝓpter paupes ⁊ capti⸗
uos aliquādo iubebat frāgi et cōflari ⁊ indi
gentibus diſpēſari. Domū vel agrū ſiue vil⸗
lam nunꝙ emere voluit. Multas etiā here
ditates ſibi dimiſſas reſpuit eo ꝙ mortuoꝝ
filijs vel ꝓpinquis potius ipſa deberi dice⸗
bat. Jn his quoqꝫ que in eccleſia poſſidebat
intentus amore vl' implicatus nō erat. ſꝫ die
ac nocte de ſcripturis ⁊ rebus diuinis cogi⸗
tabat. Fabricarū quoqꝫ nouarū nūꝙ ſtudiū
habuit. deuitans in eis implicationē ſui ani
mi quē ſemper liberū habere volebat ab om
ni moleſtia corporali vt libere vacare poſſet
cōtinue meditationi ⁊ aſſidue lectioni. Non
tamen illa edificare volentes ꝓhibebat niſi
forte immoderate fieri cōſpexiſſet. Lauda⸗
bat quoqꝫ plurimum illos quibus moriendi
deſiderium inerat ⁊ ſuper hoc trium epiſco⸗
poꝝ exēpla ſepi' recitabat. Ambroſi' enim
cum in extremis eſſet ⁊ rogaretur vt prolon
gationem vite ſibi precibus obtineret r̃ndit
Non ſic vixi vt me pudeat inter vos viuere
nec mori timeo. quoniam bonum habemus
dominū. Quod reſponſum auguſtinus mi⸗
rabiliter extollebat. addebat quoqꝫ de alio
epiſcopo cui dum diceretur eū eccleſie mul
tum neceſſarium fore. ⁊ ꝙ ideo adhuc eum
dominus liberaret ait. Si nunꝙ bene: ſi ali
quando: quare non modo. De alio quoqꝫ epi
ſcopo aiebat ciprianum referre ꝙ cum infir
mitate graui laboraret adhuc ſibi ſanitatē
reſtitui exorabat. Cui iuuenis ſpecioſus ap
parēs cū idignatōe ifremuit ⁊ ait. pati time
tis exire nō vult; q̇d faciā vobis. Feminarū
nullā vnꝙ. nec etiā germanā ſororē aut fra⸗
tris ſui filias q̄ deo pariter ſeruiebāt ſecum
habitare ꝑmiſit. Dicebat em̄ ꝙ ⁊ ſi de ſorore
vel nepotib' nulla mali poſſet oriri ſuſpicio
tñ q2 tales ꝑſone ſine alijs ſibi neceſſarijs eē
nō poſſent. ⁊ ad eas ēt alie aduētarēt ex illis
poſſent infirmiores aut humanis tēptatiōi
bus cōmoueri. aut certe malis hoīm ſuſpiti
onibus infamari. Nunꝙ cū muliere ſol' lo⸗
qui volebat niſi ſecretū aliqđ intereſſet. Cō⸗
ſanguineis ſic bñ fecit nō vt diuitias hērent
ſꝫ vt aut nō aut min' egerent. raro ꝓ aliquo
aut lr̃is aut verbis intercedere volebat: reco
lens quēdā pħm ↄtēplatōe fame amicis nō
multa p̄ſtitiſſe. Et ſepe dicebat plerūqꝫ po⸗
teſtas q̄ petit p̄mit. Cū aūt id faciebat ſic ſti
lum tempabat. vt oneroſus nō eſſet ſꝫ mere
tur vrbanitate dictaminis exaudiri. G
Uolebat poti' iter iguotos ꝙ inter amicos
cauſas audire dicens: quia inter illos pote⸗
rat libere iniquum cognoſcere: ⁊ vnū ex his
amicū eſſe facturus: ꝓ quo. ſ. iuſticia mediā⸗
te ſniam daret. Ex amicis vero eſſet vnum
perditurus. ſ. cōtra quē ꝓferret ſnia. A mul⸗
tis eccleſijs inuitabatur. ⁊ ibi verbū dñi pre⸗
dicabat ⁊ multos ab errore ↄuertebat. Ali⸗
quando a ꝓpoſito digreſſionē facere ↄſueue
rat in predicatione ⁊ tūc dicebat deū hoc ad
ꝓfectum ſalutis alicuius ordinaſſe ſicut in
quodaꝫ manicheoꝝ negociatore patuit. qui



in predicatione quadā auguſtini vbi ipſe di⸗
greſſionem faciēs contra hūc errorē predi⸗
cauerat conuerſus fuit. Eo tēpore dum go⸗
thi romā cepiſſent idolatre ⁊ infideles xp̄ia
nis plurimū inſultabāt. Propter qđ auguſti
nus librū de ciuitate dei cōpoſuit in quo iu
ſtos in hac vita debere premi impios autē
florere oſtēdit. Ubi de duplici ciuitate. ſ. hie
ruſalē ⁊ babilone ⁊ earum regibus ait: quia
rex hieruſalē chriſtus. rex babilonis diabo
lus. quas duas ciuitates vt ibidē dicit duo
amores ſibi fabricāt: quia ciuitatem diaboli
conſtruit amor ſui creſcēs vſqꝫ ad cōtemptū
dei: ciuitatē dei amor dei creſcēs vſqꝫ ad con
tēptū ſui. Jn diebus aūt ei' anno. ſcꝫ dñi qua
dringenteſimo quadrageſimo. vuandali to
tam affrice ꝓuinciā occupauerūt vaſtantes
oīa nec parcētes ſexui ordini vel etati. Poſt
hoc aūt ad iponēſem ciuitatē peruenerūt. et
ipſam manu valida obſederūt. Sub hac tri
bulatione auguſti. pre ceteris ſue ſenectut;
amariſſimā ⁊ lugubrē duxit vitaꝫ. Fuerūtqꝫ
ſibi lachrime ei' panes die ac nocte. cū alios
videret occiſos alios effugatos eccleſias ſa
cerdotib' viduatas ciuitates cū accolis diſ⸗
ſipatas. Jnter tot tamen mala cuiuſdā ſapi
entis ſnīa ſe cōſolabat dicētis. Nō erit ma⸗
gnus magnum putans quod cadunt ligna
vel lapides ⁊ moriūtur mortales. Cōuocat;
autē fratrib' dixit eis. Ecce rogaui dñm vt
aut nos ab his periculis eruat. aut patiētiā
tribuat. aut me de hac vita ſuſcipiat. ne tot
calamitates videre cōpellar. Ecce tertiū qđ
petiuit obtinuit. ⁊ tertiodecimo obſidionis
menſe febrib' laborās lecto decubuit. Jntel
ligens aūt diſſolutionē ſui corpis imminere
ſeptē pſalmos penitentiales ſibi ſcribi fecit
ipſoſqꝫ in loco cōtra parietē poſitos lecto de
cubās legebat. ⁊ vbertim ac iugiter lachrīas
fundebat. Et vt deo vacaret liberius ⁊ eius
intētio a nullo impediri poſſet. añ decē dies
ſui exitus nullum ad ſe ingredi precepit. niſi
cū medicus ingrederet vel cum ſibi refectio
portaretur. H Quidam autem eger
ad eum venit. ⁊ vt ſibi manum imponeret: ⁊
ab infirmitate curaret ipſuꝫ inſtanter roga
uit. Cui auguſtinus reſpōdit. Quid eſt hoc
fili qđ loqueris. Putas ꝙ ſi tale quid facere
poſſem mihi hoc ipſum nō conferrem. Jlle
autem inſtabat aſſerens ſibi in viſione prece
ptum eſſe vt ad eum accederet. ⁊ ſanitatem
reciperet. Uidens autem fidem eius ꝓ ipſo
orauit ⁊ ſanitatem recepit. Energumnos
multos curauit ⁊ plura alia miracula fecit.
Jn libro. viceſimoſecūdo de ciuitate dei duo
miracula. de ſe tanꝙ de quodā alio refert di
cens. yponēſem quandā virginē ſcio. q̄ cū ſe
oleo perūxiſſet: ⁊ ꝓ illa orans p̄ſbiter lachri⸗
mas ſuas inſtillauerat mox a demone fuiſſe
ſanatā. Jn eodē etiā libro ſic ait. Scio etiaꝫ
ep̄m ſemel pro adoleſcente que nō vidit oraſ
ſe. illūqꝫ ilico demonio caruiſſe. Nullū autē
dubiū videtur quin de ſe loquatur. ſed humi
litatis cauſa ſeip̄m noluit nominare. in eo⸗
deꝫ quoqꝫ libro de ciuitate dei ſic ait. ꝙ cum
quidam infirmus incidi deberet. ⁊ de eius
morte ob inciſionē plurimū timeretur: ⁊ in⸗
firmus multis lachrimis deū exoraret. cum
eo ⁊ ꝓ eo auguſtinus orauit ⁊ ſine inciſione
aliqua integrā ſanitatē recepit. Deniqꝫ diſ⸗
ſolutiōe corpis appropinquāte hoc memo⸗
riale docuit. nullū videlꝫ hoīeꝫ ꝗtūcunqꝫ ex
cellētis meriti ſine confeſſione ⁊ euchariſtia
debere trāſire. Ad extremā aūt horā veniēs
mēbris omnibus ſui corporis incolumis in
tegro aſpectu atqꝫ auditu anno etatis ſue
lxxvij. epiſcopatus vero ſui. xl. coram poſitis
fratribus ⁊ orātibus migrauit ad dñm. Te
ſtamētū nullū fecit. quia vnde faceret paup
xp̄i nō habuit. Floruit circa annos dñi. cccc.
J Jtaqꝫ auguſtin' ſapiētie lumē p̄fulgidū
ꝓpugnaculū veritatis ⁊ fidei munimētū oēs
eccl'ie doctores tā ingenio ꝙ ſcīa vicit. incō⸗
parabil'r florēs tā exēplis virtutū ꝙ affluen
tia doctrinarum. Unde ⁊ beatus remigius
hieronimum ⁊ quoſdam alios doctores cō⸗
memorās ſic concludit quos omnes docto⸗
res auguſtinus ingenio ⁊ ſcientia ſua vicit.
Nam licet hieronimus. vi. milia volumina
origenis ſe legiſſe fateat. iſte tamē tāta ſcri
pſit vt non ſolū diebus ac noctibus ſcribere
libros eius quis nō poſſit ſed nec legere qui
dem occurrat. Uoluſianus autē cui auguſti
nus epiſtolaꝫ ſcripſit. ſic de eo dicit. Legi dei

deeſt quicq̇d augu. ꝯtigerit ignorare. Hie-
ronimus ꝗꝫ in quadã epiſtola ſcribẽs augu
ſtino ait. Duob⁹ libellis tuis eruditiſſimis
⁊ omni eloquẽtie ſplẽdore fulgẽtib⁹ rñdere
nõ potui. certe q̇cq̇d dici potuit. ⁊ aſinũ ige-
nio ⁊ de ſcripturaꝝ hauriri fontib⁹ a te poſi
tum atq̷ diſertũ eſt. Sꝫ q̃ro reuerẽtiã tuaꝫ
parũper patiaris me tuũ laudare ingeniuꝫ
Hiero. etiã in libro de. xij. doctoribus ſic de
eo ſcribit augu. cꝑs volãs ꝑ montiũ cacumi
na quaſi aq̇la ⁊ ea q̃ ſunt in montiũ radicib⁹
nõ ꝯſiderans multa celoꝝ ſpacia. terrarũq̷
ſitus ⁊ aquarũ circulũ claro ſermone ꝓnun
ciat. Deniq̷ in q̃ta eũ reuerẽtia ⁊ dilectiõe
hieronim⁹ habuit. pꝫ in epiſtolis quas eidẽ
miſit. In quarũ vna ſic dicit. Dño ſancto ac
beatiſſimo pape auguſtino hiero. Omni q̇-
dem tp̄e beatitudinẽ tuã eo quo decet hono
re veneratus ſuꝫ ⁊ habitantẽ in te dilexi dñꝫ
ſaluatorẽ Sed nũc ſi fieri põt cumulo aliq̇d
addimus ⁊ plena cõplem⁹ vt abſq̷ nois tui
mentione ne vnã horã quidã preterire pati
amur. Idẽ in alia epiſtola ad eũdẽ. Abſit au
tem vt q̇cq̃ de libris beatitudinis tue attin
gere audeã. Sufficit em̃ mihi mea ꝓbare ⁊
aliena nõ rapere. Greg. ꝗꝫ in ep̄la ad inno-
centiũ africe p̃fectuꝫ de eius libris ſic ait. ꝙ
expoſitionẽ ſancti iob vobis trãſmitti volui
ſtis veſtro ſtudio ꝯgaudem⁹. Sed ſi delicio
ſo cupitis pabulo ſaginari bti aug. cõpatrio
te veſtri opuſcula legite ⁊ ad cõparationẽ il
lius ſimilaginis nr̃m furfurẽ non queritis.
Idẽ ꝗꝫ in regiſtro ſic ait. Legit̃ ꝙ btũs aug.
nec cũ ſorore ſua mea ſunt: ſorores mee nõ
ſunt. Docti ergo hitare ꝯſenſit dicẽs. Que
cũ ſorore viri cautela magna vobis deberet ſ
ſe inſtructio. In p̃fatione ꝗꝫ ambroſiana ſic
legitur. Magnificentiã tuã in mortificatio
ne auguſtini adoramus. tua in oĩbus operã
te virtute. vt nullis ꝓmiſſis blandimentoꝝ
fallatiuꝫ vir tuo ignitus ſpiritu vinceret̃. qꝛ
eum ita omni genere pietatis imbueras. vt
ipſe tibi ara ⁊ ſacrificiuꝫ ⁊ ſacerdos eſſet et
templũ. Beatus igitur ꝓſper i tertio libro
de vita ꝯtemplatiua: ſic de eo dicit. Sãctus
auguſtinus epiſcopus acer ingenio. Sua-
uis eloquio: ſecularis litterature perit⁹. In
eccleſiaſticis laborib⁹ operoſus. In quotidi
anis diſputatiõibus clarus. In omni ſua a-
ctione cõpoſitus. In queſtionibus ſoluẽdis
acutus. In cõuincendis hereticis circun-
ſpectus. in expoſitiõe fidei noſtre catholic⁹.
in explanãdis ſcripturis canonicis cautus
Bernardus ꝗꝫ ſic de eo ſcribit Auguſtinus
hic eſt validiſſimus malleus hereticorum.
K Poſt hoc aũt cũ barbara gẽs terrã illã
occupaſſet. ⁊ ſãcta loca ꝓphanaret. fideles
corpus auguſtini ceperũt. ⁊ ip̄m in ſardiniã
tranſtulerũt. Tranſactis aũt ab eius obitu
annis ducentiſoctuaginta circa annos dñi
Dccxviij. liprandus deuotus longobardoꝝ
rex audiẽs ſardiniam a ſarracenis depopu
lataꝫ. ſolẽnes illuc nũcios miſit vt doctoris
ſancti reliq̇as papiã deferrent. Qui magno
precio dato corpus ſancti auguſtini tulerũt
⁊ ip̄m vſq̷ ianuã deportauerũt. Qđ deuot⁹
rex audiens vſq̷ ad predictã ciuitatẽ cũ ma
gno gaudio eidẽ obuiauit ⁊ reuerẽter exce-
pit. Cũ autẽ mane vellent corpus deducere
nullo modo de loco moueri potuit. dõec rex
votũ emiſit. ꝙ ſi ſe ĩde duci ꝑmitteret. ibidẽ
in ſuo nomine eccleſiã fabricaret. Cũ autẽ
votũ feciſſet ſtatim ſine difficultate inde de
ductum eſt. Rex aũt quod vouerat impleuit
⁊ ibidẽ in honorem ſancti auguſtini eccleſiã
conſtruxit. Idem miraculuꝫ die ſequenti in
quadam villa epiſcopatus terdonenſis que
dicitur caſſelle contigit ⁊ eodem modo ibi-
dem in honore ſancti auguſtini eccleſiaꝫ fa
bricauit. Inſuper villaꝫ ipſam cũ omnibus
ſuis appẽditijs conceſſit ſeruientibus eccle
ſie ſancti auguſtini perpetuo poſſidendam.
Quia vero rex viderat ſancto complacere vt
in ſuo nomine eccleſia fieret. vbicũq̷ manſiſ-
ſet ⁊ timens ne in alio loco q̃ vbi deſidera-
ret locũ ſibi eligeret. in omni loco vbi de no-
cte cũ corpore hoſpitabatur. in honore ipſi⁹
eccleſiam cõſtruebat. Sicq̷ cũ magno gau
dio papiaꝫ deducitur. ⁊ in eccleſia ſancti pe
tri que celũ aureũ dicit̃ honorifice collocat̃.
Molendinarius quidã in beatũ auguſtinũ
ſpecialẽ deuotionẽ habens cũ quandã infir
mitatẽ que dicitur flegma ſalſuꝫ in tibia pe
teretur. beatũ auguſtinũ deuote in ſui adiu



torium inuocabat. Cui ꝑ viſum ſanctus au
guſtinus apparuit ⁊ tibiã manu palpãs in-
tegre reſtituit ſanitati. Qui excitat⁹ ſe libe-
ratum inuenit ⁊ deo ⁊ beato auguſtino gra
tias reddidit. Quidã puer cuꝫ vicio lapidis
premeretur ⁊ de cõſilio medicorũ inſcidi de
beret. mater pueri mortis ſibi timens ꝑicu-
lũ beatũ auguſtinũ deuote i ſui filij ſubſidiũ
inuocauit Statimq̷ fuſa oratiõe puer lapi
dem cũ vrina emiſit ⁊ plenã ſanitatẽ recepit
L In monaſterio quod elemoſina dicitur
monachus quidã in vigilia ſancti auguſtini
raptus in ſpiritu vidit nubem ſplendidã celi
tus elapſam ⁊ ſuper nubẽ auguſtinũ ſeden-
teꝫ põtificalibus inſignitũ cui⁹ oculi q̃ſi duo
ſolis radij totam illam eccleſiã illuminabãt
⁊ odor inde nimius exalabat. Sanct⁹ quo-
q̷ bernardus dum quadam vice in matuti
nis exiſtens aliquantulũ obdormiſſet. ⁊ de
quodam tractatu auguſtini lectiones lege-
rentur. vidit quendam pulcherrimũ iuuenẽ
ibi ſtantem de cuius ore tantũ inundantiuꝫ
aquarũ impetus exibat. ꝙ totaꝫ illã eccleſiã
videret̃ replere Qui auguſtinũ adeſſe nõ du
bitauit qui fonte doctrine totã eccleſiã irri-
gauit. Quidam ſanctũ auguſtinũ valde dili
gens: monacho cuſtodi corporis ſancti au-
guſtini pecuniam magnaꝫ dedit. vt ſibi ſan
cti auguſtini digitum vnum daret. Sed ille
accepta pecunia digitum cuiuſdam mortui
ſericis inuolutuꝫ ſibi tribuit. ſimulans eſſe
digitum auguſtini. Queꝫ ille reuerẽter acci
piens ſemꝑ deuotiſſime adorabat. ⁊ ori ocu
liſq̷ apponens crebro pectori aſtringebat.
cuius fideꝫ deus intuens digito illo ꝓiecto
vnum digitum ſancti auguſtini tam mirabi
liter q̃ miſericorditer ſibi dedit. Qui cũ re-
patriaſſet ⁊ multa ibi miracula fierent. fa-
ma vſq̷ ad papiam delata eſt. Sed cum pre
dictus monachus aſſereret. ꝙ cuiuſdã mor
tui digitus ille eſſet ſepulchrũ aperuerũt et
vnum deeſſe de eius digitis inuenerũt. Vñ
abbas re cognita monachum ab officio de-
poſuit ⁊ dire afflixit. Apud burgũdiã in mo
naſterio quod dicitur fontanetum erat qui
dam monachus hugo nomine ſancto augu
ſtino valde deuotus. qui in eius ſcriptis mi
ro deſiderio paſcebatur quem etiam crebra
ſupplicatione rogauerat. vt ipſum ex hac lu
ce migrare non ſineret niſi in die ſue ſacra-
tiſſime ſolẽnitatis. Ipſe igitur. xv. die ante
feſtũ eiuſdẽ ſic cepit duris febribus eſtuare
vt in vigilia ipſius ſuꝑ humũ tanq̃ moriens
poneretur. Et ecce plures decori ac fulgen
tes viri amicti albis eccleſiaꝫ dicti monaſte
rij ꝓceſſionaliter intrauerũt quos ſequeba
tur quidã reuerẽdus pontificalib⁹ inſignit⁹
Quidã aũt monachus i eccleſia ꝯſiſtẽs hoc
vidẽs obſtupuit. ⁊ qui nam eſſent vel quo ꝑ-
gerẽt inquiſiuit. Cui vnus eorũ dixit ꝙ ſan-
ctus auguſtinus eſſet cũ ſuis canonicis qui
ad deuotũ ſuũ morientem pergeret vt eius
aiam ad regnũ glorie deportaret Poſt hoc
illa reuerenda ꝓceſſio ad infirmariã ingre-
ditur. Ubi cũ aliquãdiu manſiſſet. ſancta il-
la aĩa a carne ſoluta eſt. quã dulcis amicus
⁊ ab hoſtiũ inſidijs ſecurã reddidit. ⁊ ad celi
gaudia introduxit. Legitur quoq̷ ꝙ duꝫ ad
huc auguſtinus in carne viueret ⁊ quedã re
legeret ante ſe tranſire vidit demonẽ libruꝫ
humeris baiulantẽ. Qui ab eo ꝓtinus adiu
ratur. vt que ibi ſcripta lateant ſibi pandat.
Qui peccatũ hominũ ibidẽ eſſe aſſerit ſcri-
pta. que vndecũq̷ collegit ⁊ in eo repoſuit.
Moxq̷ ei precepit vt ſi aliquod ſuorũ pctõ
rum ibi ſcriptũ retineret ſibi legendũ conti
nuo manifeſtet. Oſtẽſo aũt loco nihil augu
ſtinus ibi ſcriptũ reperit. niſi ꝙ quadam vi-
ce cõpletoriũ ex obliuione dimiſit. Precipi
enſq̷ diabolo vt ſuũ preſtolaret̃ aduentũ ec
cleſiam eſt ingreſſus ⁊ cõpletoriũ deuote di
xit. ⁊ ſolitas orõnes cõplete ꝑegit Reuerſuſ
q̷ dixit ei vt predictũ locũ ſibi oſtenderet ite
rum relegenduꝫ. Qui dũ crebro reuolueret
⁊ tandem locum vacuũ reperiſſet. iratus di
xit. Turpiter me decepiſti. penitet me ꝙ li-
brum meũ tibi oſtendi. qꝛ peccatũ tuũ orati
onũ tuarũ virtute deleſti. Et his dictis ꝯfu
ſus euanuit. M Cũ quedã mulier a q̇-
buſdam malicioſis iniuriaꝫ pateret̃. illa ad
beatũ auguſtinũ acceſſit vt ſuper hoc ei⁹ cõ
ſiliũ imploraret. Que cũ ip̄m ſtudentẽ inue
niſſet. ⁊ eũ reuerenter ſalutaſſet. ille nec ad
eam reſpexit. nec quicq̃ ſibi reſpondit. Co-

gitãs illa ne forte ob nimiã ſanctitatẽ in fa
ciem mulieris nollet intẽdere propius ac⸗
ceſſit ⁊ negociũ diligẽter expoſuit. Sed ille
nec ſe ad eã cõuertit. nec reſponſuꝫ aliquod
ſibi dedit. Ideoqꝫ illa cũ triſticia magna re
ceſſit. Altera aũt die cũ auguſtinus miſſam
celebraret ⁊ dicta mulier intereſſet. poſt ele
uationeꝫ corporis xpi rapta in ſpiritu vidit
ſe poſitaꝫ ante tribunal ſanctiſſime trinita
tis. Ubi vidit auguſtinuꝫ facie inclinata de
trinitatis gloria attẽtiſſime ⁊ ſublimiſſime
diſputantem. Factaqꝫ eſt vox ad eam dicẽs
Cũ ad auguſtinuꝫ iuiſti. ille ſic de trinitatis
gloria attentiſſime diſputabat. ⁊ ideo ꝙ ibi
fueris penitus nõ aduertit. ſed ad eũ ſecure
redeas. q2 ⁊ eũ clementẽ inuenies ⁊ ꝯſiliũ ſa
lubre reperies. Quod cũ feciſſet auguſtin᷒
benigne eã audiuit ⁊ cõſiliũ ſalubre donauit
Fertur quoqꝫ ꝙ dũ quidã vir ſanctus in ſpũ
raptus ſanctos in gloria cõſpexiſſet ⁊ beatũ
auguſtinũ minime vidiſſet: quẽdam de ſan⸗
ctis vbi nã auguſtinus eſſet. ꝑcunctatus eſt
Qui reſpõdit Auguſtinus reſidet ĩ excelſis.
vbi diſputat de gloria excellẽtiſſime trinita
tis. Cũ quidã papiẽſes a marchione mala⸗
ſpine in carcere detinerent᷑. ab eis oĩs pot᷒
penitus eſt interdictus vt poſſet ab eis ma
gna pecunia extorqueri. vnde pleriqꝫ iaꝫ ſpi
ritum exalabant. quidã vero vrinã bibebãt.
At quidã iuuenis inter eos qui in beatũ au⸗
guſtinũ magnã deuotioneꝫ habebat ipm in
ſui adiutoriũ inuocauit. Tunc circa noctis
mediũ ſanct᷒ auguſtinus ꝑdicto adoleſcẽti
apparuit. ⁊ quaſi manũ eius dexterã appre⸗
hendens vſqꝫ ad flumen grauelom ipm de
duxit ibiqꝫ cũ folio vitis in qua madefacto
ſic eius linguam refrigerauit vt qui iam vri
naꝫ bibere cupierat de potu nectaris nõ cu
raret. Prepoſitus cuiuſdã eccleſie in beatũ
auguſtinũ magnã deuotionem habens cuꝫ
per tres annos grauẽ infirmitateꝫ incurriſ
ſet. ita vt de lecto ſurgere nõ valeret. adue⸗
niente ſolẽnitate ſancti auguſtini cũ iã in vi
gilia ad veſpas pulſaret᷑. ad rogandũ ſanctũ
auguſtinũ tota deuotiõe ſe ꝯtulit. Cui in al
bis ſctĩs auguſtin᷒ apparẽs idẽ ter citato ꝑ
ꝓprio noĩe dixit. Ecce aſſum totiẽs a te inuo
catus. Surge cito ⁊ celebra mihi officiũ ve
ſpertinũ Qui ſanus ſurgẽs cũctis ſtupẽtib᷒
eccl'iam intrauit. ⁊ officiũ deuote ꝑegit. Cũ
quidã paſtori ſeuũ vlcus inter ſcapulas ortũ
eſſet adeo morbus inualuit. vt iam totis vi
ribus eſſet deſtitut᷒ q̇ dũ ad ſanctũ auguſti⸗
num ꝑces emitteret. eidẽ auguſtin᷒ in viſu
apparuit ⁊ ſup locũ infirmũ manũ apponẽs
ꝑfecte eũ ſanauit. Idẽ quoqꝫ vir ꝓcedẽte tẽ
pore oculorũ lumĩe eſt priuat᷒. q̇ cũ ſanctuꝫ
auguſtinũ ſedule inuocaret quadã die circa
meridiẽ eidẽ appũit. ⁊ oculos manib᷒ ſuis
tergẽs. priſtinã ſibi ſanitateꝫ reſtituit. ¶
Circa annũ dñi. dcccccxij. viri quidã grauiter
infirmi nũero pluſq̃ xl. de germania ⁊ gal⸗
lia romã ibãt ad limina apl'oꝝ viſitãda. Quo⸗
rum quidã ſcãnis in terra curui ſe vehẽtes
alij cũ baculis ſe ſuſtentãtes. alij ꝑuati ocu⸗
lis poſt alios ſe trahẽtes. alij ꝯtractas ma⸗
nus ⁊ pedes hñtes ꝑgebãt. Qui mõtes trã
ſeuntes ad locũ q̇ dr carbonaria ꝑuenerunt
cũ aũt pene ad locũ q̇ cana dr aduenissent q̇
trib᷒ milib᷒ a papia diſtat ſanct᷒ auguſtin᷒
põtificalib᷒ indutus de quadã eccl'ia in ho⸗
nore ſanctoꝝ coſme ⁊ damiani ꝯſtructa exi
ens eiſdẽ apparuit eoſqꝫ ſalutãſ quo tẽderẽt
reqſiuit. q̇ cũ ei quo tẽderẽt reſpõdiſſent ad
iecit. Ite papiã ⁊ de cenobio ſancti petri qđ
dr celũ aureũ interrogate ⁊ ibi miſericordiã
habebitis quã optatis. q̇ cũ eũ de noĩe ſuo in⸗
terrogaſſent ait. Ego ſum auguſtin᷒ quon⸗
dam iponẽſis ciuitatis epũs. Statimqꝫ ab
oculis eoꝝ euanuit Illi aũt papiã ꝑgẽtes cũ
ad dictũ monaſteriũ ꝑueniſſent. ⁊ ibi corp᷒
ſcti auguſtini reqeſcere didiſcẽt ceperũt oẽſ
voces leuare ac vnanimiter ꝯclamare Sã⸗
cte auguſtine adiuua nos. Ad quorũ clamo
res ciues ⁊ monachi excitati. ad tam grãde
ſpectaculũ ꝯfluebãt. Et ecce ex neruorũ di⸗
ſtentiõe ſanguis mult᷒ cepit effluere. ita vt
ab introitu cenobij vſqꝫ ad tũbam ſcti augu
ſtini tota terra ſanguine videret᷑ reſꝑſa. Cũ
aũt ad ſepulchrũ ſancti auguſtini veniſſent
oẽs ſanitati ſunt integre reſtituti ac ſi nulla
in eoꝝ corporib᷒ leſio extitiſſet. Cepit extũc
fama ſancti auguſtini crebreſcere ⁊ multitu
do languẽtiũ ad ei᷒ tumulũ aduentare. Qui



omnes ſanitatis bñficia reportãtes ſue ſa⸗
lutis pignora relinquebãt. Factũqꝫ eſt vt tã
ta predictoꝝ pignoꝝ fuerit multitudo. vt in
de totũ oratoriũ ſancti auguſtini ⁊ porticus
plena eſſent. ita vt eũdi ⁊ redeũdi ipedimen
tum nõ modicũ generarẽt Quapropter mo
nachi neceſſitate cõpulſi ea inde remoueri
fecerũt. Notãdũ ꝙ cũ tria ſint q̃ a mũdanis
hoĩb᷒ appetunt᷑. ſ. diuitie delitie ⁊ honores
vir iſte ſanct᷒ tante ꝑfectiõis extitit: ꝙ ipſe
diuitias cõtempſit. honores reſpuit. volu⸗
ptates abhorruit. qđ eñi diuitias cõtempſe
rit. ipe teſtat᷑ in libro ſoliloquioꝝ vbi ratio ĩ⸗
terrogat eũ dicẽs. Diuitias nullas cupiſ Et
reſpondet aug. Hoc quidẽ nec nũc primum
Nam cum triginta annos agam quattuor
decim fere anni ſunt ex quo iſta cupe deſtiti
nec aliud in his preter neceſſariũ victũ cogi
taui. Prorſus vnus ciceronis liber mihi fa
cile ꝑſuaſit. nullo modo appetẽdas eſſe diui
tias. ꝙ aũt honores reſpuerit in eodẽ libro
teſtatur vbi ratio eũ interrogat dicẽs. quid
honores. Et reſpõdit Auguſtinus. Fateor
eos modo ac pene his diebus cupere deſti⸗
ti. Uoluptates quoqꝫ ⁊ delitias contempſit
⁊ q̃tum ad cubitum ⁊ concubitum ⁊ quantũ
ad guſtum. Quantum ad primum interro⸗
gat eum ratio dicens in eodem libro. quid
vxor. Nõne te delectat pulchra. pudica. mo
rigerata. diues preſertim ſi certus ſis nihil
ex ea te moleſtie eſſe paſſurũ. Et reſpondit
Auguſtinus. Quantumlibet velis eam de⸗
pingere atqꝫ cumulare bonis omnibus nil
mihi tam fugiendũ eſſe ꝙ concubitũ decre⸗
ui. Cui ratio. Non ego quero quid decreue
ris ſed vtrũ ad hoc alliceris. Et reſpõdit au
guſtinus. Prorſus nihil in huiuſmodi que
ro nihil deſidero etiã cum onere horrore et
aſpernatione talia recordor. Quantum ad
ſecundũ interrogat euꝫ ratio dicens. Quid
de cibis. Et reſpõdit Auguſtinus. Siue de
cibo ⁊ potu. ſiue de balneis ceteraqꝫ corpo⸗
ris voluptate nihil interroges. tantũ ab ea
peto quantum in valitudinis opem confer⸗
ri poteſt.

¶ De decollatione ſancti Johannis bap
tiſte. cx. A

DEcollatio ſancti iohã
nis baptiſte quattuor de cauſis
inſtituta fuiſſe videt᷑ ſicut in li⸗
bro mitrali de officio inuenitur
Primo ꝓpter eius decollationẽ. Secundo
ꝓpter oſſium ipſius concremationẽ ⁊ colle
ctioneꝫ. Tertio ꝓpter capitis ipſius inuen⸗
tionẽ. q̄rto ꝓpter digiti ipſius trãſlationem
⁊ eccl'ie dedicationẽ. Et ſm hoc feſtũ iſtud
a quibuſdã diuerſimode noĩatur. ſ. decolla⸗
tio. collectio. inuẽtio. ⁊ dedicatio. Prio igit᷑
celebrat᷑ hoc feſtum ꝓpter ipſius decollatio
nẽ que quidam hoc modo facta eſt. Nam
vt habetur ĩ hiſtoria ſcolaſtica herodes an⸗
tipas filius magni herodis romam profici
ſcens. ⁊ per fratrem ſuũ philippũ tranſituꝫ
faciens cum herodiade vxore philippi ⁊ ſm
ioſephuꝫ ſorore herodis agrippe ſecreto pe
pegit ꝙ in reditu ſuo vxorem repudiaret: et
ipſam in coniugem duceret. Quod vxorem
ſuam ſcilicet filiam arethe regis damaſce⸗
norũ minime latuit. ⁊ ideo non expectato vi
ri reditu ad patrem q̃totius feſtinauit. Re⸗
diens aũt herodes herodiadeꝫ philippo ab
ſtulit. ⁊ arethã regẽ ⁊ herodẽ agrippam ⁊
philippũ in ſui inimicitiã ꝯcitauit. iohãnes
autem eũ de hoc arguebat. q2 ſm legẽ quã
receperat fratris ſui vxorem ipſo viuete ſibi
minime habere licebat Uidens herodes ꝙ
iohannes tam dire eum ſuper hoc redargu
eret. ⁊ q2 ob predicationẽ ⁊ baptiſmũ ſm io
ſephũ magnũ populũ cõgregaret ipſum in
carcere vinculauit vxori placere cupiẽs: ⁊ po
puli ſubſequentis iohannẽ diſpendium per
timeſcens. Ipſum auteꝫ occidere voluit ſed
populum timuit Deſiderãtes aũt herodias
pariter ⁊ herodes occaſionẽ aliqueꝫ inueni
re vt iohannẽ occidere poſſent. vident᷑ inter
ſe ſecreto condixiſſe. vt herodes natalis ſui
diẽ corã primis galilee ſuiſqꝫ pricipibus ce
lebraret. ⁊ puelle ſaltãti filie herodiadis q̇c
quid petierit ſe ſibi daturum iuramento fir
maret. ⁊ ipſa caput iohãnis petente illđ ſibi
ꝓpter iuramentũ factũ eũ tribuere oporte⸗
ret. ſed de iuramento facto ſe contriſtari ſi⸗
mularet. Quod eniꝫ hanc verſutiã ⁊ ſimu⸗

lationez habuerit.videt innui in hiſtoria ſco
laſtica vbi ſic dicit.Credibile eſt ꝙ herodes
cum vxore de nece iohãnis ſub tali occaſio-
ne facienda prius ſecreto tractauerit.Itẽ Hie
ron.in gloſa.Ideo forte iurauit.vt occaſio-
nẽ inueniret occidẽdi.Nã ſi illa patris aut ma
tris interitũ poſtulaſſet herodes nõ vtiqꝫ cõ
ſenſiſſet ordinato igitur ↄuiuio puella adeſt
corã oibus ſaltat.placet cunctis.Sz ſibi qc-
quid pecierit daturũ rex iurat.A mře premo
nita caput iohãnis expoſtulat. Sz verſipel-
lis herodes ꝑpter iuſiurãdũ cõtriſtatũ ſimu
lauit.eo ꝙ vt dicit rabanus temere iuraſſet
ꝙ eũ facere oporteret.Sed triſticiã prefere
bat in facie cũ leticiã haberet in mente.Ex-
cuſat ſcelus iuramẽto.vt ſub occaſione pie-
tatis impius fieret.Igit ſpiculator mittit.
caput iohãnis ꝑſcidit puelle dat.τ a puella
matri adultere preſentatur.Auguſtinus oc
caſione huius iuratõis narrat in ſermone quo
dã quẽ fecit in decollatiõe iohãnis baptiſte
tale exẽplũ. B Fuit quidã hõ innocẽs τ
fidelis a quo audiui qḋ narro.Cũ eñ qdaz
ſibi negaſſet qḋ ei accõmodauerat vel qḋ ſi-
bi debebatur. cõmotus ille ꝓuocauit eũ ad
iuſiurandum. Ille igitur iurauit.iſte ꝑdidit
Videbat ergo in ipſa nocte ſe ad iudicem ra
ptum fuiſſe τ ab eo interrogatum fuiſſe his
verbis.Quare ꝓuocaſti hoiem ad iurationẽ
quem ſciebas falſum eſſe iuraturum.Rñdit
ille.Negauit mihi rem meã.Et iudex.Me-
lius erat vt rem tuam perderes ꝙ̃ vt animã
illius falſa iuratione perimeres. Proſtratus
igitur tam grauiter cedi iuſſus eſt vt in dor-
ſo euigilãtis plagarum veſtigia apparerent
Sed indultum eſt ei poſtꝙ̃ emendatus eſt.
Hec auguſtinus. In hac aũt die iohannes
decollatus non eſt ſed circa dies azimorum
anno precedente paſſionem chriſti.Oportu
it ergo:vt ꝑpter dñica ſacramenta minor ce
deret maiori.Hic exclamat iohannes chri-
ſoſtomus dicens.iohannes ſcola virtutum
magiſterium vite ſanctitatis forma.norma
iuſticie virginitatis ſpeculũ.pudicitie titulus
caſtitatis exẽplũ.penitentie via peccatorum ve
nia fidei diſciplina.iohãnes maior homine
par angelis.legis.ſumma.euãgelij ſanctio.
apoſtolorum vox.ſilentium ꝓphetarum. lucer-
na mũdi.precurſor iudicis.totius medius tri-
nitatis.τ hic tantus datur inceſtuoſe.tradit
adultere.addicitur ſaltatrici. Herodes au-
tẽ impunitus nõ abijt:ſed exilio dãnatus fuit
Nã ſicut habet in hiſtoria ſco.alter herodes
ſcz agrippa cũ eſſet vir ſtrẽnuus.ſed pauper
premimia paupertate deſperãs:quãdã turrim
intrauit vt ibidẽ ſe fame afficiẽs moreretur
qḋ cũ herodias ſoror ſua audiſſet viro ſuo.ſ.
herodi antipe tetrarche ſupplicauit:vt eum
inde educeret τ ſibi neceſſaria miniſtraret.
Quod cum feciſſet τ ambo inuicem epularẽ
tur.herodes tetrarcha vino incaluit.τ hero
di agrippe beneficia que ſibi cõtulerat ipro-
perare cepit.Ex hoc ille vehementer doluit
τ romaz ꝓficiſcẽs in tm̃ a gaio ceſare in gra
tiã eſt receptus.vt ei duas tetrarchias.ſ.li-
ſanie τ abiline retribueret.τ regem in iudeã
impoſito diademate deſtinaret.Videns he
rodias ꝙ frater eius haberet nomen regis
viro ſuo moleſtis precibus inſiſtebat vt romã
ꝑgeret τ ſibi nomẽ regiũ cõpararet. Ille vero
cum multis diuitijs abundaret acquieſcere
nolebat magis diligens ocium ꝙ̃ honorem
laborioſum.Tandez deuictus vxoris ꝑcibus
romam cũ ipſa ꝑrexit.qḋ aggrippa itelligẽs
ceſari litteras deſtinauit.ꝙ herodes cum re
ge parthorum amicicias firmauerit τ romano
imperio voluerit rebellare.Et in argumen-
tum huius rei ſignificauit ei ꝙ in ciuitatibus
ſuis habebat arma que ſufficerẽt.lxx.milibus
armatorum.Lecta autem epiſtola gaius quaſi
aliũde incipiens herodẽ de ſtatu ſuo interro
gauit.τ inter cetera vtrũ tanta copia armo-
rum eſſet in vrbibus ꝙ̃tũ ipſe audierat requi
ſiuit.qḋ ille negauit.Tunc gaius veruz eſſe
credẽs qḋ herodes agrippa ſcripſit ipſuz in
exilium relegauit.Vxor autez eius que erat
ſoror herodis agrippe quem maxime dilige
bat ꝑrãtem tribuit vt in terram ſuã rediret.
Ipſa autẽ virũ ſuũ voluit comitari dicẽs ꝙ
illum cui cõmunicauerat in proſperis nõ de
relinqueret in aduerſis.Lugdunũ igitur de
portati fuerũt:τ ibi vitã miſerabiliter finie-
runt.Hec in hiſtoria ſcola. C Secũdo
ꝑpter oſſium ipſius cõcremationem τ colle



ctionez que ipſa die quoſdã fuerunt concre
mata τ a fidelibus ex parte collecta.Unde
quaſi ſm martiriũ patit quãdo ipſe in ſuis
oſſibus cõcrematur.Et ideo eccleſia tanꝙ̃
ſm eius martiriũ hoc feſtũ celebrat.Sicut
eñ legitur in.xij.libro hiſto.ſcolaſtice vel ec
cleſiaſtice cũ diſcipuli iohãnis corpus eius
apud ſebaſten vrbẽ paleſtine inter heliſeũ τ
abdiã ſepeliſſent:τ ad eius tumulum multa
miracula fierent iubẽte iuliano apoſtata gẽ
tiles eius oſſa ſparſerũt τ cũ miracula non
ceſſarent.Poſt collecta τ igne cõcremata i
puluerẽ redigerũt τ per agros ventilauerũt
ſicut dicitur in hiſtoria ſcolaſtica τ eccleſia-
ſtica Beda vero dicit in cronicis ꝙ ipa oſſa
collecta latius ſparſerũt.τ ſic ſm martiriuz
quodãmodo paſſus videt.Hoc quidã repre
ſentant neſcientes dñ in eius natiuitate oſ
ſa vndecũqꝫ collecta cõcremãt.Dũ autez ad
cõcremandũ colligerent vt habet i ſcho. hi
ſto.τ beda teſtat.quidã monachi a hieroſo-
limis veniẽtes.latẽter colligẽtibus ſe miſcu
erunt.τ magnã corum partẽ tulerũt.Ipſa quo
qꝫ oſſa ad philippum hieroſolimitanũ epm
detulerunt qui ea poſtmodũ athanaſio ale-
xandrino epiſcopo miſit.Poſtmoduz vero
theophilus eiuſdem vrbis epiſcopus ea in
templo ſerapis a ſordibus purgato repoſuit.
τ i honorẽ ſancti iohãnis baſilicã ↄſecrauit.
Hec beda τ hiſto.ſco.Nũc aũt apud ianuã
deuote coluntur.ſicut alexãder tertius τ in
nocẽtius quartus.rei veritate cognita ſuis
priuilegijs approbarũt.Sicut aũt herodes
qui eius caput amputari fecit ſuorũ ſcelerũ
penã pertulit.ſic τ iulianũ apoſtatã qui eius
oſſa cõburi iuſſit vltio diuina percuſſit. De
cuius percuſſiõe habetur in hiſtoria ſancti
iuliani ꝗ eſt poſt ↄuerſionẽ ſancti pauli D
De huius autẽ iuliani apoſtate origine im-
perio crudelitate τ morte in hiſtoria tripar
tita plenius edocetur.Conſtantius namqꝫ
frater magni conſtantini ex eodez patre du
os habuit filios.ſ.gallum τ iulianuz. Mor
tuo autem conſtantino conſtantius eius fi
lius gallum ceſarem fecit.quẽ tamen poſt-
modũ interfecit.At iulianus metuẽs.mona-
chus effectus eſt.Cepitqꝫ magos ↄſulere
ſi poſſet adhuc ad imperiũ ꝑuenire.Poſt hec
cõſtantius iulianũ ceſarẽ fecit:τ ad gallias
miſit.vbi victorias multas exercuit. Coro-
na aũt laurea inter duas colũnas depẽdens
rupto funiculo ſuꝑ caput eius inde trãſeun
tis decidit.cũqꝫ aptiſſime coronauit.cũctis
clamãtibus quia imperij ſignum eſſet.Cũqꝫ a
militibus appellaret auguſtus τ corona cũ
qua coronaret ibidẽ deeſſet.vnus torquẽ quẽ
habebat in collo iuliani capiti ipoſuit. τ ſic
ab eis imperator eſt effectus.Tũc figmẽtum
xpianitatis qḋ habebat abiecit:τ tẽpla ido-
lorũ aperiẽs τ ei ſacrificans ſe paganorum põ
tificẽ noiabat.τ ſignũ crucis vbiqꝫ deſtrue-
bat.Quadã vice ros ſuꝑ eius veſtimenta ce
terorũqꝫ ꝗ cũ eo erãt cecidit τ gutta quelibz
ſe in crucis ſignaculũ trãſformauit. Volẽs
aũt cõplacere oibus mortuo cõſtantio volu
it vt vnuſquiſqꝫ cui vellet ritui deſeruiret ac
de curia ſua eunuchos tõſores τ coquos fu
gauit.Eunuchos quidẽ quia vxor eius obierat
poſtꝙ̃ aliã nõ duxerat.Coquos quia cibis ſim
plicioribus vteret.Tõſores aũt quia vnus inquit
ſufficit multis Multos libros dictauit in q
bus oẽs ante ſe principes lacerauit vt ergo
coquos atqꝫ tõſores expelleret opus phi nõ
tñ imperatoris egit vt aũt detraheret atqꝫ lau
daret neqꝫ phi neqꝫ imperatoris fuit.Dũ ali-
qñ iulianus idolis ſacrificaret in viſceribus
pecudis imolati ſignaculũ crucis corona cir
cũdatũ eidẽ oſtẽſuz eſt.Qḋ miniſtri vidẽtes
timuerũt.interꝑtantes crucis futurã vani-
tatem victoriã τ intermiabilitatẽ.Quos iu
lianus ↄfortãs ait.hoc eſſe ſignũ xpiani dog-
matis coercendi nec vltra circulum dilatan
di.Dum conſtantinopolim fortune iulianus
ſacrificaret maris epiſcopus calcidonie qui
pre ſenectute lumen amiſerat.ad eum acce
dens ipſum impium τ apoſtatam appella-
uit.Cui iulianus ait Neqꝫ galileus tuus te
potuit curare.Et ille deo gratias ago deo
meo quia ideo lumine me priuauit.ne te vi
deam pietate nudatũ.Julianus autẽ nil a-
liud reſpondens abceſſit.Apud antiochiaz
vaſa ſancta τ pallia colligens τ in terrã ꝓij
ciens ſuper ea ſedit.τ ignominiam addidit
Moxqꝫ in locis illis adeo eſt ꝑcuſſus vt in

de vermes ſcaturirent ⁊ carnes corrode-
rent. a qua paſſiõe quouſqꝫ vixit liberari nõ
potuit. ¶ Julianus quoqꝫ p̄fectus dux
ad p̄ceptũ imꝑatoris eccleſiarũ vaſa abſtu-
liſſet: ſuꝑ ea miñgens ait. Ecce in quibꝰ va-
ſis marie filio miniſtrat̃. Cui repẽte os vẽ-
ſum eſt in anum. ⁊ egeſtionis organũ eſt fa
ctũ. Dũ apoſtata iulianus fortune templuʒ
intraret: ⁊ miniſtri tẽpli aqua vt mũdarent̃
ingredientes aſꝑgeret valẽtinianꝰ aſꝑſiõis
guttã vidit in clamide ⁊ indignatꝰ pugno ꝑ
cuſſit miniſtrũ dicẽs ſe maculatuʒ potiuſ ꝙ
purgatũ. Quod videns imperator iuſſit eũ
in cuſtodiã redigi ⁊ ad heremum deſtinari.
Erat eñi xp̄ianus q̇ ꝓ mercede meruit poſt
modum ad imperiũ ſublimari. In odiũ quo
qꝫ xp̄ianoꝝ iulianũ templũ iudeoꝝ iuſſit re-
parari ipſis iudeis ſumptꝰ largiſſime ſubmi
niſtrãs. Sed dũ maximã cemẽti copiã ſub-
miniſtraſſent. ſubito ventꝰ maximꝰ veniẽs
totã diſꝑſit. Deinde terremotus maximus
eſt effectus. Poſtmodũ ignis a fundamen
tis egrediẽs plurimos ꝯcremauit. Alia vẽo
die ſignũ crucis ĩ celo apparuit: ⁊ iudeoꝝ ve
ſtes nigro colore crucis ſignaculo ſunt ĩple
te. Cũ ad ꝑſas vadẽs teſifontẽ veniſſet ⁊ re-
gem obſideret. rex ſue patrie partẽ obtulit
ſi ab eo diſcederet. Ille aũt nullatenus acq̇e
uit. putabat eñi ſꝫm pitagore platoniſqꝫ ſen
tentiam ex mutatiõe corporũ alexandri ani
mam poſſidere: aut potiꝰ eſſe in alio corꝑe a
lius alexãder. Sed iaculũ repẽte diſcurrẽs
eius lateri eſt infixũ quo vulnere terminuʒ
vite ſuſcepit. Qui vero intulit hacteñ ignoratur.
ſed alij quendã inuiſibiliũ hoc intuliſ-
ſe ferunt. Alij vero vnũ paſtorẽ iſmabelitaꝝ
alij militẽ fame ⁊ itinere fatigatũ. Sed ſiue
homo ſiue angelus fuerit palã ẽ: qꝛ diuinis
iuſſionibus miniſtrauit. Calixtus autẽ eiuſ
familiaris dicit eũ a demone fuiſſe ꝑcuſſuʒ
Hec in hiſtoria tripartita. ¶ Tertio ꝓ
pter ipſius capitis inuentioneʒ. Nã hac die
vt aiunt caput eius repertũ eſt. Sicut eniʒ
dicit̃ in lib. xi. hiſto. eccl̃iaſtice. iohannes in
caſtello arabie dicto monacherõta fuit vin-
ctus ⁊ capite trũcatus Herodias aũt caput
iohannis hieruſaleʒ fecit deferri ⁊ iuxta he

rodis habitaculũ caute ſepeliri. timẽs ne ꝓ
pheta reſurgeret. ſi cũ corpore caput ſepul-
tum fuiſſet. Tempore vero marciani ꝑnci
pis vt habet̃ in hiſto. ſco. qui cepit anno dñi
cccliij. iohannes caput ſuuʒ duobus mona-
chis qui hieroſolimã venerãt reuelauit Qui
ad palatiũ qđ herodis fuerat ꝓperãtes ca-
put eius inuenerũt ſaccis ciliciuis inuolutũ
veſtibus eſtimo quibꝰ in deſerto fuerat ob-
uolutus. Qui dum cuʒ predicto capite ad ꝑ
pria remearent quidã emiſſene ciuitatis fi-
gulus paupertateʒ fugiens comitem ſe eiſ
dem exhibuit. Hic dũ peccata ſibi creditam
cuʒ ſacco capite portaret admonitus nocte
a ſancto iohãne ipſos fugiẽs emiſſenã vrbẽ
cũ ipſo capite eſt igreſſus. Ibiqꝫ ꝙdiu vixit
in quodã ſpecu ſanctũ caput venerãs. ꝓſpe-
ritatẽ nõ modicã aſſecutꝰ eſt. Moriẽs autẽ
illud ſorori ſue ſub fide reuelauit. ⁊ ſꝫm eun
dem modũ ſibi inuicem ſucceſſores. Poſt
multũ vero tp̄is ſancto marcello monacho
in eodẽ ſpecu degenti beatꝰ iohãnes caput
ſuum hoc modo reuelauit. Videbat̃ eñi ſibi
dormiẽti ꝙ multe turbe pſallentes incede-
rent ac dicerẽt. Ecce ſanctus iohannes ba-
ptiſta venit. Deinde vidit beatũ iohãnẽ quẽ
vnꝰ a dextris alius a ſiniſtris ducebat. Om
neſqꝫ ad eũ accedẽtes. ab eo benedicebant̃.
Ad quẽ cuʒ marcellus acceſſiſſet. ⁊ eius pe-
dibus ſe ꝓſtrauiſſet. eleuans eũ ⁊ per men-
tũ apprehendens dedit ei oſculũ pacis Tũc
marcellus interrogauit eũ dicens. Domine
mi vnde ad nos veniſti. ⁊ ille. De ſebaſte ve
ni. Cum igitur excitatus fuiſſet. Et de hac
viſiõe plurimũ miraretur quadã alia nocte
cum dormiret quidã ad eum veniens ipſuʒ
excitauit. Et ecce dum excitatus fuiſſet vi-
dit ſtellaʒ fulgentẽ in hoſtio cellule reſidere
Quam ſurgẽs cũ palparevellet. ſubito in a-
liam partẽ ſe trãſtulit. Ille autẽ cepit abire
poſt ſtellam quouſqꝫ ſtella ſtetit in loco vbi
erat caput iohãnis baptiſte vbi fodiẽs repe
rit vrnã ⁊ in ea ſanctũ theſaurũ. Quidã aũt
cũ nõ crederet manũ ad ydriã miſit ſʒ ſtatiʒ
manus exaruit. ⁊ ydrie adheſit. Orantibus
aũt ſocijs manũ extraxit. ſed inualida remã
ſit. Apparuit aũt eidẽ iohannes dicens. Cũ



caput meũ in eccleſia deponet̃ ydriaʒ cõtin-
ges ⁊ ſanitatem recipies: qđ ⁊ fecit ⁊ ſani-
tateʒ integrã recepit. Hoc aũt cũ marcellus
iuliano eiuſdẽ vrbis ep̄o ĩdicaſſet. ab eis eſt
eleuatũ ⁊ in vrbẽ delatũ. Ex quo tp̄e cepit in
eadem vrbe decollatio iohãnis celebrari ip
ſa die vt arbitramur ſicut dꝛ in hiſt. ſco. quo
caput eſt inuentũ ſiue eleuatũ. Qđ poſtmo-
dum ꝯſtantinopolim eſt trãſlatũ ¶ Nã
ſicut dꝛ in hiſto. tripartita cũ valẽs impator
iuſſiſſet ſacrũ caput in vehiculo poni ⁊ ꝯſtã
tinopolim tranſferri cũ circa calcedoniã ve
niſſet vehiculũ nullatenus trahi poterat ꝙ
tumcũqꝫ boues ſtimulis vrgerẽtur. ideoqꝫ
ip̄m ibidẽ deponere ſunt coacti Sed cũ poſt
ea theodoſius ip̄m inde auferre vellet ⁊ quã
daʒ matronã virginẽ cuſtodie capitis depu
tatam reperiſſet ibidẽ rogauit eã vt ſibi au-
ferre dimitteret ſacrũ caput. Illa autẽ ꝯſen
ſit credens ꝙ ſicut tp̄e valẽtis. ita etiã ⁊ nũc
nõ ꝑmitteret ſe auferri. tũc deuotus impa-
tor purpura caput amplectẽs cõſtantinopo
lim tranſtulit. ⁊ ibi pulcherrimã eccleſiã edi
ficauit. Hec in hi. tripartita. Et inde galli-
as apud pictauiã regnãte pipino poſtmodũ
eſt tranſlatũ. vbi eius meritis multi mortui
ſunt reſuſcitati. Et ſicut punitꝰ eſt herodes
qui iohannẽ decollauit. ⁊ iulianus apoſtata
qui eius oſſa cõbuſſit. Sic ⁊ herodias puni
ta eſt q̄ puelle vt caput peteret ſuggeſſit ⁊ ip
ſa puella q̄ hoc petijt. Quidaʒ enim dicũt ꝙ
herodias in exiliũ dãnata nõ eſt nec ibi de-
functa ſed cũ caput iohãnis in manibus te-
neret ⁊ eidem gaudens plurimũ inſultaret
diuino nutu caput ipſum in eiꝰ faciẽ inſuffla
uit. ⁊ illa ꝓtinus expirauit. Hoc quidẽ vul-
gariter dꝛ. Sed qđ ſuꝑius dictũ eſt ꝙ in exi
lio cũ herode miſerabiliter ꝯſumpta fuerit
ſcti tradũt ĩ cronicis ⁊ ſic tenẽdũ videt̃ Filia
vero eius cũ ſuꝑ glaciẽ deambularet ſub ea
glacies reſoluit̃ ⁊ ipſa in aquis ꝯtinuo p̄ſo
catur. In cronica vero quadã dꝛ ꝙ terra ip-
ſam viuã deglutiuit. qđ p̄ot intelligi ſicut de
egiptijs in mari rubro p̄focatis dꝛ. Deuora
uit eos terra ¶ Quarto ꝓpter digiti ip
ſius trãſlationẽ ⁊ eccleſie dedicationẽ. Digi
tus eñi ſuus quo dñm oſ̃dit vt fert̃ comburi

nõ potuit. Vñ ipſe digitus a p̄dictis mona-
chis eſt repertus quẽ poſtmodũ vt habet̃ in
hiſto. ſco. ſancta tecla inter alpes attulit ⁊ ĩ
eccl̃ia ſancti maximi collocauit. Hoc etiaʒ
teſtat̃ iohãnes beleth dicens ꝙ p̄dicta ſctã
tecla ipſum digitũ q̇ cõburi nõ potuit. de vl-
tra partibus marinis in normaniã attulit.
⁊ ibi in honore ſancti iohãnis eccleſiã fabri
cauit. quã eccleſiã vt ibidẽ dicit q̇daʒ hac die
dedicatam fuiſſe aſſerũt. Unde a dño papa
ſtatutũ fuit. vt hec dies per totũ mũdũ cele-
bris haberetur. Apud moriennã vrbem gal
lie matrona quedã iohãni baptiſte valde de
uota deum inſtãtius exorabat vt ſibi de reli
quijs iohãnis aliqñ aliquid donaret̃. Cũ au
tem orãdo nihil ꝓficere ſe videret. ſumpta
de deo fiducia iuramẽto ſe aſtrinxit. qđ hac
tenus nõ comederet donec qđ petebat acci
peret. Cũ aũt diebꝰ aliq̄bꝰ ieiunaſſet pollicẽ
ſuꝑ altare miri cãdoris vidit. ⁊ dei donũ le-
ta ſuſcepit. Tres aũt ep̄i illuc accurrentes
cũ q̇libet de illo pollice partẽ vellet accipere
tres ſanguinis guttas ſtillare ĩ lintheo ſuꝑ
poſito ſtupuerũt ⁊ ſinguli ſingl̃as ſe meruiſ-
ſe letati ſunt Theodolina regina longobar
doꝝ medoene iuxta mediolanũ nobilẽ eccle
ſiaʒ in honore ſancti iohãnis baptiſte ꝯſtru
xit ⁊ ditauit. Procedẽte tp̄e vt teſtat̃ paulus
in hiſtoria lõgobardoꝝ ꝯſtãtinꝰ q̇ ꝯſtãs im
perator volẽs italiã longobardis eripere a
quodã ſancto viro q̇ ſpm̃ ꝓphetie habuit de
exitu belli q̄ſiuit q̇ nocte orõni vacãs mane
reſpõdit. Johãni eccleſiã regina ꝯſtruxit. et
ipſe ꝓ longobardis ꝯtinue intercedit. ⁊ ideo
ſuꝑari nõ poſſunt. Veniet tñ tp̄s quo locus
ille deſpiciet̃. ⁊ tunc ſuꝑabunt̃ qđ tp̄e karoli
fuit impletũ. Vir q̇dã magne virtutis vt ait
Greg. in dialogo noie ſanctulus cũ quẽdaʒ
diaconũ a lõgobardis captũ in ſua cuſtodia
tali conditione recepiſſet. vt ſi fugeret ipſe
ꝓ eo capitalẽ ſentẽtiã ſubiret coegit p̄dictꝰ
ſanctulus ip̄m diaconũ vt fugeret ⁊ ſe libe-
raret quapropter p̄dictus ſanctulus ad de-
collandũ adducit̃. ⁊ ad hoc fortiſſimus ſpi-
culator eligit̃ de quo dubium non erat quin
vno ictu caput eius abſcideret. Extenſoqꝫ
collo cum carnifex forti annixu brachiũ cuʒ

enſe in altū leuaſſet ille ꝓtinus ait. Sancte
iohānes ſuſcipe illū ſtatimqꝫ brachiū ꝑcuſſo
ris irriguit. ⁊ erecto in celo gladio inflexibi-
le remāſit. Preſtitoqꝫ iuramēto ꝙ de cetero
nullum xp̄ianū ferirct. vir dei ꝓ eo orauit et
brachium ſtatim depoſuit.

¶ De ſanct[is] Felice pſbitero ⁊ Adaucto. cxxi

FElix p̄ſbiter ⁊ frater
ſuus ſimiliter nomine felix ⁊ p̄-
ſbiter diocletiano ⁊ maximiano
oblati ſunt. quoꝝ ſenior cū ad tē-
plum ſerapis vt ibidem ſacrificaret adduct⁹
eſſet inſufflauit in faciē ſtatue ⁊ ꝓtinus ceci
dit. Ductus ſimiliter ad ſtatuā mercurij pari
ter inſufflauit et ꝓtinus ſtatua cecidit. Du-
ctus tertio ad ſimulachrum diane ſil[ite]r fecit.
Tort⁹ igitur in eculeo. Duct⁹ eſt quarto ad
arborē ſacrilegā vt ibidē immolaret. qui fle
xis genib⁹ orauit ⁊ in arborē inſufflās eam
a radice ſubuertit ⁊ ſimulachrū cū ara ⁊ tem
plo. arbore corruente ꝯtriuit. qđ cū prefect⁹
audiſſet cū ibidē decollari precepit ⁊ corp⁹
eius lupis ⁊ canibus derelinquit. Tunc qui-
dam in mediū repente proſiliēs xp̄ianū ſe li
bere cōfeſſus eſt. Ambo igit[ur] ſe inuicē oſcu
lantes ibidē inſimul decollati ſunt. Xp̄iani
vero eius nomē ignorātes cū adauctū voca
uerunt. eo ꝙ ſancto felici auctus ſit ad coro
nā martirij. quos cū xp̄iani in fouea quam
arbor effecerat ſepeliſſent pagani eos effo-
dere volentes protinus a diabolo ſunt arre
pti. Paſſi ſunt circa annos dn̄i. cclxxxvij.

¶ De ſanctis ſauiniano ⁊ Saui-
na. cxxij A

SAuinianus et ſaui-
na fuerūt filij ſauini viri nobiliſ
ſimi ſed pagani qui de prima v-
xore ſauianum genuit. De ſecū
da ſauinā filiā generauit. ⁊ ex noīe ſuo am-
bos vocauit. Legens aūt ſauinianus verſū
illū. Aſperges me dn̄e ⁊c. quid hoc eſſet que
rebat ſed intelligere nō valebat. Vn̄ intrās
in cubiculum in cinere ⁊ cilitio ꝓſtratus ia-
cebat dicens ſe male mori ꝙ nō intelligere
ſenſum verbi. Cui apparens angelus dixit.
Noli tevſqꝫ ad mortē affligere q̄m inueniſti
gratiā apud deū ⁊ cum baptizatus fueris ni
ue candidior eris ⁊ tūc intelliges qđ nūc que
ris. Recedente angelo letus efficitur ⁊ idola
decetero venerari cōtēnēs a patre plurimū
obiurgat[ur]. Cū ergo pater ſepius ſibi diceret
melius eſt vt quia deos non adoras tu ſolus
moriaris ꝙ nos oēs in morte tua inſimul in
uoluamur latenter aufugit. ⁊ ad vrbē treca-
ſinā deuenit. Cūqꝫ ſup fluuiū ſecane veniſſꝫ
⁊ vt ibi ex eo baptiſaret[ur] dn̄m exoraſſet. ibidē
baptiſatus eſt. Dixitqꝫ ei dominus. Nūc in-
ueniſti qđ tādiu querēdo laboraſti. Statim-
qꝫ in terra baculū fixit. Et facta oratiōe ba-
culus ille corā multis aſtantibus frondes ⁊
flores ꝓduxit. ita ꝙ. M. cviij. viri dn̄o credi
derunt. Imperator autē aurelianus hoc au
diens milites ad eū capiēdū plures direxit.
qui orantē cum inuenientes ad ipſum acce-
dere timuerūt. Imperator autē plures prio
ribus miſit. Qui venientes cum eo orāte pa
riter orauerunt. Surgenteſqꝫ dixerūt. Im-
perator deſiderat te videre. Qui cū veniſſet
⁊ nollet ſacrificare. manus eius ⁊ pedes fe-
cit ligari ⁊ vectibus ferreis cedi. Cui ſauini
anus. Adauge tormēta ſi potes. Tūc iuſſit
cum in media ciuitate ligari ſuper ſcānū. ⁊
ſuppoſitis lignis oleo ⁊ igne incendio cōcre
mari. Rex aūt intuēs vidit eum in media flā
ma ſtantē pariter ⁊ orantem. Stupefactus
in faciem ſuam cecidit. ⁊ ſurgēs ei dixit. Fe
ra mala non tibi ſufficiunt anime quas dece
piſti niſi ⁊ nos per magicam artē decipe mo
liaris. Cui ſauinianus. Adhuc m[u]lte anime
⁊ tu ipſe per me ſunt dn̄o credīture. Cū autē
imperator ex hoc nomen dn̄i blaſphemaſſet
in craſtinū iuſſit eū ad ſtipitē ligari ⁊ ſagitta
ri. ſagitte aūt a dextris ⁊ ſiniſtris in aere ſu-
ſpendebantur nec aliqua eū leſit. Altera die
imperator ad eū veniens dixit ei. Et vbi eſt
deus tuus. Veniat nūc ⁊ de ſagittis iſtis te
liberet. Statiqꝫ vna de iſtis ſagittis exiliēs
regē in oculo percuſſit ⁊ penitus excecauit.
Unde iratus iuſſit eum in carcere recipi ⁊ in
craſtino decollari. Sauinianus autē orans
vt ad locū vbi baptiſat⁹ fuerat trāſferret[ur]. cō
fractis cathenis ⁊ apertis oſtijs per medi-
os milites trāſiēs illuc venit. Quod audiēs



impator iuſſit eum illuc inſequi. ⁊ capite trū
cari. Videns autem ſauinianus milites in
ſequentes ſuper aquam velut ſuper petram
ambulauit. quouſqꝫ ad locū ſui baptiſmi per
uenit. Cum igitur milites trāſuadaſſent. et
eum percutere formidarent. ait illis. Secu
ri me percutite ⁊ de ſanguine meo ad impe-
ratorē veſtrū deferte: vt lumen recipiat ⁊ dei
virtutem agnoſcat. percuſſus igitur caput
ſuū leuauit ⁊ paſſibus. xl. ⁊. illō portauit. At
imperator cum de eius ſanguine oculū teti
giſſet ꝯtinuo ſanatus eſt dicēs. Vere bonuſ
⁊ magnus eſt deus xp̄ianoꝝ. Qđ audiēs qui
dam q̄ annis quadraginta lumen amiſerat.
ad locū portare ſe fecit. ⁊ facta orōne ꝓtin⁹
lumen accepit. Paſſus eſt aūt circa annos
dn̄i. cclxx. ix. kal. februarij. Sꝫ hoc ideo inſe
ritur: vt hiſtorie ſororis ſue: cui⁹ feſtū hic ꝑci
pue recolit[ur] hec qꝫ hiſtoria cōiungatur. B
Cū igitur ſoror eius ſauina fratruꝫ ſuū quo
tidie fleret ⁊ ꝓ eo idolis ſupplicaret. Tādē
ſibi dormiēti apparuit angelus dicēs. Saui
na noli flere ſed quecūqꝫ habes derelinque
⁊ inuenies fratrū tuū in honore maximo cō
ſtitutū. Que euigilans collactanee ſue dixit.
Amica mea aliqđ ne ſenſiſti. Et illa etiā do-
mina. Nā video hoīem tecū loquētē: ſed ne-
ſcio qdē quid dicentē. Nō me inquit accuſa-
bis. ⁊ illa abſit dn̄a. Quecunqꝫ vis facias tm̄
nō te occidas. Sicqꝫ in craſtino ambe receſ
ſerūt. Cum ergo pater diu feciſſet eā inqui-
ri. ⁊ nō inueniſſet eleuatis ad celū manibus
ait. Si tu es deus potens in celo. idola mea
cōminue. q̄ natos meos ſaluare non potue-
runt. Tunc dn̄s intonās oīa cōminuit ⁊ con
fregit. Qđ multi vidētes crediderūt. Veruꝫ
beata ſauina romā veniēs ab euſebio papa
baptizat[ur] ⁊ duos cecos duoſqꝫ cōtractos ſa-
nans quinqꝫ annis ibi permanſit. Cui dor-
mienti apparēs angelus dixit. Sauina quid
eſt qđ facis vt tuas diuitias deſerēs nūc in
delitijs hic epuleris. Surge et vade in cre-
tas ciuitatē vt frēm tuū ibidē inuenias. Dixit
ergo famule ſue. Nō oportꝫ nos hic ampli⁹
habitare. ⁊ illa. Dn̄a quo vis ire. Ecce oēs
valde te diligūt ⁊ tu peregre mori cupis. Et
illa deus nobis ꝓuidebit. Et accipiēs panē
ordeaceū in vrbē rauēnē deuenit. Venienſqꝫ
ad domū cuiuſdam diuitis. cuius filia quaſi
mortua plangebat[ur] ſe ibidē a famil[i]a hoſpitio
recipi poſtulabat. que ait. Dn̄a mea quō hic
hoſpitari vales. cum filia dn̄e mee moriatur
⁊ oēs ſe grauiter affligāt. Non ꝓpter me in
quit morietur. Intrans igitur domū manū
puelle apprehendit ⁊ ſanā ipſam erexit. Et
cū vellent eā retinere nullatenus acquieuit.
Cum ergo iuxta cretas ad miliare veniſſet.
dixit famule ſue vt parum repauſarent. Et
ecce vir quidā nobilis nomine licerius de ci-
uitate veniēs dixit eis. Unde eſtis. Cui ſaui
na. Hinc ſum de iſta ciuitate. Et ille. Cur
mētiri[s] cū loquela tua indicat te eſſe peregri
nam. Et illa domine vere ꝑegrina ſum ⁊ fra
trē meū ſauinianū diu perditum quero. Qui
ait. Vir ille quē queris ante paululū pro xp̄o
decollatus eſt ⁊ in tali loco ſepultus. Tunc
ſe ꝓſternēs in oratione ait. Domine qui me
ſemper in caſtitate ſeruaſti nō ꝑmittas me
amplius duris itineribus fatigari. aut cor-
pus meū vlterius de loco iſto moueri. Com
mēdo tibi famulā meam que ꝓpter me tan-
ta ſuſtinuit. fratremqꝫ meū quem hic videre
nō potui. fac vt in regno tuo videre merear.
Finita oratione migrauit ad dn̄m. Quod vi
dens eius famula cepit flere q[uia] ad ſepelien-
dum neceſſaria nō habebat. Predictus aūt
vir preconē per ciuitatem miſit: vt homines
ad ſepeliendū mulierem peregrinā venirēt.
Qui venientes honorifice eam ſepelierunt.
Hac quoqꝫ die fit feſtum ſancte ſabine que
fuit vxor valentini militis: cum nollet ſacri-
ficare ſub adriano imperatore decollata eſt

¶ De ſancto Lupo. cxxiij A

LUpus apud aurelia-
num ex genere regali ortus dū
cunctis virtutib⁹ eniteret ſeno
nēſis archiepūs eſt electus. Qui
cū oīa fere pauperibus erogaret. ⁊ quadam
die plurimos ad cōuiuia inuitaſſet. cū vinū
ad mediū nō haberet: ſic reſpondit miniſtro
Credo ꝙ deus qui volatilia paſcit nr̄am per
ficiet charitatē. Et ſtatim nūcius affuit. qui
centum vini modios adeſſe preforibus nun

ciauit. Cū oēs de curia ſibi vehemēter detra
herēt q virginē dei famulā ⁊ filiā pdeceſſoris
ſui nimis imoderate amaret. corā detrahē-
tib⁹ ipam vginē apprehēdēs oſculat⁹ eſt cā
dicēs. Nihil nocēt homini verba aliena quē
ppria nō maculat ɔſcia. Quia eni ipam deū
amare ardēter cognouerat: cā mente puriſ-
ſima diligebat. Cum rex francoꝝ lotari⁹ bur
gūdiā intrās ſeneſcalū ſuū cōtra lenones di
rexiſſet. ⁊ in ciuitatē obſideret. ſanctus lup⁹
eccleſiam ſancti ſtephani ingreſſus cāpanā
pulſare cepit. Quā hoſtes audiētes tantus
eos terror inuaſit vt niſi fugerent mortē ſe
euadere non putarent. Tandem obtento re
gno burgundie cū rex aliū ſeneſcalcū ſeno-
nem miſiſſet ⁊ beatus lupus ei cū muneri⁹
non occurriſſet. indignatus nimis adeo eū
apud regem infamauit: vt rex beatum lupū
in exiliū deſtinaret. Qui ibi in doctrina ⁊ mi
raculis valde emicuit. Interea ſenonici quē
dam epm qui locū ſancti lupi inuaſerat occi
dentes vt ſanctus lupus de exilio rediret a
rege impetrauerūt. Quē rex vidēs exilio ta-
befactū ita diuinitus eſt mutatus. vt corā
illo pſtratus veniā peteret. multiſq auctuꝫ
mūerib⁹ ſue reſtituit ciuitati. Qui dū p pari
ſius remearet ei multa incarceratoꝝ turba
apertis hoſtijs ſolutiſq vinculis obuiauit.
Quadā die dñica dū miſſaꝫ celebraret lapſa
eſt celit⁹ gēma. in ci⁹ ſancto calice quā rex in
ter ſuas reliquias collocauit. Rex lotari⁹ au
diēs q campana ſancti ſtephani in ſono mi
rā haberet dulcedinē miſit vt pariſius defer
retur vt ab ipo ſepi⁹ audiret. Sed cum hoc
ſancto lupo diſplicuiſſet. mox vt de vrbe ſeno
nica delata eſt: ſoni ſui dulcedineꝫ perdidit.
Quod rex audiēs. ſtatim reſtitui eam iuſſit.
Statimq ſono reddito inſonuit ſeptio ab
vrbe milliario. Ita q ſanctus lupus obuiaꝫ
pcerit. ⁊ qđ dolens pdiderat cū honore rece
pit. Nocte quadam cū oraret inſtinctu diabo
li vehemēter ſitiēs iuſſit ſibi aquā frigidā de
portari. Dolos aūt intelligens inimici puluī
nar ſuum ſuper vas poſuit ⁊ ibi diabolū in
tus incluſit: qui tota nocte vociferādo vlula-
re cepit. Facto aūt mane: qui clā tēptare ve-
nerat in die cōfuſus abſceſſit. Quadā aūt vi
ce dum more ſolito ciuitatis eccleſias circū-
ueniſſet rediēs domū audit clericos ſuos ri
xantes. eo q cum mulieribus fornicari vel-
lent. qui eccleſiaꝫ intrās p eis orauit. ⁊ mox
ab eis oīs ſtimulus temptationis abſceſſit
venienteſq ante illū veniaꝫ poſtulauerunt.
Tandē multis clarus virtutib⁹ in pace quie
uit. Claruit circa annos dñi. dcxx. tpe eraclij

## ¶ De ſancto mamertino. cxxiiij A

Mamertinus prius pa
ganus cū idola quadā vice cole-
ret vnū oculum pdidit ⁊ vni⁹ ma
nus ariditateꝫ incurrit. Qui dū
ſe deos offendiſſe putaret. ⁊ ad tēplum ado-
randū ydola pergeret. obuiabat ei vir quidā
religioſus noīe ſauinus qui cū vnde ſibi ac-
ciderit tanta infirmitas requiſiuit. Qui ait
deos meos offendi. ⁊ idō eos orare vado vt q
mihi abſtulerunt irati reddāt ppicij. Qui ait
Erras frater erras. ſi demones deos putes
Sed vade ad ſanctū germanū antiſiodoriē-
ſem epꝫ ⁊ ſi eius ɔſilio acqueuerꝭ ɔtinuo ſan⁹
eris. Qui ſtatim iter arripiēs venit ad ſepul
chrum ſancti amatoris epiſcopi ⁊ plurimo-
rum epoꝝ ſanctoꝝ. Seceſſitq ppter pluuiā
nocte illa ad quādā cellulā ſuper tumbā ſan-
cti cōcordiā collocatā. Cū aūt obdormiſſet.
apparuit ei viſio quedam mirabilis q quidā
ſcꝫ vir venit ad oſtiuꝫ celle. vocauitq ſanctū
cōcordianū vt veniret ad feſtum qđ ſanctus
peregrinus ⁊ ſanctus amator cum alijs epi
ſcopis faciebant. Cui ille de tumulo reſpon
dit. Non poſſum modo venire qꝛ hoſpitem
quendam me cuſtodire oportet. ne a ſerpen
tibus qui hic habitāt occidatur. Abiens ille
que audierat nūciauit. Reuerſuſq ait. San
cte cōcordiane veni ⁊ adduc tecū iuuianum
ſubdiaconē ⁊ iuuianū acolitū. vt officiū ſuuꝫ
faciant. Alexāder autē hoſpitē tuū cuſtodiet
Viſum qꝫ eſt igit ipſi mamertino. q ſanctus
cōcordianus apprehenſa manu duceret euꝫ
ſecū. Cumq ad eos veniſſet dixit ei ſanctus
amator. Quis eſt iſte qui tecū ingreſſus eſt.
Qui ait hoſpes meus eſt ille. Expelle eū qꝛ
pollutus eſt ⁊ nobiſcuꝫ non poteſt eſſe. Qui
cum expelleretur. proſtratus corā eis ſancti
amatoris gratiaꝫ impetrauit. Qui iuſſit eū
vt ad ſanctum germanū pergere feſtinaret.
Euigilās igitur ad ſanctū germanū venit ⁊
coram eo pſtratus veniam poſtulabat. Qui
cum ea que ſibi cōtigerant enarraret pcere-
runt ambo ad tumbā beati cōcordiani. ⁊ re-
moto lapide viderūt plures ſerpentes q de-
cem pedū longitudinem excedebant. Cūq
omnes diffugerēt. beatus german⁹ eis im-
perauit vt ad talē locū pergant. vbi de cete-
ro nemini preſumāt nocere. Sicq mamer
tinus baptizatus eſt ⁊ ſanatus. factuſq eſt
monachus monaſterij ſancti germani. vbi
poſt ſanctū allodiū abbas factus fuit. B
Huius tempore in eius monaſterio ſanct⁹
marinus extitit. cuius obedientiā ſanct⁹ ma
mertinus pbare volēs viliꝰ officiū mona-
ſterij ei cōmiſit paſtorē ſcꝫ eū faciēs bubalo
rūm. Cū igit in ſilua quadā boues ⁊ vaccas
libēter cuſtodiret tanta ſanctitate pollebat
q etiā aues ſilueſtres ad ſe venientes manu
ppria nutriebat. Nā ⁊ apruꝫ qui ad cellā ei⁹
confugerat a canibus eripuit. ⁊ abire fecit.
Latrones qdā cū eū expoliaſſent ⁊ veſteꝫ ei⁹
ſecū ferētes abirēt ſolū ei palliū dimiſerunt
Qui ſtatim poſt eos clamauit dicēs. Reuer
timini dñi mei ecce denariū colligatū in me
dio pallio inueni qui vobis forſitan neceſſa-
rius erit. Qui ptinus reuertētes. palliolūꝫ
cum denario abſtulerūt ⁊ nudū penitus di-
miſerūt. Sed cū feſtināter ad ſuas latebras
pperarent tota nocte euntes in ipſo crepu-
ſculo ad eius cellulā ſunt reperti. Quos ille
ſalutans in cellā ſuā benigne recepit pedeſ-
q eoꝝ lauās neceſſaria qntū potuit miniſtra
uit: qui ſtupefacti de eo qđ fecerāt doluerūt
⁊ vnuſquiſq eoꝝ ad fidē cōuerſus eſt. Qua-
dam vice cum quidā iuniores monachi ſecū
manētes vſe cuidaꝫ que ouibus inſidiabat
laqueos tetēdiſſent illa in laqueos nocte ir-
ruens capta tenebatur. Quod ſanctus ma-
mertinus preſciens de lecto ſurrexit ⁊ eā in
ueniens dixit illi. Quid facis o miſera Fu-
ge cito ne capiaris. Eāq diſſoluās dimiſit.
Verū cum mortuus fuiſſꝫ ⁊ corpus eius an
tiſiodorum deportarent. ⁊ cū fuiſſent in qua
dam villa nullo modo illud inde mouere po
tuerūt quoadusq quidā incarceratus ſubi-
to fractis vinculis liber exiliēs venit ad cor-
pus ⁊ cū alijs vſq ad vrbē portauit vbi in ec
cleſia ſancti germani honorifice eſt ſepult⁹.

## ¶ De ſancto Egidio. cxxv A

Egidius dicit ab e qđ
eſt ſine ⁊ geos quod eſt terra. et
dian quod eſt clarum ſiue diui-
num. Ipſe namq fuit ſine terra
per terrenorum deſpectionem: clarus per
ſcientie illuſtrationem. diuinus per amoreꝫ
qui aſſimilat amantem amato.

Egidius athenis ex re
gia ſtirpe pgenit⁹ ⁊ ſacris litte
ris ab ifantia eruditus dū qua-
daꝫ die ad eccleſiā pgeret. cuidā
egro in platea iacenti ⁊ elemoſinaꝫ petenti
tunicam ſuam tribuit qua indutus ſanitatē
integrā mox recepit. Poſt hoc parētib⁹ ſuis
in domino quieſcētibus. patrimonij ſui chri
ſtum fecit heredem. Quadam vice dum ab
eccleſia rediret quidaꝫ vir a ſerpēte pcuſſus
eidē obuius extitit. Sed oratione fuſa egi-
dius protinus virus fugauit. quendā demo-
niacum in eccleſia cum ceteris exiſtentem.
⁊ fideles clamoribus ſuis turbātē egidius
demone fugato ſanauit. Verum humanā fa
uoris formidās periculum clam littus ma-
ris petijt. ⁊ nautas quoſdam in mari pericli
tantes ɔſpexit. ⁊ facta oratione tempeſtatē
omnem fugauit. Applicantibus autem nau
tis audito q romam tenderet gratias eius
meritis egerūt. ⁊ q eum ſecum gratis vehe
rent pmiſerunt. Cum igitur arelataꝫ veniſ
ſet ⁊ biennio cū ſancto ceſario eiuſdē ciuita
tis epiſcopo manſiſſet. ⁊ ibidem quandā tri
ennio febricitantē curaſſet. heremum cupi-
ens clam diſceſſit. ⁊ cū veredonio heremita
ſanctitate cōſpicuo diu manſit vbi ſterilita-
tem terre ſuis meritis fugauit. Sed dum ibi
q miraculis coruſcaret. humane laudis ti-
mens periculum relicto eo interiorem here
mum penetrauit. vbi quoddā antrū ⁊ quēdā

fonticulum reperiens quendaꝫ nihilominꝰ
diuinitus ceruā preparatā ibideꝫ habuit in
nutricem que certis horis lactis alimoniaꝫ
ſibi prebebat. Sed cū ibideꝫ regis pueri ve
narentur predictam videntes ceruā ceteris
feris contemptis hanc cum canibus inſe⸗
quuntur. A quibus dum vehementer vrge⸗
retur ad pedes ſui confugit alumni. Ille ve
ro admirans cur preter ſolituꝫ ſic mugiret.
exiens ⁊ venatores audiēs dn̄m exorauit vt
quā ſibi tribuerat nutricē ſeruaret. Canū au
tem nullus īfra lapidis iactū ſibi appropin⸗
quare auſus eſt. ſed cū nimio vlulatu ad ve⸗
natores reuertebant᷑. Nocte igit᷑ ſupueniē⸗
te domū redeūt ⁊ ſequēti die illuc reuertētes
caſſo labore domū iterū redeūt. Qđ dū rex
audiſſet. rē vt erat ſupplicatꝰ. cū ep̄o ⁊ multi
tudine venatorū illuc ꝓperauit. ſꝫ cū canes
vt prius accedere nō p̄ſumerēt. ſꝫ oēs vlulā
do redirent locū vepriū denſitate inacceſſi⸗
bileꝫ in girū circūdederūt. Unus aūt incau⸗
te ſagittā dirigēs vt inde ceruaꝫ expelleret.
viro dei ꝓ ceruo oranti graue vulnus inflixit.
Sed milites ſemitā ferro aperiētes ad
ipſius deuenerūt ſpeluncā. Et vidētes ſenē
habitu monachali veſtitū canitie aūt ⁊ eta⸗
te venerabilē. ceruā qꝫ ad eius genua ꝓuo⸗
lutam ſolus ep̄s ⁊ rex cū pedites adierūt ce
teris retro ſtare iuſſis. Et interrogauerunt
eū quis eſſet. vel vnde veniſſet aut cur tā dē⸗
ſam heremi vaſtitatē petiſſet ſeu q̇s eū vul⸗
nerare tā grauiter p̄ſumpſiſſet. Quibꝰ cū ad
ſingula reſpōdiſſet: ⁊ illi ab eo humiliter ve
niam poſtulaſſent. medicos ſanando vulne
ri ſpoſponderūt ⁊ multa donaria obtulerūt
Sed ipſe nec medicinaꝫ adhibere voluit. et
munera contēnens ad ipſa etiā nō reſpexit
quin potius ſciēs virtutē in infirmitate pfi
ci dn̄ꝫ exorauit ne q̄diu viueret ſanitati pri
ſtine redderet᷑. Sed cū rex eū frequēter viſi
taret. ⁊ pabulū ſalutis ab eo reciperet. imē
ſas diuitias obtulit ſed eas ille recipere re⸗
cuſauit. admonens vt inde monaſteriū con
ſtrueret. vbi monaſtici ordinis diſciplina vi
geret. Qđ cū rex feciſſet victus egidius la⸗
chrimis ⁊ precibus regis poſtq̄ plurimū rē
nuiſſet illius monaſterij curā ſuſcepit. B

Huius ſancti famā rex karolus vt audiuit
eius impetrato aduētu reuerēter eū ſuſce⸗
pit. Inter cetera ſalutis colloquia rex eū ro
gauit vt ꝓ eo dignaret᷑ orare qꝛ quoddā faci
nus enorme cōmiſerat. qđ nulli vnq̄ nec ip
ſi ſācto ꝯfiteri auderet. Sequēti igit᷑ dn̄ica
dū Egidius celebrās ꝓ rege oraret angelꝰ
dn̄i eidē apparēs cedulā ſup altare poſuit in
qua ſcriptū erat p ordinē. ⁊ regis peccatū: ⁊
Egidij precibus dimiſſum. ſi tn̄ penitēs ⁊ cō
fitens ab illo deinceps abſtineret. Adiūctū
qꝫ erat in fine vt q̇ſqꝫ ſanctū. Egidiū ꝓ quo
cunqꝫ cōmiſſo inuocaret ſi tn̄ ab illo deſiſte⸗
ret. eius meritis ſibi remiſſuꝫ nō dubitaret
Oblata igit᷑ regi cedula pctō ſuo rex agni⸗
to veniaꝫ humiliter poſtulauit. Egidius au
tem cū honore rediens apud neumaſcenſeꝫ
vrbem filium principis qui tunc obierat ſu⸗
ſcitauit. Poſt aliquantulū vero tempus pre
nuncians monaſteriū ſuū non longe ab ho
ſtibus euertendum romam adijt: ⁊ priuile⸗
gium eccleſie ſue quoqꝫ hoſtia cypreſſina in
quibus ſculpe erant imagines apoſtoloruꝫ
a papa impetrās dimittenſqꝫ ea in tiberim
diuino regimini cōmendauit. ⁊ ad monaſte
rium rediens cuidam contracto apud tybe
ronem greſſum reſtituit. Cunqꝫ ad mona⸗
ſterium rediſſet. predicta hoſtia in portu in
uenit. ⁊ gratias agens deo q̄ inter tot ma⸗
ris pericula illeſa ſeruaſſet ea in liminibus
eccleſie ſue ad decus eccleſie ⁊ monumentū
ꝑacti Romane ſedis erexit. tandem dn̄s diē
ſui obitus imminere ſibi per ſpiritū reuela
uit. Quod ille fratribus indicās ⁊ pro ſe ora
re ſuadens in dn̄o feliciter obdormiuit. vbi
chorus angelorū eius aīaꝫ in celū ferentiū
plurimi ſe audiuiſſe teſtati ſunt. claruit cir⸗
ca annum domini. dcc.

¶ De natiuitate glorioſe virginis marie. cxxvi. A

Natiuitas glorioſe vir
ginis marie ex tribu iuda ⁊ re⸗
gia ſtirpe dauid duxit origineꝫ
Matheus autē ⁊ Lucas nō ge
nerationē Marie ſed Ioſeph deſcripſerūt
qui tamen a conceptiōe chriſti penitus alie



nus fuit qꝛ cōſuetudo ſcripture dicit᷑ fuiſſe.
vt nō mulierū ſed virorū generatiōis ſeries
texeret᷑. Veriſſime tn̄ virgo btā ex progenie
Dauid deſcendit. Quod p̄cipue patet ex hoc
Qm̄ vt ſepe ſcriptura teſtat᷑ xp̄s de ſemine
Dauid duxit originē. Cū igitur xp̄s de ſola
virgine natus ſit manifeſtū eſt. et ipſam vir⸗
ginem ex dauid nataꝫ eſſe ⁊ hoc ex cathena
nathā Dauid eñi inter ceteros habuit duos
filios ſcꝫ Nathan ⁊ ſalomonē. Ex cathena
igitur Nathan filij dauid vt teſtatur Io⸗
hannes damaſcenus. Leui genuit Melchi
⁊ panther. panther genuit barpanter barpā
ter genuit ioachim. Ioachim virginē mariā
Ex cathena auteꝫ Salomonis mathan ha
buit vxorē ex q̄ genuit iacob. Defūcto aūt ma
than melchi ex tribu Nathan qui filius qui
dem leui frater autē pantheris nupſit vxori
mathan matri aūt iacob ⁊ genuit ex ea hely
Facti ſunt autem fratres vterini iacob ⁊ he
ly Iacob quidem ex tribu ſalomonis hely
ex tribu Nathan. Defunctus eſt aūt hely ex
tribu nathan ſine liberis ⁊ accepit iacob fra
ter eius qui ex tribu Salomonis vxorē eius
⁊ ſuſcitauit ſemē fratris ſui ⁊ genuit ioſeph
Ioſeph igitur natura eſt filius iacob ex de⸗
ſcēſione ſalomonis ſm̄ legē autē hely qui ex
Nathan. Nam filius qui naſcebatur ſm̄ na
turam erat quidē generantis ſm̄ aūt legem
defuncti. Hec damaſcenus. Sicut aūt in ec
cleſiaſtica hiſtoria dicit᷑. ⁊ Beda in ſua cro⸗
nica teſtat᷑ cū oēs generationes hebreoꝝ et
alienigenaruꝫ in archis tēpli ſecretioribus
ſeruarent᷑ herodes oēs iuſſit incendi exiſti⸗
mans ſe nobilem poſſe videri ſi deficientibꝰ
ꝓbamētis ꝓgenies ſua ad iſrael ꝑtinere cre
deretur. Fuerūt tn̄ quidā dicti dn̄ici ſic dicti
ob ꝓpinquitateꝫ xp̄i qui ⁊ nazarei fuerunt.
qui ordinem generationis chriſti partim. vt
a proauis didicerant. ꝑtim vt a quibuſdam
libris habuerūt quos domi habebant quan
tum poterant ꝑdocebant. B Ioachim
autē accepit vxorē noīe Annā que habuit ſo
rorem noīe Hiſmeriā. Hec autē hiſmeria
genuit Elizabeth ⁊ Eliud elizabeth iohan⸗
nem baptiſtā. de eliud natus eſt Eminē. de
eminen natus eſt ſanctus Seruatius. cuiꝰ
corpus eſt in oppido traiecti ſup fluuiū mo⸗
ſan in epiſcopatu leodiēſi. Anna aūt tres vi⸗
ros habuiſſe dicit᷑ ſcꝫ Ioachim cleophā ⁊ ſa
lome. De primo autē viro ſcꝫ Ioachim. vnā
filiā. ſ. Mariā matreꝫ dn̄i genuit. quam Io
ſeph nuptui dedit. que xp̄m dn̄m genuit ⁊ pe
perit. Mortuo ioachim accepit cleopham
fratrē ioſeph ⁊ genuit ex eo aliā filiā quam ſi
militer mariaꝫ vocauit. ⁊ Alpheo poſtmodū
in coniugem ſociauit. Hec aūt maria ex Al
pheo viro ſuo q̄ttuor filios genuit. ſcꝫ iaco⸗
bum minorē. ioſeph iuſtum qui ⁊ barſabas
ſimonem ⁊ iudā. Mortuo ſecūdo viro Anne
tertium cepit nomine ſalome ex quo aliam
filiaꝫ genuit quā rurſus mariam vocauit. et
zebedeo in cōiugē tradidit. Hec autē maria
ex zebedeo viro ſuo duos filios genuit. ſcꝫ
iacobū maiorē ⁊ iohānē euangeliſtam. Un⸗
de ⁊ de hoc extant verſus. Anna ſolet dici
tres cōcepiſſe marias. Quas genuere viri.
ioachim cleophas ſalomeqꝫ. Has duxere vi
ri. ioſeph alpheꝰ zebedeꝰ. Prima parit xp̄ꝫ
iacobū ſecunda minoreꝫ. Et ioſeph iuſtum
peperit cū ſimone iudā. Tertia maiorē iaco
bum volucremqꝫ iohānē. Sed mirum vide
tur quō beata maria potuit eſſe cognata eli
zabet vt ſuperius dictū eſt. Cōſtat eñi eliza⸗
bet vxorē fuiſſe zacharie qui erat. de tribu le
ui. ⁊ ſm̄ legeꝫ quilꝫ de ſua tribu ⁊ familia du
cere debebat vxorē. ⁊ ipſam de filiabꝰ aaron
Lucas fuiſſe teſtat᷑. Anna autē fuit ſm̄ Hie
roni. de bethleē que erat de tribu iuda. Sed
ſciēduꝫ q̄ ipſe Aaron ⁊ ioiada ſummus ſa⸗
cerdos ambo de tribu iuda duxerunt vxores
Unde tribus ſacerdotalis ⁊ regalis cogna⸗
tione ſemper ad inuicem probatur fuiſſe cō
iuncte. potuit autē vt dicit Beda huiuſmo⸗
di coniunctio recentiori tempore fieri datis
nuptui feminis de tribu in tribum vt mani
feſte beataꝫ Mariam que ex tribu regia de
ſcendit cum tribu ſacerdotali cognationem
generis habuiſſe ꝯſtaret. Et ita beata Ma
ria de vtraqꝫ tribu erat. Uoluit enim domi⸗
nus vt he tribus priuilegiate propter miſte
rium ad inuicem miſcerent. quia de eis do⸗
minus naſciturus erat. qui vere rex ⁊ ſacer⸗
dos ꝓ nobis ſeipſuꝫ offerret. ⁊ fideles ſuos

in militia hui⁹vite pugnātes regeret.⁊ poſt
victoriam coronaret.Quod etiā ex noīe xp̄i
id eſt inuncti innuitur. q꞉ ſoli ſacerdotes et
reges ⁊ ꝓphete in lege veteri vngebantur.
Unde ⁊ nos a xp̄o chriſtiani dicimur ⁊ gen⁹
electū ⁊ regale ſacerdotiū appellimur.Sed
⁊ qđ dicebať ꝙ mlierqꝫ tm̄ ſue tribus homi
nibus iungerentur dictū fuiſſe cōſtat ne di-
ſtributio ſortium cōfunderet̄ q꞉ vero leuiti-
ca trib⁹ ſortē inter ceteras non habebat mu
lieres de illa tribu nubere poterant cui vole
bant. ¶ Hiſtoriā autem natiuitatis be-
ate virginis beatus Hieronimus.vt in ꝓlo
go refert adoleſcentibus in quodā libello le
git.Sed poſt multuꝫ tp̄is vt ſe ibidē legiſſe
recoluit. primo rogat⁹ trāſcripſit Joachim
nāqꝫ ex galilea ⁊ ciuitate nazareth ſanctam
Annam ex bethleem duxit vxorē. Ambo au
tem iuſti erant.⁊ ambo ſine reprehēſione in
oībus mandatis dn̄i incedebant.omnēqꝫ ſu
am ſubſtantiaꝫ tripharie diuidebāt.Unam
partem templo ⁊ tēpli ſeruitoribus impēde
bant.Aliaꝫ peregrinis ⁊ pauperibus eroga
bant.Tertia ſibi ⁊ familie ſue vſibus reſer-
uabant.Et ita ꝑ annos.xx.prolē ex cōiugio
nō habētes vouerūt dn̄o ꝙ ſi eis ſobolem cō
cederet eam ſeruitio dn̄i manciparent.Cu-
ius rei gratia cū ſingulis annis in tribus fe
ſtis precipuis Hieruſalē frequentarēt.in fe
ſto encenioꝝ Joachim cum cōtribulib⁹ ſuis
Hieruſalem aſcendit.⁊ cū ceteris ad altare
accedēs oblationē ſuā offerre voluit.Quē vi
dens ſacerdos cū indignatione nimia repu-
lit. Et cur ad altare dei accedere preſume-
ret increpauit aſſerens nō eſſe ꝯueniēs ma
ledicto legis obnoxiū oblationē dn̄o legꝫ of-
ferre nec inter fecundos infecūdū ⁊ qui po-
pulū dei nō auxit aſtare. Joachim igitur ſic
confuſum ſe videns pre pudore domum redi-
re noluit.ne ſimiliter a ꝯtribulibus ſuis qui
hoc audierāt tantū opprobrium ſuſtineret.
Recedens igiť ad paſtores ſuos cum ibi ali
quādiu fuiſſet.quadā die ei ſoli angelus cū
magna claritate apparuit ⁊ de eius viſione
turbatum ne timeret admonuit dicēs.Ego
ſum angelus domini miſſus ad te vt annun
ciem tibi preces tuas exauditas eſſe.⁊ ele-
moſinas tuas in conſpectu dn̄i aſcendiſſe.
Uidi enim pudorem tuum ⁊ audiui ſterilita
tis opprobriū non recte tibi obiectum pecca
ti quippe non nature vltor eſt deus. Et ideo
cum alicuius vterum claudit.ad hoc facit vt
mirabilius denuo aperiat. ⁊ nō libidinis eſ-
ſe qđ naſcitur.ſꝫ diuini fore muneris cogno
ſcatur. Prima gentꝫ veſtre mater Sara nō
ne vſqꝫ ad nonageſimū annū ſterilitatis op-
probrium ꝑtulit.⁊ tn̄ yſaac cui promiſſa erat
omniū gētiū benedictio generauit. Rachel
etiā nonne diu ſterilis fuit.⁊ tamen Joſeph
genuit qui toti⁹ egypti dn̄ium habuit. quis
fortior ſamſone vel ſanctior ſamuele.⁊ tn̄ hi
ambo matres ſteriles habuere. Ratione igiť ⁊
exēplis crede dilatos diu ꝯceptus ⁊ ſteriles
partus mirabiliores eē ſolere. Proinde an
na vxor tua pariet tibi filiā ⁊ vocabis nomē
eius mariā. Hec vt vouiſtꝫ erit ab infantia
domino cōſecrata:⁊ adhuc ex vtero matris
ſue ſpirituſancto plena nec forinſecus inter
populares ſed in templo dn̄i ſemper mora-
bitur ne quid ſiniſtrū de ea aliquis ſuſpicet̄.
Et ſicut ipſa ex ſterili matre naſcetur.ita mi
rabiliter ex ea altiſſimi fili⁹ generabitur cu-
ius nomē erit ihesus.⁊ per eū omnibus gen
tibus ſalus erit.Et hoc tibi ſignū.Cum per
ueneris hieroſolimis ad aureā portā annaꝫ
vxorem tuam obuiā habebis:que de tua tar
datione mō ſolicita tūc in cōſpectu tuo gau-
debit.His dictis angel⁹ ab eo diſceſſit.An-
na autem cum amare fleret ⁊ quo nā vir ſu-
us iuiſſet ignoraret. idem angelus eidem
apparuit. ⁊ ſibi eadem que viro annuncia-
uerat patefecit:addens vt pro ſigno Hieru
ſalē ad aureā portā pergeret ⁊ ibidē viro ſuo
redeūti obuiaret. Igitur iuxta angeli prece-
ptum ambo ſibijnuicē obuiantes de mutua
viſione letati:⁊ de prole promiſſa ſecuri ado
rato domino domū redierunt diuinum pro-
miſſum hilariter expectantes. Anna igitur
concepit ⁊ filiā peperit.⁊ nomen eius mariā
vocauit.Cōpleto igitur per triennium abla
ctationis tempore:ad templum domini vir
gineꝫ cum oblationibus adduxerunt.Erāt
autem circa templum iuxta.xv.graduū pſal
mos.xv.aſcenſionis gradus.Naꝫ quia tem



plum in monte erat conſtitutum:altare ho-
locauſti qđ forinſecus erat adiri niſi per gra
dus non poterat. In horuꝫ itaqꝫ nouiſſimo
virgo conſtituta.cunctos ſine alicuius adiu
torio:ita cōſcendit.ac ſi iam etatis perfecte
eſſet. Perfecta igitur oblatione filiaꝫ cum
alijs virginibus in templo dimittentes ad ꝓ
pria redierūt.Uirgo autē quotidie in omni
ſanctitate ꝓficiēs ⁊ ab angelis quotidie viſi
tabatur.⁊ viſione diuina quotidie fruebatur
Ait em̄ hieronimus in quadam ep̄la ad cro-
matium ⁊ heliodorum ꝙ beata virgo hāc re
gulam ſibi ſtatuerat.vt a mane vſqꝫ ad terti
am oratiōibus inſiſteret.a tertia vſqꝫ ad no
nam textrino operi vacaret.a nona ab orati
onibus nō recedebat quouſqꝫ angelus ap-
parens ſibi eſcam daret. ¶ Quarto
autem decimo etatis ſui anno pontifex pu-
blice denunciauit vt virgines que in templo
inſtruebantur ⁊ etatis tempus impleſſent
domum reuerterentur ⁊ viris legitime iun-
gerentur.Cuius mandato cum cetere paru
iſſent ſola beata maria virgo hoc ſe facere
non poſſe rn̄dit. tum q꞉ parētes ſui eā domi
ni ſeruitio mancipaſſent.tum q꞉ virginitatē
ſuā dn̄o ipſa vouiſſet. Tūc anxiatus ponti-
fex eo ꝙ neqꝫ ſm̄ ſcripturā que dicit.vouete
⁊ reddite.votū infringendū putaret.nec mo
rem genti inſuetuꝫ introducere auderet.ad
imminētem feſtiuitatē iudeorum ſeniorib⁹
cōuocatis.omniuꝫ hec vna fuit ſn̄ia.vt in re
tam dubia cōſilium dn̄i quereretur.Cū autē
orationi inſiſterent ⁊ pontifex ad ꝯſulenduꝫ
dn̄m acceſſiſſet mox de loco oratorij cunctis
audientibus vox inſonuit dicēs:vt quicunqꝫ
de domo dauid nuptijs habiles cōiugati nō
eſſent.ſinguli virgas ſingulas ad altare de-
ferrent ⁊ cuiuſcūqꝫ virgula germinaſſet.⁊ in
cacumine eius ſm̄ Eſaie vaticiniū ſpiritus
ſanctus in colūbe ſpecie cōſediſſet ipſe ꝓcul
dubio eēt cui virgo deſpōſari deberet. Erat
inter ceteros Joſeph de domo dauid. Cui
cū incōgruū videretur ſi vir tam ꝓuecte eta
tis tā tenerā virginē duceret in vxorē.ceterꝫ
virgas ſuas afferentibus ſolus ipſe virgam
ſuā ſubtraxit.Unde cū nil diuine voci conſo
num appereret.pontifex iterato dn̄m ꝯſulēdū
putauit.Qui reſpondit ꝙ ſolus ille virgam
ſuam non attulit.cui virgo deſponſari debe
ret. Proditus itaqꝫ ioſeph cum virgam ſuā
attuliſſet.⁊ ipſa ilico floreꝫ germinaſſet ⁊ in
eius cacumine colūba de celo veniens con-
ſediſſet liquido omnibus patuit ipſi virginē
deſponſandā fore.Deſponſata igitur virgi-
ne ioſeph ipſe quidē in ſuā ciuitatem bethle
em recedit domū ſuā diſpoſiturus ⁊ nuptijs
neceſſaria ꝓuiſurus.Uirgo autē Maria cū
ſeptē virginibus coeuis ⁊ collactaneis ſuis
quas ob oſtenſionē miraculi a ſacerdote ac-
ceperat ad domū parētū in nazareth reuer-
ſa eſt.In dieb⁹ autē illis angelus gabriel ei
orāti apparuit ⁊ de ea naſciturū dei filiū nūcia
uit. ¶ Dies aūt natiuitatis virginis ali-
quāto tp̄e fideles latuit. Contigit igiť ſicut
refert Johānes beleth vt quidā vir ſanctus
ſedule cōtēplationi inſiſtens ſingulis annis
vi°. Idus ſeptembris in oratione poſitus io
cundiſſimā angeloꝝ ſocietatē ſolēnizātē au
diret.Cūqꝫ deuotiſſime ſibi reuelari peteret
cur quolꝫ anno illo tn̄ die ⁊ nō alio hoc audi
ret.diuinū accepit reſpōſum ꝙ virgo glorio
ſa maria tali die mundo fuerit nata.⁊ iō hoc
manifeſtaret filijs ſancte eccleſie vt concor-
des fierēt in hac celebritate celeſti curie. cū
aūt hoc ſummo pontifici ⁊ alijs intimaſſet.
⁊ illi orōnibus ⁊ ieiunijs.ſcripturis ⁊ antiq-
tatū teſtimonijs veritatē cōperiſſent. hunc
diē in honore natiuitatis virginis celebran-
dum vniuerſaliter ſtatuerūt.Octaua aūt na
tiuitatis beate marie olim nō celebrabať ſꝫ
dn̄s Innocenti⁹.iiij.natōe ianuenſis. ipſam
inſtituit celebrādā.Cuius hec cā fuit Greg.
em̄.ix.per morteꝫ ſublato de medio romani
oēs cardinales in quodā cōclaui incluſerūt.
vt citius eccl̄ie ꝓuideret̄.Sed cū per plures
dies concordare non potuiſſent ⁊ ipſi a ro-
manis multas moleſtias ſuſtinuiſſent: vo-
uerunt regine celi ꝙ ſi ei⁹ meritis concorda
rent ⁊ liberi abire poſſent octauas ſue nati-
uitatis diu neglectas decetero ſtatuerēt ce-
lebrādas.Sicqꝫ in dn̄m celeſtinū ꝯuenerūt
⁊ liberati ꝑ dn̄ꝫ Innocētiū votū adimpleuerūt
celeſtin⁹ ei modico tp̄e ſupuixit.⁊ iō ꝑ eū imple
ri nō potuit.Et nota ꝙ tres natiuitates ec-

cleſia ſolennizat. ſ. natiuitatē xp̄i marie ⁊ io
hannis baptiſte. q̄ tres deſignant tres ſpiri
tuales natiuitates Cū iohāne nāq̧ in aqua
cū maria i pē itētia cū xp̄o renaſcimur i glo
ria. Cū igitur natiuitatē baptiſmi i adultis
oporteat p̄cedere ꝯtritionē ⁊ glorie ſimilit̄
ideo ille due merito vigilias habēt. Sed cū
penitētia tota ſit ꝑ vigilia nō oportuit vt vi
giliā haberet. Octauas vero oēs habent. q2
omnes ad octauā reſurrectiōis anhelant.
F Miles quidā valde ſtrennuus ⁊ beate
marie valde deuotus ad torneamētū vadēs
primo quoddā monaſteriū ad honorē beate
marie ꝯſtructū in itinere reptum miſſam
auditurus intrauit. Cū aūt miſſa miſſe ſuc-
cederet ⁊ ille ob honorē ꝟginis nullā preter
mittere vellet. tandē monaſteriū exiens ad
locū ꝯcitus ꝓperabat. Et ecce redeūtes ei-
dem occurrerunt. ⁊ ip̄m ſtrenuiſſime mili
taſſe referūt. Quod dū omnes qui aderant
aſſererēt. ⁊ vniuerſi eū ſtrēnuiſſime militaſ
ſe vnanimiter acclamarēt. necnō ⁊ quidam
qui ſe ab eo captos dicebant ſe eidē offerrēt
perpendēs vir diſcretus vrbanā reginā vr-
bano modo ſe honoraſſe q̄d acciderit mani
feſtauit ⁊ ad monaſteriū rediēs filio virgi-
nis deceтero militauit. Ep̄s quidā qui bea-
tam mariam in ſumma reuerentia ⁊ deuo-
tione habebat quādā eccleſiā beate marie
in nocte media ex deuotione adibat. Et ec-
ce virgo virginū comitata vniuerſo virginū
choro venienti viro occurrit ⁊ cū ſummo ho
nore ſuſceptū ad eccleſiam ad quā tendebat
ducere cepit precinētibus duabus de choro
puellis atq̧ dicētibus. Cātemus dn̄o ſocie
cantemus honorem. Dulcis amor xp̄i reſo
net ore pio. Quos verſus totus alius chor'
virginū reſumendo percantat. Predicteq̧
bine cantatrices binos q̄ ſequūtur i ordine
ꝟſus ſubſecute ſunt. Prim' adima ruit ma
gna de luce ſupbus Sic hō cū tumuit prim'
adima ruit. Sicq̧ virū dei cū tali ꝓceſſione
vſq̧ ad eccleſiā ꝑduxerūt duab' ſemꝑ incipi
entibus ⁊ ceteris r̄ndentib'. Quedā mulier
ſolatio viri ſui deſtituta vnicū filiū habebat
quē tenerrime diligebat. Quadā aūt vice fi
lius eius ab inimicis capit̄. ⁊ i cuſtodia vin-

culatur. Qd̄ illa audiēs incōſolabiliter fle-
bat ⁊ beatā virginē cui multū deuota erat ꝑ
liberatiōe filij importunis p̄cibus exorabat.
Tandē vidēs ꝙ ſic nihil ꝓficeret eccleſiam
in qua ſculpta erat imago beate marie ſola
intrauit. ⁊ corā imagine ſtans ip̄am ſic allo
quitur dicens. Uirgo beata ꝑ liberatiōe fi-
lij mei te ſepe rogaui. et adhuc nequaq̄ ma
tri miſere ſubuenisti Patrociniū tuū ꝑ filio
meo imploro. ⁊ nullū adhuc ſentio fructum
Igitur ſicut filius meus mihi ablat' eſt: ſic
⁊ ego filiū tuū tibi auferā. ⁊ obſidem ꝑ filio
meo in cuſtodiā ponā. Et hec dicens ꝓpius
acceſſit. ⁊ imaginē pueri quā ꝟgo in gremio
baiulabat auferens domū abijt. Accipieſq̧
imaginē pueri ip̄am in linteo mundiſſimo
inuoluit. ⁊ in archa recondens ip̄am cū cla-
ui diligētius obfirmauit bonū obſidē ꝑ filio
ſuo habere gaudēs ⁊ ipſū diligēter cuſtodi
ens. Et ecce ſequēti nocte beata virgo iuue
ni apparuit ⁊ ianuā carceris aperiēs inde vt
exeat precepit eiq̧ dixit. Matri tue fili di-
ces. vt meū mihi reddat filiū. Ex quo reddi
di ſibi ſuū. Qui exiens ad matrē venit ⁊ qua
liter beata virgo eū liberauerit enarrauit.
Illa autē plurimū exultans imaginē pueri
accepit ad eccleſiā vadens beate marie red
didit dicens. Gratias vobis dn̄a refero. q2
mihi meū vnicū filiū reddidiſtis ⁊ nūc vobis
filiū veſtrū reddo q2 meū me recepiſſe profi
teor. G Erat quidā fur qui ſepe latroci-
nia exercebat. ſed beatā mariā plurimū in
deuotione habebat ⁊ eā crebrius ſalutabat
Quadā igit̄ vice furtim quedā rapiēs capit̄
⁊ ſuſpendio adiudicat̄. Cū autē ſuſp̄deret̄
continuo beata virgo ei affuit ⁊ ſuſpenſum
tribus diebus vt ſibi videbat̄ ſuis manibus
ſuſtētauit. ita ꝙ nullā leſionē ꝑſenſit. Illi ꝟo
qui eū ſuſpenderūt. caſu inde trāſeuntes eū
viuentē ⁊ vultu hylari repererūt. ⁊ arbitran
tes ꝙ nō bene fuiſſet laqueo aſtrictus gla-
dio ipſum iugulare volebāt. Sed beata ma
ria ferientiū gladio manū opponebat ⁊ illi
ſibi nil nocere poterant. Cognoſcētes ergo
illo referente ꝙ beata maria ſic eū iuuabat
mirantes eum depoſuerunt. ⁊ amore virgi-
nis abire liberū dimiſerūt. Qui abiens mo-



naſterium intrauit ⁊ quo aduixit in ſeruitio
dei genetricis permanſit. Fuit quidā cleri-
cus qui beatā mariā valde diligens horas
eius ſedule decantabat. Cum autē parētes
eius morerentur. aliū nō habētes heredem
eidem hereditatē dimiſerunt. Compulſus
eſt igitur ab amicis. vt vxorem acciperet et
hereditatē ꝓpriā gubernaret. Quadā autē
die cū ad celebrandas nuptias tenderet in
itinere quandā eccleſiā reperit ⁊ recordatus
ſeruitij beate marie in ipſā ingrediens ho
ras ei' dicere cepit. Et ecce beata maria ei
dem apparuit. ⁊ q̄ſi ſeuerius ei dixit. O ſtul
te ⁊ infidelis cur me amicā ⁊ ſponſam tuā
relinquis. ⁊ mihi aliā feminā anteponis. Ad
hoc ille cōpunctus ad ſocios redijt: ⁊ totum
diſſimulās celebratis nuptijs media nocte
oībus relictis de domo aufugit. ⁊ monaſte
rium intrans beate marie deuote ſeruiuit.
Sacerdos cuiuſdā parrochie ⁊ honeſte vite
nullā miſſam niſi miſſam beate marie ſcie-
bat. quā in eius honorē ſedule decantabat.
Apud ep̄m igit̄ accuſat̄ ⁊ ab eo citius accer
ſitur. Cum vero corā ep̄o ſe aliā miſſā ne-
ſcire diceret. ep̄s ip̄m quaſi ſeductorē dure
redarguit. ⁊ ab officio eū ſuſpendēs ne dece
tero eā miſſā decantare audeat interdixit.
Sequenti aūt nocte beata maria ep̄o appa
rens eū plurimū increpauit. ⁊ cur ſuū male-
ficis tractaſſet famulū requiſiuit. Addidit q̧
ꝙ die trigeſima moreretur niſi ille ad cōſue
tum officium reſtitueret̄. Tremefact' ep̄s
preſbiterū accerſiuit ⁊ veniā poſtulās vt nul
lam miſſā preter illā quā ſciebat de beata
maria celebrare debeat imperauit. Quidā
clericus vanus ⁊ lubricus erat. ſed tn̄ dei ge
nitricem plurimum diligebat. ⁊ eius horas
ſanctas deuote. ⁊ alacriter decātabat. Qua
dam igit̄ nocte in viſiōe vidit ſe ante tribu-
nal dei aſtare ⁊ dn̄m circunſtantibus dicere
De illo q̄ vos aſpicit quo iudicio dignus ſit
voſipſi decernatis quē tādiu tolerauit ⁊ nullū
adhuc in eo emēdatiōis ſignū inueni Tunc
dn̄s oībus approbātibus ſuꝑ eū dānatiōis
tulit ſententiā. Et ecce virgo beata ſurrexit
⁊ filio ſuo dixit. Pro iſto pie fili clementiā
tuā rogo vt ſuꝑ eū damnatiōis ſententiam

mitiges. Uiuat ergo hic ob gratiā mei. qui
ob ꝓpria merita addicitur morti. Cui dn̄s.
Tuis eā petitionib' eū tribuo ſi vel ſaltem
nunc eius correctionē inſpexero Et ꝯuerſa
virgo ad hoīem dixit. Uade ⁊ amplius noli
peccare ne deterius tibi ꝯtingat Ille igitur
excitatus vitā mutauit ⁊ religionē petijt: et
ibi in bonis opib' vitā finiuit. H Apud
ſiciliam anno dn̄i. dxxxvij. fuit quidā vir no-
mine theophilus cuiuſdā epiſcopi vicedomi
nus vt ait Fulbertus carnotenſis ep̄s q̄ tā
prudenter ſub ep̄o res eccleſiaſticas diſpen
ſabat ꝙ mortuo ep̄o eū dignū epiſcopatu
omnis pplus acclamabat. At ille vicedn̄atu
contentus aliū in ep̄m maluit ordinari. Tā
dem ab ipſo officio inuite ab ep̄o depoſitus
in tantā impatientiā eſt delapſus vt ad ſuā
recuperandā dignitatē cuiuſdā iudei male-
fici cōſiliū expeteret. Ille igit̄ diabolū aduo
cauit. ⁊ aduocatus ꝯcitus venit. Theophi-
lus ergo iuſſu demonis chriſtū ⁊ matrē eius
abnegauit. xp̄iani ꝓfeſſioni abrenūciauit: ⁊
ipſius abrenūciatiōis ⁊ abnegationis cyro
graphū ſuo ſanguine ꝓprio ſcripſit ⁊ ſcriptū
anulo ſigillauit. ⁊ ſigillatū demoni tradidit.
⁊ ſic eius ſeruitio ſe addixit. In craſtinū igi
tur ꝓcuratione demōis Theophilus i gra-
tiam ep̄i recipitur ⁊ in ſui dignitatē officij re
ſtituitur. Tandē ad ſe reuerſus de eo qd̄ fe
cerat valde ingemuit ⁊ ad virginē glorioſā
vt ſibi in adiutoriū fieret tota mētis deuoti
one ꝯfugit. Quadā igitur vice beata maria
in viſione illi apparens de impietate ipſum
redarguit. ⁊ dyabolo abrenūciare precepit
ac xp̄m dei filiū ⁊ omne xp̄ianitatis ꝓpoſitū
cōfiteri fecit. ⁊ ſic ipſum in ſui ⁊ filij gratiā
recuperauit ⁊ ad iudiciū indulte venie iterū
ſibi apparens cyrographū quod dyabolo de
derat ſibi reddidit ⁊ ſuꝑ pectus poſuit. vt iā
nō ſe dyaboli ſeruū timeret. ſed ꝑ virginem
ſe liberū factū gauderet. Quo Theophilus
recepto. vehemēter exultans corā ep̄o oīq̧
populo quod ſibi acciderat retulit ⁊ cunctis
admirātibus. ⁊ virginē glorioſam laudanti
bus ipſe poſt triduum in pace quieuit. I
Quidam vir ⁊ vxor ſua prope lugdunū cir-
ca annū dn̄i. MX. filiā vnicam habētes eā

cuidam iuueni nuptui tradiderūt. Ob amo
rem autem filie generū ſuū ſecum in domo
tenebant. Mater aūt puelle iuuenem amo
re filie ſue taꝫ diligenter colebat: vt nō ma
ioꝛ eſſet amoꝛ puelle ad puerū ꝙ̄ ſocrus ad
generuꝫ. Inter hec malicioſi dicere ceperūt
ꝙ hoc non filie cauſa faceret ſed vt eidē pro
filia ſeſe ingereret. Cū igitur mulieris aīm
tanta falſitas cōcuſſiſſet. timēs ne in vulgi
fabulam verteretur duos ruſticos alloquit
vt ſi occulte generū ſtrangulare vellent. cui
libet. xx. ſolidos pollicetur. Quadam igitur
die eos in cellario recludens maritū ſuū ex
induſtria aliquo ire conſuluit. ꝛ filiam alio
tranſmiſit. Tunc adoleſcens iuſſu dn̄e ſue
cellariū vt vinum afferret ingreditur ꝛ mox
a latronibus tranſgulat. Mox ſocrus ipm̄
in lectū filie detulit. ꝛ quaſi dormientē veſti
bus circūtexit. Redeuntibus ergo marito ꝛ
filia ꝛ ad mēſaꝫ poſitis. iubet mater filie vt
maritum debeat excitare ꝛ ad menſam vo-
care. Queꝫ cuꝫ defunctum reperiſſet ꝛ hoc
concita nunciaſſet. tota familia in lamētuꝫ
vertitur. Et illa mulier homicida quaſi do-
lens cū ceteris lamentat. Tandē mulier de
ꝑpetrato ſcelere valde ingemuit. ꝛ ſacerdo
ti oīa per oꝛdinē ꝯfeſſa fuit. Poſt aliqđ tem
pus inter mulierē ꝛ ſacerdotē litigiū oꝛitur
ꝛ a ſacerdote ſibi generi homicidiū irrogat
Quod cum ad parentuꝫ iuuenis notitiā de
ueniſſet: adducit ad iudiceꝫ ꝛ ab eo ignibus
cōcremāda dāpnatur Finē ergo ſuū imminē
re ꝯſiderās: ad beatā virginē ſe ꝯuertit ꝛ ei᷒
intrans eccleſiā in oꝛatione cū lachꝛimis ſe
ꝓſtrauit. Poſt modicuꝫ exire cōpellit: et i
magnū ꝓiectā ignē oēs ibidē ſtare illeſam ꝛ
incolumen ꝯtuent. At parentes pueri ignē
paruū eſſe putātes. ad ſarmēta ꝯcurrunt
ꝛ in ignē ꝓiciūt. Uidētes aūt ꝙ nec ſic in ali
quo lederet lanceis ꝛ haſtis eā impugnare
ceperūt. Tūc iudex qui aderat vehementer
obſtupuit ꝛ eos ab ipſius impugnatiōe con
peſcuit. eā autē diligenter conſiderans: nul
lum in ea ſignū incendij preter ſola vulnera
lanceaꝝ inuenit. Cū autē parentes eius do
mum eā reduxiſſent. ꝛ eā fomētis ꝛ balneis
recrearent nolēs eā deus vlterius humana
ſuſpitione fedari poſt triduū in laude virgi-
nis perſeuerantem ex hac vita vocauit.

¶ De ſancto Adriano. cxxvij.

ADrianus a Maximi
ano impatoꝛe regnāte martiri
um paſſus eſt. Cū enim ꝑdict᷒
maximianus in nicomedia vr-
be idolis imolaret: iuſſu eius cūcti xp̄ianos
perquirētes alij timoꝛe pene. alij amoꝛe pro
miſſe pecunie vicini vicinos: ꝓpinq̄ domeſti
cos ad ſuppliciū trahebāt inter quos. xxxiij.
a ꝑquirētibus cōpꝛehenſi ante regē adducti
ſunt Quib᷒ rex. Nō audiſtis qualis pena ad
uerſus xp̄ianos poſita ſit. cui illi. Audiuim᷒
ꝛ ſtultitie tue iuſſionē irriſim᷒. Tūc rex irat᷒
neruis crudis eos cedi iuſſit. ꝛ lapidib᷒ oꝛa
eoꝝ ꝯtundi mādauit. ac annotata vniuſcu
iuſq3 ꝯfeſſiōe. ferro vinctos i carcere reclu-
di precepit. Quoꝝ adrianus ꝯſtantiā prioꝛ
officij militaris cōſiderans dixit eis. Adiu-
ro vos ꝑ deū veſtrū vt mihi dicatis q̄ eſt re-
muneratio quā expectatis ꝑ iſta toꝛmenta.
Ad hoc dixerūt ſancti. Oculus nō vidit: nec
auris audiuit: nec i coꝛ hoīs aſcēdit q̄ prepa
rauit dn̄s diligentib᷒ ſe ꝑfecte. Tūc adrian᷒
in mediū ꝓſiliēs ait. Annotate me cuꝫ iſtis
qꝛ ꝛ ego xp̄ianus ſum. Quod cū impatoꝛ au
diſſet nolentē ſacrificare vinctū ferro in car
cerem poſuit. Natalia vero vxoꝛ eius audi
ens virū ſuū incarceratū ſcidit veſtimenta
ſua flens plurimū ꝛ eiulās. Sed cū audiſſet
ꝙ ꝓpter fidē xp̄i incarceratus fuiſſet gau-
dio repleta ad carcerē cucurrit. ꝛ vincula vi
ri ſui ꝛ alioꝝ oſculari cepit. Erat enim xp̄ia
na. ſed ꝓpter perſecutionē ſe nō publicaue-
rat. Et dixit ad virū ſuū Beatus es dn̄e mi
adriane. qꝛ inueniſti diuitias quas nō dimi
ſerunt parentes tui. quibus egebunt hi qui
multa poſſident quādo nō erit fenerādi tē-
pus. nec mutuo accipiendi. dū nullus de pe
na alium liberabit. nec pater filiū. nec mat
filiam. nec ſeruus dn̄m. nec amicus amicuꝫ
nec diuitie poſſeſſoꝛē. Cūq3 eū admonuiſſꝫ
vt oēm gloꝛiā terrenam ꝯtemneret. ꝛ ami-
cos ꝛ parentes ſperneret. ꝛ ſemper ad cele-
ſtia coꝛ haberet dixit ad eam adrianus. Ua



de ſoꝛoꝛ mea tempoꝛe paſſiōis noſtre accer
ſiam te vt videas finem noſtrum. Sicq3 vi-
rum ſuum alijs ſanctis recommendans. vt
eum ſcilicet confoꝛtarent rediit in domum
ſuā. B Poſtmo dum audiens adrian᷒
diem paſſiſſionis ſue adeſſe dans munera
cuſtodibus ꝛ ſanctos qui ſecū erant in fide
iuſſoꝛes. abijt domū vocare Nataliā ſicut ei
iuramento ꝓmiſerat. vt eoꝝ paſſionibus ꝑ
ſens eſſet. Quidā autē eū videns ꝑcucurrit.
ꝛ nūciauit natalie dicēs. Abſolut᷒ eſt adria
nus ꝛ ecce venit. Quod illa audiens nō cre
debat dicens. Et quis potuit eum abſolue-
re a vinculis. Non mihi contingat vt ſolua
tur a vinculis. ꝛ ſeparetur a ſanctis. Dū hoc
loqueretur puer domeſtic᷒ venit dicēs. En
dn̄s meus dimiſſus eſt. Illa autē putans ꝙ
martirium refugiſſet amariſſime flebat. et
cum vidiſſet eum ſurgens velocius hoſtiuꝫ
domus contra eum clauſit ꝛ dixit. Longe a
me efficiat q̇ a deo coꝛruit. Nō mihi ꝯtigat
loqui oꝛi illi᷒ per qđ dn̄m ſuū abnegauit. Et
ꝯuerſa ad eū dixit. O tu miſer ſine deo quis
te coegit appꝛehendere qđ nō potuiſti ꝑfice
re. Quis te ſeperauit a ſanctis. aut q̇s te ſe-
duxit vt recederes a ꝯuentu pacis. Dic mi-
hi cur fugiſti anteq̄ꝫ pugna fieret anteq̄ꝫ re
pugnantem videres. Quō vulneratus es
nondum emiſſa ſagitta. Et ego mirabar ſi
ex gente ſine deo ꝛ de genere impioꝝ aliq̇s
offerretur deo. Heu me infelicem ꝛ miſerā
quid faciā q̄ ꝯiuncta ſum huic ex genere im
pioꝝ. Nō eſt cōceſſum mihi vt vnius hoꝛe
ſpaciū vocarer vxoꝛ martiris: ſed vt dicerer
vxoꝛ trāſgreſſoꝛis. Ad modicū quidē exulta
tio mea fuit. ꝛ ecce per ſecula oppꝛobꝛium
meū erit. Hec aūt btūs adrianus audiēs ve
hementer gaudebat. admirās de femina iu
uene pulcherrima ꝛ nobili ꝛ ante. xiiij. men
ſes nupta quō talia loq̇ poſſet. Uñ ex h̄ ad
martiriū ardentioꝛ effectus v̇ba ei᷒ libētiſſi
me audiebat. Sed cū eā nimis affligi vide-
ret dixit ei. Aperi mihi dn̄a mea Natalia.
Non enim vt putas martiriū fugi. ſed te vt
ꝓmiſi vocare veni. Que nō credēs. ait. Uiđ
quomodo me ſeducit trāgreſſoꝛ. quomodo
mentitur alter iudas. Fuge a me miſer ne
ipſam interficiam vt ſatieris. Et dū mora-
retur ad aperiendum ei dixit. Aperi citius.
Nam vadam ꝛ vltra nō videbis me ꝛ poſt
hoc lugebis ꝙ me ante exitum meū nō vide
ris. Fideiuſſoꝛes dedi ſanctos martires. et
ſi miniſtri me requirētes nō inuenerint. ſu-
ſtinebunt ſancti ſimul toꝛmenta ſua ꝛ mea.
Hec audiens natalia aperuit. ꝛ ſibi inuicem
ꝓſtrati ad carcerē ſimul abierūt. Ubi nata-
lia ꝑ ſeptē dies ſanctoꝝ vlcera cuꝫ lintheis
ꝑcioſis extergebat. C Statuta aūt die
impatoꝛ eos ꝑſentari iuſſit. Qui reſoluti pe
nis qꝛ ambulare nō poterāt velut aialia poꝛ
tabantur. Adrianus v̇o retro vinctis mani
bus ſequebat. Deinde adrianus poꝛtās ſibi
eculeum ceſari ꝑſentat. Natalia vero adiū-
gens ſe ei dicebat. Uide dn̄e meus ne foꝛ-
te trepides cū toꝛmēta videbis. Modicum
quidē nūc patieris. ſed ꝯtinuo cum angelis
exultabis. Adrianus igit ſacrificare nolens
grauiſſime ceſus ē Currēſq3 natalia ad ſan
ctos cū gaudio q̇ erāt i carcere ait Ecce dn̄s
me᷒ ichoauit martiriū. Cū aūt rex ne deos
ſuos blaſphemaret mōeret. ille ait. Si ego
toꝛqueoꝛ qꝛ eos q̇ nō ſunt dij blaſphemo q̄-
liter ipe toꝛqueberis q̇ veꝝ deū blaſphemas
Cui rex. Hec verba te illi ſeductoꝛes docue
runt. ad queꝫ adrianus. Quare ſeductoꝛes
eos dicis q̇ ſunt doctoꝛes vite eterne. Cur-
rens natalia hec reſponſa viri ſui alijs cum
gaudio referebat Tūc rex a q̄tuoꝛ validiſſi
mis viris fecit eū grauiter cedi. Oēs autēꝫ
penas ꝛ interrogatiōes ꝛ rn̄ſiōes. natalia a
lijs martirib᷒ q̇ erāt i carcere ꝯtinuo refere
bat. Intantū aūt ceſus ē vt ei᷒ viſcera effun
derent. Tūc ferro vinct᷒ cū alijs martirib᷒
in carcerē recludit. Erat aūt adrian᷒ iuue-
nis delicat᷒ valde decoꝛ᷒ annoꝝ. xxviij. Na
talia v̇o virū ſuū ſupinū iacentē ꝛ totū lace-
ratum ꝯſiderās. mittēs manū ſub v̇tice ei᷒
dicebat. Btūs es dn̄s me᷒: qꝛ dign᷒ effect᷒
es de numero eſſe ſanctoꝝ. Btūs es lumē
meum vt patiaris pro eo qui ꝓ te paſſus eſt
Perge nunc dulcis meus vt videas gloꝛiā
eius. Audiens autem imperatoꝛ ꝙ multe
matrone ſanctis in carcere miniſtrarēt pre
cepit ne vlterius ad eos ingredi ꝑmittantur

Quod audiens natalia ſeipſam tonſorauit. ⁊ habitum virilem aſſumens ſanctis in carcere miniſtrabat. alias quoqꝫ exemplo ſuo ad hoc induxit. Rogauitqꝫ virum vt cū eſſet in gloria hanc precem ꝓ ſe faceret. vt ſe intactam cuſtodiens ab hoc ſeculo citius euocaret. Audiens autem rex que matrone feciſſent. iuſſit incudem afferri vt fractis ſuper eam crurib⁹ ſancti martires interirent. Timens autem natalia ne vir ſuus ex aliorum ſupplicij terreretur. rogauit miniſtros vt ab eo inciperent. Abſciſis igitur ab eo pedibus: cruribuſqꝫ fractis rogauit eum Natalia vt manum ſibi abſcidi permitteret. quatenus alijs ſanctis qui plura paſſi fuerant cōpar eſſet. Quo facto Adrianus ſpiritum reddidit. Ceteriqꝫ vltro pedes protendētes ad dn̄m migrauerunt. Rex autem eorꝫ corpora cremari mandauit. Natalia vero manuꝫ adriani in ſinu ſuo abſcondit. Cum autē corpora ſanctoꝝ in ignē precipitarētur voluit ⁊ natalia ſe cū eis in ignē ꝓcipitare. Sed ſubito vehemētiſſimus imber erupit: ⁊ igneꝫ extinguens corpa ſanctoꝝ illeſa ſeruauit. xp̄iani vero ꝯſilio inito corpa eoꝝ cōſtantinopolim transferri fecerūt. quouſqꝫ pace eccleſie reddita cū honore referrent. Paſſi ſunt aūt circa annū dn̄i. cclxxx. Natalia vero domi remanens manuꝫ ſancti adriani ſibi retinuit. quā in ſolatiū vite ſue ſemper ad caput lectuli ſui tenebat. D Poſt hoc autē tribunus vidēs nataliā tam pulchrā tāqꝫ diuitē ⁊ nobilē de volūtate imꝑatoris honeſtas matronas ad eam miſit. vt in ſuū cōiugiū cōſentiret. Quibus natalia rn̄dit. Quis mihi preſtare poterit vt coniungar tali viro. ſed peto vt triū dierū mihi dentur inducie vt me valeam preparare. Hoc autē dicebat vt inde fugere poſſet. Cū autē dn̄m exoraret vt ſe intactam ꝯſeruaret. ſubito obdormiuit. Et ecce vnus martirū ei apparuit. ⁊ eā dulciter cōſolans vt ad locū in quo ſunt corpa martirū veniat imperauit. Euigilās igiṫ ⁊ manu adriani ſolā accipiēs. cū multis xp̄ianis nauē conſcendit. Quod tribunus audiens cū multis militib⁹ eā per nauigiū inſecutus eſt. Exurgens aūt ventus cōtrarius multis eoꝝ ſubmerſis eos redire compulit. Media aūt nocte diabol⁹ ī ſpecie naucleri cū naui fantaſtica his qui erant cū natalia apparuit. ⁊ quaſi voce naucleri ait eis. Vn̄ venitis ⁊ quo ꝑgitis. Et illi. Ex nicomedia venimus ⁊ ꝯſtantinopolim ꝑgimus. Quibus ille ait. Erratiſ Ad ſiniſtrā pergite vt recti⁹ nauigetis. Hoc autēꝫ dicebat vt eos in pellagus mitteret ⁊ perirent. Cū aūt vela mutarent ſubito adrianus in nauicla ſedēs eiſdē apparuit. ⁊ eos nauigare ſicut prius ceperāt admonuit. aſſerens malignū ſpiritum fuiſſe qui ſibi locut⁹ fuerat ponēſqꝫ ſe ante eos precedebat illos ⁊ viam eis oſtendebat. Natalia vero adrianū ꝓcedere videns imēſo gaudio repleta eſt Sicqꝫ anteq̄ illuceſceret cōſtantinopolim aduenerūt. Cū aūt natalia in domū vbi erāt corpora martirū introiſſet ⁊ manuꝫ adriani ad corpus poſuiſſet. ⁊ poſt oratione dormitaſſet adrianus ei apparuit ⁊ ſalutans eā vt in eternā pacē ſecū veniret precepit. Que cū euigilaſſet ⁊ ſomniū aſtantib⁹ retuliſſet vale faciēs oībus emiſit ſpiritū. Fideles autem corpus eius accipientes: iuxta corpora martyrum illud poſuerūt.

## De ſctis gorgonio ⁊ dorotheo. cxxviij A

G

Orgonius ⁊ dorotheus apud nicomediā primi in palacio diocletiani antique militie renūciant. vt liberius regeꝫ ſuum ſequantur: ⁊ xp̄ianos ſe voce libera cōfitentur. Quod ceſar audiēs plurimū anxiebatur egreferēs ꝑdere tales viros quos intra palatiū nutritos morū ⁊ generis nobilitas decorauit. Cum igiṫ nec minis nec blanditijs mouerētur in eculeo diſtenduntṫ ⁊ flagellis ⁊ vngulis toto corpore lacerati. aceto ⁊ ſale inūdatis pene eorum viſceribus ꝑfunduntur: ⁊ cum hec alacriter tolerarēt in craticula aſſantṫ vbi quaſi in lecto floruꝫ videbātur iacere nihilo̧ꝫ leſionis ſentire. Deīde iuſſu ceſaris laqueo ſuſpenduntur ⁊ corpora lupis ⁊ canibus exponūtur: ſed tamen intacta a fidelibus colliguntur. Paſſi ſunt circa annum dn̄i. cclxxx. Poſt multos annos corp⁹ ſancti gorgonij romam trāſlatuꝫ eſt. Anno



autem dn̄i. dcclxiij. ep̄us metēſis nepos pipini regis ipſum ad gallias tranſtulit ⁊ in gorgocienſi monaſterio collocauit.

## De ſctis ꝓtho ⁊ hyacincto. cxxix A

P

nr̄o iheſu xp̄o in hunc modū ep̄lam deſtina-
uit. Abagarꝰ rex euchanie filius Iheſu ſal-
uatori bono. qui apparuit in locis hieroſoli-
morū ſalutē. Auditū eſt mihi de te ⁊ ſanitati
bus quas facꝭ. ꝙ ſine medicamētis aut her-
bis fiāt iſta per te ⁊ ꝙ verbo facis cecos vi-
dere claudos ambulare. leproſos mundari.
⁊ mortuos reuiuiſcere. Quibus oibus audi
tis de te ſtatui ī animo meo vnū eſſe e duobꝰ
aut q2 tu ſis deus ⁊ deſcēderis de celo vt hec
facias. aut ꝙ filius dei ſis qui hec facꝭ. Pro
pterea ego ſcribēs rogauerim te vt digne-
ris fatigari vſqꝫ ad me. ⁊ egritudinē meam qua
diu laboraui curare. Nā ⁊ illud cōperi ꝙ iu-
dei murmurant aduerſum te ⁊ volūt inſidia
ri tibi. Ueni ergo ad me quia eſt mihi parua
ciuitas. ſed honeſta que vtriſqꝫ ſufficiet. Do
minꝰ aūt iheſus in hec verba ſibi rñdit. Be
atus es qui credidiſti in me cū ipſe nō videris
me. Scriptū eſt eñi de me. q2 hi qui me nō vi
dent credēt ⁊ hi q̇ me vident nō credent. De
eo aūt ꝙ ſcripſiſti ad me vt veniā ad te opor-
tet me hec omnia cōplere ꝓpter que miſſus
ſum. et poſtea recipi me ab eo a quo miſſus
ſum. Cum ergo aſſumptus fuero aliquē de
diſcipulis meis mittam ad te vt curet te. ⁊ vi
uificet te. Hec in hiſto. eccleſiaſtica. Uidēs
autē abagarus ꝙ p̄ſtialiter xp̄m videre non
poſſet: ſcḋm qḋ in quadaꝫ antiqua hiſtoria in-
uenitur: ſicut iohānes damaſcenꝰ in lib. iiij.
teſtatur. pictorē quendaꝫ ad iheſum miſit vt
dñi imaginē figuraret. vt ſic ipſum ſaltē per
imaginē ꝯſpiceret quē in facie videre nō po
terat. Sed cū ad eū pictor veniſſet propter
nimiuꝫ fulgorem qui ab eius facie procede-
bat in eius faciē clare nequibat videre vel in
tendere. nec ipſam vt ſibi iuſſum fuerat figu
rare qḋ cernens dñs veſtimētum lineuꝫ ipiꝰ
pictoris accipiens ⁊ ſue faciei ſup imponēs
ſuipſius imaginē eidem impreſſit ac deſide
ranti regi abagaro deſtinauit. Cuiuſmodi
autē imaginis dñs fuerit in eadem antiqua
hiſtoria legitur ſicut ideꝫ iohānes damaſce.
teſtatur. Fuit eñi vt ibidē dicit bene oculatꝰ
bene ſuperciliatus. longū vultū habuit ⁊ fuit
acclinus qḋ ſignū maturitatis fuit. B
Illa aūt ep̄la dñi nr̄i iheſu xp̄i tante virtutis
eſſe dicitur vt in illa ciuitate ediſſa nullus he
reticus vel paganus viuere valeat. nec tyrā-
nus aliquis eideꝫ nocere preſumat. Nam ſi
aliquando gens aliqua armata manu cōtra
illā ciuitatem inſurrexerit infans aliquis ſu
per portā ſtans epiſtolā illam legit. ⁊ ea die
hoſtes aut territi fugiunt aut pacati cū eis
cōponūt. ſicut fertur olim fuiſſe adimpletuꝫ
Sed poſtmodum ciuitas a ſaracenis capta
fuit ⁊ ꝓphanata ſublato bñficio ꝓpter abū-
dantiā peccatoꝝ in oriente vndiqꝫ patefactā
Poſtq̄ vero dñs aſſumptus eſt. vt in hiſto.
eccliaſtica legit miſit thomas apoſtolū tha-
deum qui et iudas dictus eſt ad abagarū re
gem ſcḋm dei promiſſionē qui cum ad euꝫ ve-
niſſet. ⁊ ſe diſcipuluꝫ iheſu ſibi promiſſum di
xiſſet. vidit abagarus in vultu thadei quēdā
mirum ⁊ diuinum ſplendorem. quo viſo ſtu-
pefactus et territus dñm adorauit dicens.
Uere diſcipulus es iheſu filij dei q̇ mihi dixe
rat. Mittaꝫ aliquē ad te de diſcipulis meis
qui te curet ⁊ tibi vitam preſtet. Cui thadeꝰ.
Si in dei filiuꝫ credideris omnia tui cordis
deſideria obtinebis. Cui abagarus. Credo
vere ⁊ iudeos qui eum crucifixerūt libenter
trucidarem ſi mihi poſſibilitas adeſſet. ⁊ ne
quaq̄ romanorū auctoritas impediret. Cū
igitur abagarus vt in aliquibus libris legit
leproſus eſſet. thadeꝰ ep̄lam ſaluatoris acce
pit. ⁊ de ea eius faciē cōfricauit. ⁊ ſtatim ple
nam ſanitatem recepit. Judas autē poſtea
in meſopotania ⁊ ponto p̄dicauit. ſimon ve-
ro in egypto. deinde in pſidaꝫ ambo venerūt
⁊ ibideꝫ duos magos zaroen ⁊ arphaxat q̄s
matheus de ethiopia fugauerat inuenerūt.
Tūc baradach dux regis babilonie cōtra in
dos ad preliū ꝓfecturus. nullū a dijs ſuis po
tuit habere reſponſum. Pergentes autē ad
phanū ꝓxime ciuitatis. ibidē habuerunt rñ-
ſum ꝙ ꝓpter apoſtolos q̇ venerūt dij reſpon
dere nō poſſent. Tūc dux eos inquiri fecit. ⁊
inuentos qui nā eſſent. vel q̄ de re veniſſent
inq̄ſiuit. q̇ rñderūt. Si genus queris hebrei
ſumus. Si cōditioneꝫ ſeruos iheſu xp̄i nos



eſſe fatemur. Si cāꝫ ſalutis veſtre cā huc ve
nimus. Quibus dux rñdit. Cum felix reuer
ſus fuero audiaꝫ vos. Cui apoſtoli. Modo
magis cōgruū eſt te cognoſcere illū cuiꝰ ope
vincere poſſis vl' certe rebelles pacatiſſimoſ
inuenire quibus dux. Dijs noſtris potentio
res vos video: finem belli nobis rogo predi
cite. Cui apoſtoli. Ut deos tuos mendaces
eſſe cognoſcas iubemus illos ad queſita da
re reſponſa vt dum dixerint que ignorant ꝓ
bemus eos per oia eſſe mentitos. tunc fan-
taſtici grande bellū dixerūt futurū ⁊ multuꝫ
populum hincinde prelio ruiturū. tunc apo-
ſtoli ridere ceperūt dicit eis dux. Me timor
inuaſit ⁊ vos ridetis cui apl'i. Noli timere.
q2 pax huc nobiſcuꝫ intrauit. ⁊ cras hora diei
tertia legati indoꝝ ad te venient. ⁊ tue ſe po
teſtati cum pace ſubijciēt. Tunc pontifices
riſum etiā leuauerūt et duci dixerūt. Ad hoc
iſti ſecurum te reddere volunt vt dum incau-
tus fueris ab aduerſarijs occuperis. Cui a-
poſtoli. Non diximus tibi expecta vnum mē
ſem. ſed vnū diē. ⁊ cras in pace victor exiſtes
tunc dux vtroſqꝫ cuſtodiri fecit. vt ex rei exi-
tu veraces honorarentur: ⁊ mēdaces pro cri
mine punirentur. Cum ergo in craſtinū qḋ
apoſtoli p̄dixerant eueniſſet ⁊ dux incende-
re voluiſſet pontifices ꝓhibuerunt apoſtoli
ne hoc fieret cum ipſi nō viuentes occidere.
ſed mortuos viuificare miſſi eſſent. C
Tunc dux valde miratus. q2 eos occidi non
permitterēt ⁊ q2 de bonis illorum aliqua re-
cipere nollent eos ad regem duxit dicens.
Iſti rex ſunt dij latētes in effigie hominum.
Cunqꝫ ſibi oia p̄ſītibus predictis magꝭ nar-
raſſet. zelo inuidie magi cōmoti dixerūt eos
malignos eſſe. et contra regnum ſubtiliter
cogitare. dixit eis dux. Si audetis cum eis
confligite. cui magi. Si vis videre. q2 nobis
preſentibꝰ loqui nō poterunt. veniāt huc viri
eloquentiſſimi ⁊ ſi corā nobis auſi loqui fue
rint. nos per oia imperitos ꝓbabis. Cū au-
tem plurimi aduocati adducti fuiſſent cōti-
nuo coram magis ita muti facti ſunt. vt nec
nutibus ꝙ nō loqui poterant indicarent. Di
xerūtqꝫ magi ad regē. Ut ſcias nos deos eſ
ſe permittemus eos loqui: ſed ambulare nō
poſſe. Iterumqꝫ reddemus eis greſſum. ſed
faciemus eos apertis oculis nil videre. Qui
cum hec omnia feciſſent. dux aduocatos il-
los turpiter cōfuſos ad apoſtolos duxit.
Quos cū aduocati pannoſos vidiſſent eos
in animo cōtēpſerūt. Quibus ſimon. Sepe
euenit vt intra ſcrinea aurea ⁊ gēmata vilia
queqꝫ habeant incluſa ⁊ intra viliſſimas ⁊ li
neas capſas ſint gēmarū monilia p̄cioſa cō
poſita. Quicūqꝫ ergo alicuius rei cupit eſſe
poſſeſſor non magnopere geſtatoriū. ſꝫ ip̄m
qḋ geſtatur expectat. Promittite igitur vos
ab ydoloꝝ cultura diſcedere ⁊ ſolum deū in-
uiſibilē adorare ⁊ nos ſignū crucis in fronti
bus veſtris faciemus ⁊ magos cōfutare po-
teritis. qḋ cū feciſſent ⁊ in frontibus eoꝝ cō
ſignati eſſent ad regem coram magis iterū
ingreſſi ſunt. Et cū a magis ſuperari nō poſ
ſent. imo ipſis corā omnibus inſultarēt. ira-
ti magi multitudinē ſerpentum aduenire fe
cerunt ſtatimqꝫ ad iuſſum regis venientes
apoſtoli pallia ſua de ſerpentibus impleue-
runt ⁊ in magos ꝓiecerūt dicentes. in nomi
ne domini nō moriemini. ſed a ſerpentibus
lacerati doloꝝ veſtrorum mugitus dabitis.
Cum ergo ſerpentes carnes eorū comede-
rent. ⁊ ipſi tanq̄ lupi vlularēt. rex ⁊ ceteri ro
gabant apoſtolos vt eos a ſerpentibus occi
di ꝑmitterēt. Quibus apl'i rñderūt. Nos miſ
ſi ſumus reducere ⁊ de morte ad vitam non
a vita precipitare in mortē. Et facta orōne
iuſſerunt ſerpentibus vt omne venenum qḋ
infuderant reuocarent. ⁊ poſtmodum ad lo
ca ſolitaria redirent. Maiores autē crucia-
tus magi ſenſerūt. cum venena ſerpētes re-
traherent q̄ cum ante carnes comederent.
Quibꝰ apoſtoli dixerūt. Tribus diebus do-
lores ſentietis. tertia vero die ſani eritis. vt
vel ſic a veſtra malicia recedatis. Cum ergo
tribus diebus ſine cibo ⁊ potu ac ſomno do-
loribꝰ nimiū cruciati māſiſſent apoſtoli veni
entes ad eos dixerūt. Nō dignat dñs habe-
re coacta ſeruicia. ideoqꝫ ſurgite ſani. ⁊ abi-
te habētes liberā facultatē faciēdi ꝙ vultis
Illi autēꝫ in malicia perdurantes ab eis fu-
gerūt. ⁊ pene cōtra eos totā babiloniā com-
mouerūt. Poſt hoc filia cuiuſdam ducis ex

ſtinam reſpicias.qꝛ ꝑ temptatiões oportet
te alterū iob demōſtrari.Sed cū humiliatꝰ
fueris veniā ad te:⁊ in gloriā priſtinā reſtitu
am te.Dic ergo ſi modo temptationē vis ac
cipere.aut in fine vite. Dicit ei euſtachius.
Domine ſi ita fieri oportet.modo nobis ac-
cidere temptatiões iube.ſed virtutē patien
tie tribue.Cui dominus Conſtās eſto.quia
gratia mea cuſtodiet animas veſtras. ſicqꝫ
dñs in celū aſcendit.⁊ euſtachius domū re
diens hec vxori ſue nunciauit. B Poſt
paucos igitur dies mors peſtifera cunctos
ſeruos ⁊ ancillas ipſius inuaſit ⁊ vniuerſos
occidit. Deinde poſt aliquot tempus omēs
equi ⁊ oīa eiꝰ pecora ſubito interierunt. qui
daꝫ aūt ſcelеſti eius depredationē videntes
⁊ per noctē in domū eius irruentes cuncta
que repererūt aſportarūt ⁊ domū totā auro
⁊ argento ⁊ rebꝰ alijs ſpoliarūt.Et ipſe cum
vxore ſua ⁊ filijs grās agēs nocte nudꝰ aufu
git.Qui ruborē verentes egiptuꝫ pergebāt
Totaqꝫ eius poſſeſſio per rapinam maloꝝ
ad nihilum eſt redacta.Rex autem totuſqꝫ
ſenatus pro magiſtro militū tam ſtrennuo
multū dolebāt eo ꝙ de eo nullū indiciū repe
rire poterāt .Cum autē iter agerent. appro
pinquauerunt mari ⁊ inuenientes nauē ſu-
per eam nauigare ceperūt.Vidēs autē dñs
nauis vxorē euſtachij ꝙ pulchra eſſet nimis
ipſam plurimū habere deſiderauit.Cū vero
tranſfretaſſent naulū ab eo exiebat.Nō ha
bentibus vero illis vnde ſoluerent iuſſit pro
naulo detineri vxorem volēs illam ſecū ha-
bere.qđ euſtachius audiuit nullatenꝰ aſſen
tire voluit.Diu vero eo cōtradicente innuit
dñs nautis ſuis vt eū i mare ꝑcipitarēt vt ſic
vxorem ſuaꝫ habere poſſet.Qđ cū euſtachi
us comperiſſet vxorem eis triſtis reliquit ⁊
duos infantes accipiēs ingemiſcēs ibat ac
dicebat.ve mihi ⁊ vobis.qꝛ mater veſtra ali
enigene marito tradita ē.ꝑueniēſqꝫ ad quē-
dam fluuiū ꝓpter aquaꝝ abūdantiaꝫ nō eſt
auſus cū duobus filijs fluuiū ꝑtrāſire ſꝫ vno
circa ripam fluminis relicto alterum tranſ-
portabat.Qui cū fluuiū tranſuadaſſet.illuꝫ
infantem quā baiulauerat ſuper terrā poſu
it.⁊ ad accipiendū aliū feſtinauit.Cū aūt cir
ca mediū fluminis ꝑueniſſet.ecce lupus cō-
citus venit ⁊ infantē quē depoſuerat rapiēs
in ſiluā aufugit.Qui de eo deſperās ad aliū
feſtinauit.ſed cū abiret.leo venit ⁊ aliū filiū
rapiēs abijt.Vñ eū ɔſequi nō valēs cū eſſet
in medio fluminis cepit plāgere.⁊ capillos
ſuos euellere volēs ſe in aquā ꝓijcere:niſi eū
diuina ꝓuidētia cōtinuiſſet.Paſtores autē
vidētes leonē puerū viuū portare eū cum ca
nibus inſecuti ſunt.Per diuinā aūt diſpen
ſationē leo puerum illeſuꝫ abijciēs receſſit.
Quidā inſuper aratores poſt lupū inclamā-
tes aliū puerū de eius faucibus incolumem
liberarūt.Vtriqꝫ vero.ſ.paſtores ⁊ aratores
de vno vico fuerūt ⁊ penes ſe pueros nutri
erūt.hoc vero euſtachius neſciebat. ſed me
rens ac plorās ibat dicēs.Heu mihi quia an
te vt arbor pollebam.ſed modo penitus ſuꝫ
nudatus.Heu me.qꝛ multitudine militum
circūdari ſolebam.ſed nūc ſolus remanens
nec filios ɔceſſus ſuꝫ habere.Memini dñe
te mihi dixiſſe.qꝛ oportet te temptari ſicut
iob.Sed ecce plus aliquid in me fieri video
Ille eniꝫ ⁊ ſi poſſeſſionibus nudatus fuerit
tamen ſtercus habuit ſuper quo ſedere po-
tuit.Mihi aūt nil horū remāſit.Ille amicos
ſibi compatientes habuit.ego immites fe-
ras habui que meos filios rapuerunt. Illi
vxor eſt relicta a me vero ablata.Da requiē
domine tribulatiōibꝰ meis ⁊ pone cuſtodiā
ori meo.ne declinet cor meū in verba mali-
cie ⁊ eijciar a facie tua.Et hec dicēs cum la
chrimis ad quendā vicū abijt ⁊ data ſibi mer
cede agros illorum hominū per annos quī
decim cuſtodiuit.Filij aūt eius in altero vi-
co educati ſūt nec ſe eſſe fratres ſciebāt Do
minus autē vxoreꝫ euſtachij ɔſeruauit. nec
illam ille alienigena cognouit.ſed potiꝰ eaꝫ
intactam dimittens vitam finiuit. C
Imperator auteꝫ ⁊ populus romanus plu-
rimū ab hoſtibus moleſtabantur .Et recor
datus placidi ꝙ ſtrennue cōtra ipſos hoſtes
ſepius dimicaſſet de eius ſubita mutatione
plurimū triſtabat.Dixerit multos milites ꝑ
diuerſas mundi partes.ꝓmittēs omnibus
qui euꝫ inueniſſent multas diuitias ⁊ hono
res.Duo autem ex militibus qui aliquando



placido miniſtrauerāt ad ipſum vicū in quo
degebat venerunt.Quos placidus de agro
veniēs ɔſiderās eos ex inceſſu ꝓtinus reco
gnouit.⁊ veniēs in memoriā dignitatis ſue
ꝑturbari cepit ac dicere Dñe ſicut iſtos q̇ ali
quādo mecū fuerūt ꝑter ſpem vidi ſic da:vt
aliquādo coniugē meā videre poſſim.Nam
de filijs ſcio ꝙ a feris comeſti ſunt .Venit
autē ad eū vox dicens.Confide euſtachi:qꝛ
cito honorē tuū recuperabis.⁊ filios ⁊ vxo-
rem recipies.Cuꝫ igit̄ militibus obuiaſſet
ipſi eū minime cognouerūt Cūqꝫ eū ſalutaſ
ſent.queſierunt ſi aliquē peregrinū noīe pla
cidum cū vxore ⁊ duobus filijs cognoſceret
Ille aūt ſe neſcire ꝓfeſſus eſt.Ad preces tñ
eius in hoſpitio ſuo diuerterūt. ⁊ euſtachiꝰ
eis ſeruiebat.⁊ recolens priſtinū ſtatū ſuuꝫ
lachrimas cōtinere non poterat. Egreſſus
autem foras ſuā faciē lauit.⁊ iterū rediens
eis ſeruiebat.Illi vero ɔſiderantes ad inui
cem dicebant.Quā ſimilis eſt homo hic illi
quē querimꝰ.Et reſpōdens alter dixit. Val
de quidē ſimilis eſt.Cōſideremus igitur ⁊ ſi
habet ſignū cicatricis in capite qđ ſibi in bel
lo accidit.⁊ ſi hoc habet ipſe eſt.Et reſpiciē-
tes ⁊ ſignū videntes.ipſum eſſe quem que-
rebant ꝓtinus cognouerunt. Et inſilientes
et oſculantes eum de vxore ⁊ filijs eius ſci-
ſcitati ſunt.Qui dixit eis ꝙ filij mortui eſ-
ſent ⁊ vxor detenta.Vicini aūt omnes qua-
ſi ad ſpectaculū concurrebāt.dū milites vir
tutem eius ⁊ primā gloriam predicabant .
Tunc milites preceptū impatoris ei expo-
nunt ⁊ optimis indumentis eū induūt. poſt
vero iter .xv.dierum ad imperatorē deuene
runt.Qui eius aduentum audiens ꝓtinus
eis occurrit.⁊ ipſum videns in oſcula eiꝰ ru
it.Narrauit quoqꝫ oībus cuncta que ſibi ꝑ
ordinē acciderant Statimqꝫ ad magiſteri
um militie trahitur.⁊ idem qđ prius officiū
exercere cōpellitur.Qui numeratis militi-
bus ⁊ paucos contra tot hoſtes eſſe cogno-
ſcens.iuſſit tyrones colligere per omnes ci
uitates ⁊ vicos.Contigit autem illā terraꝫ
ī qua filij eius educati ſunt deſcribi vt darēt
duos tirones.Vniuerſi autem eius loci inco
le illos duos iuuenes tanꝙ ceteris aptiores
magiſtro militū ɔſignarūt.Vidēs vero iu-
uenes elegātes ⁊ morū honeſtate cōpoſitos
cū ſibi plurimū placuiſſent inter primos cō-
uiuas ſuos ordinauit eoſdē. Et ſic ꝓfectus
ad bellū ſubiectis hoſtibus exercitū ſuū tri-
bus diebus in quodā loco vbi vxor ſua paup
hoſpita manebat requieſcere fecit. Illi vero
adoleſcētes in tabernaculo matris ſue mutu
dei hoſpitati ſunt.neſciētes tamē ꝙ mater
ſua eſſet.Et ſedētes circa meridiē ⁊ mutuo
cōfabulātes exponebāt ſibi inuicē de infan-
tia ſua.mater vero eorū cōtra ſedēs que ipſi
referebāt attētius audiebat.Dicebat enim
maior minori.Ego dū infans eſſeꝫ nihil ali
ud recolo.niſi ꝙ pater meus magiſter mili-
tū erat ⁊ mater mea ſpecioſa valde. Duoſqꝫ
filios habuerūt.ſ.me ⁊ alium minorem me
qui ⁊ ipſe ſpecioſus valde erat.Accipiēteſqꝫ
nos egreſſi ſunt de domo nocte.Ingreſſiqꝫ
ſunt nauē neſcio quo eūtes.Cū aūt de naui
egrederemur mater noſtra neſcio quomō
in naui relicta eſt.Pater vero noſter por-
tans nos duos flens pergebat. Perueniēſ
qꝫ ad quēdā fluuiū trāſiuit cū fratre meo mi
nore:⁊ me ſup ripā fluminis dereliquit. Cuꝫ
autem reuerteret̄ vt me acciperet lupus ve
nit ⁊ illū infantē rapuit.⁊ anteꝙ ad me ap-
propinquaret.⁊ leo de ſilua exiliens me ra-
puit ⁊ in ſiluā deduxit.Paſtores vero crue-
runt me de ore leonis. ⁊ nutritus ſum in il-
la poſſeſſiōe in qua ⁊ ipſe ſcis:⁊ nō potui ſci
re q̇d factū ſit de patre meo neqꝫ de infante
hec audiēs minor cepit flere ac dicere.Per
deū vt audio frater tuus ſum ego.qm̄ etiaꝫ
qui me educauerāt hoc dicebāt. quoniā de
lupo eruimus te.Et i amplexꝰ ruētes oſcu-
labantur ſeinuicem ⁊ fleuerunt. D Au-
diens hec mater eoruꝫ ⁊ conſiderans ꝙ euē
tum ſuum ita ſeriatim dixiſſent. diu apđ ſe
tractauit ſi illi filij ſui eſſent. Altera autem
die ad magiſtrum militum adijt.⁊ interpel-
lauit eum dicēs.Deprecor te vt me ad patri
am meā perduci iubeas Ego enim de terra
romanorū ſum.⁊ peregrina hic ſuꝫ.Et hec
dicēs vidit in eo ſigna mariti ſui.Et eū co-
gnoſcens cum ſe iam continere nō poſſet ꝓ
cidit ad pedes ſuos ⁊ ait.Precor te domine

vt exponas mihi priſtinam vitā tuā. Puto
enī ꝙ tu ſis placidus magiſter militum. qui
alio nomine diceris euſtachius quē placidū
ſaluator conuertit. qui talē ⁊ talē tēptationes
ſuſtinuit. ⁊ cui vxor q̄ ego ſum in mari abla-
ta fuit. que tñ ab omni corruptione ſeruata
ſum. qui ⁊ duos filios .ſ. agapitū ⁊ theoſpitū
habuit. Hec audiēs euſtachius ⁊ ipſam dili
genter cōſiderās vxorē ſuā recognouit ⁊ la-
chrimat⁹ pre gaudio ipſā oſculatus eſt. glo
rificans deū q̄ ꝯſolat̃ afflictos. Tūc dixit ei
vxor ſua. Dñe vbi ſūt filij nr̃i. Et ait. A feris
capti ſunt ⁊ expoſuit ei quō ꝑdidit illos. Et
illa grās agam⁹ deo. Puto enī ꝙ quēadmo
dū de⁹ donauit nobis vt inuenirem⁹ nos in
uicem donabit etiā recognoſcere filios no-
ſtros. Et ille. Dixi tibi ꝙ a feris capti ſunt.
Et illa. Heſterna die ſedens in orto audiui
duos iuuenes ſic ⁊ ſic ſuā infantiā exponētes
⁊ credo ꝙ filij noſtri ſint. interroga igit̃ ab
eis ⁊ dicēt tibi. Et ꝯuocās eos euſtachius ⁊
audiēs ab eis īfantiā ſuā recognouit ꝙ filij
ſui eſſent. Et amplectētes eos ipſe ⁊ mater
ſup eoꝝ colla plurimū fleuerūt. ⁊ crebri⁹ eos
oſculabant̃. Omnis igit̃ exercitus plurimū
gaudebat. ⁊ de inuentione eoꝝ ⁊ de victoria
barbaroꝝ. Cū igit̃ rediret cōtigit iam traya
num obijſſe ⁊ ſucceſſiſſe ei peiorē in ſceleri-
bus adrianū. Qui ꝓ victoria obtenta ⁊ inuē
tione vxoris ⁊ filioꝝ magnifice eos ſuſcepit
⁊ magnū conuiuiū preperauit. Altera aūt die
ad tēplū ydoloꝝ ꝓceſſit vt ibi ſacrificaret ꝓ
victoria barbaroꝝ. Uidens vero īperator ꝙ
euſtachius nec ꝓ victoria nec ꝓ inuentione
ſuorum ſacrificare vellet hortabat̃ vt ſacrifi
cium immolaret. Cui euſtachius. Ego xp̄m
deum colo ⁊ illi ſoli ſacrifico. Tunc impera
tor ira repletus ip̄m cū vxore ⁊ filijs in are-
na ſtatuit. ⁊ leonē ferocē ad eos dimitti fecit
Accurrēs vero leo ⁊ dimiſſo capite quaſi eos
adorās ab eis humiliter receſſit. Tunc im-
perator bouē eneū incēdi fecit. ⁊ eos ibidem
viuos īmitti mādauit. Orātes igit̃ ſancti et
ſe dño cōmēdantes bouē intrauerūt. ⁊ ibidē
dño ſpiritum reddiderūt. Tertia autem die
de boue corā imperatore extracti. ita penit⁹
intacti inuenti ſunt ꝙ nec capillos: nec quic
quid coꝝ vapores incendij aliquatenus con
tigerūt. Chriſtiani vero eorum corpora tu-
lerūt. ⁊ in loco celeberrimo recōdētes ibidē
oratoriū cōſtruxerūt. Paſſi ſunt autem ſub
adriano qui cepit circa annū domini. cxx. ka
len. nouēbris. vel ſm̄ quoſdā. xij. kal̃. octob.

## ¶ De omnibus ſanctis. clv

A Omniū ſanctorū feſti-
uitas quattuor de cauſis inſtitu
ta fuiſſe videt̃. Primo propter
cuiuſdā templi dedicatōez. Se
cundo ꝓpter omiſſoꝝ ſuppletionez. Tertio
ꝓpter negligētiaꝝ expiationē. Quarto pro-
pter faciliorē orationū noſtrarū impetratio
nem. Primo igit̃ inſtituta eſt ꝓpter cuiuſ-
dam tēpli dedicationē. Romani enī cum vni
uerſo orbi dñarent̃ quoddā tēplū maximum
cōſtruxerūt. in cuius medio ſolū ydolū collo
cātes. oīm ꝓuinciaꝝ ſimulachra ꝑ circūitum
ſtatuerūt reſpiciētia rectis vultibus ydolum
romanoꝝ. Si qñ aliqua ꝓuincia rebellaret.
cōtinuo vt aiūt arte diabolica illius ꝓuincie
ſimulachrū ydolo romanoꝝ poſteriora volue
bat. tanq̄ innuens ꝙ ab ei⁹ dñio receſſiſſet.
Cōciti igit̃ romani ad illā ꝓuinciā copioſuz
exercitū deſtinabāt. ⁊ ipſam dñio ſuo ſubiu-
gabāt. Uerū nō ſuffecit romanis ꝙ oīm ꝓuin
ciarū ſimulachra in vrbe ſua haberent. quin
potius fere ſingulis dijs ſingula tēpla ꝯſtru
xerūt tanq̄ q̄ eos cunctarū ꝓuinciarū victo-
res ⁊ dños effeciſſent. Sz q2 oia ydola tēplū
ibidē habere nō poterāt. ad maiorē ſue veſa
nie oſtēſionē vnū templū ceteris mirabili⁹ et
ſublimius in honorē deoꝝ oīm erexerunt. ⁊
pantheon qđ ſonat toti dij vocauerūt. a pan
qđ eſt totū ⁊ theos de⁹. Pōtifices enī ydolo
rū ad maiorē ppl̄i deceptionē finxerūt ꝙ ſibi
a cibele. quā oīm deoꝝ mr̄em vocabāt fuerit
imperatū vt ſi de oīb⁹ gentib⁹ vellēt victoriā
obtinere. filijs ſuis tēplū magnificū fabrica
rent. Fundamētū aūt ipſius tēpli ſpericū ia
cit̃ vt ex ipſa forma deoꝝ eternitas demon-
ſtret̃. Sz q2 latitudo teſtitudis inſuſtētabil̃
videbat̃ cū ſupra terrā in edificio aliquātulū
ꝓceſſiſſent. totū intus terra replebāt ſil vt di
cit̃ cū terra denarios iaciētes. ⁊ ſic fecerunt



quoſq3 ꝑdictū templū eſt mirabiliter ꝯſum-
matū. Tūc data licentia: vt quicūq3 terram
aſportare vellet. tota quā in ipſa terra inue-
niſſet pecunia ſua eēt. feſtine turba ꝓperat
⁊ ip̄m templū cito euacuat. Deniq3 romani
pinnā eneā ⁊ deauratā fabricāt ⁊ in ſummi-
tate collocāt. Aiūt ꝙ ꝙ in hac oēs ꝓuincie
mirabiliter ſculpte erāt: ita vt quicūq3 romā
veniſſet viſus quo eēt ſua ꝓuincia ſcire poſ-
ſet. Hec aūt ꝑcedēte tpe deinde cecidit. vnđ et
in ꝑdicto tēplo in ſummitate aptura remāſ
ſit. Tpe igit̃ foce imꝑatoris cū iamdudū ro
ma fidē dñi recepiſſet bonifaci⁹ papa quar-
tus a magno gregorio circa ānos dñi. dcv.
ꝑdictū tēplū a foca ceſare īpetrauit ⁊ oium
idoloꝝ eliminata ſpurcitia ip̄m templū. iiij.
ydus maij in honore beate marie ⁊ oīm mar
tirū ꝯſecrauit. ac locū ſancte marie ⁊ mar-
tires appellauit: q̄ nunc ſctā maria rotūda a
ppl̄o appellat̃. Nondū enī ꝯfeſſorū ſolēnia
ab eccleſia agebātur. Sed q2 ad hoc feſtum
multitudo maxima ꝯfluebat: ⁊ ꝓpter defe-
ctū victualiū celebrationi vacare nō poterāt
ideo quidā papa greg. hoc feſtū in kal̃. nouē
bris qñ maior victualiū copia videt̃ eſſe. meſ
ſibus ⁊ vindemijs celebratis fieri inſtituit.
ac ꝑ vniuerſuz mūdū hūc diē in honore oīm
ſctorū celebrari ſolēniter ordīauit ⁊ ſic tēplū
qđ fabricatū fuerat oibus ydolis. nūc dedi-
catū eſt oibus ſanctis. ⁊ vbi multitudo cole
bat̃ ydolorū ibi deuote laudat̃ mltitudo ſctō
rum. B Scđo inſtituta eſt ꝓpter omiſ-
ſorū ſuppletionē. Nos enī multos ſanctos
omiſimus de quibus nullā feſtiuitatez ſiue
etiā memoriā fecimus. Nō enim poſſumus
oīm ſanctorū feſta agere. tū ꝓpter ſanctorū
multiplicitatem. quia multi ⁊ quaſi infiniti
ſunt. tum ꝓpter noſtraz infirmitatem q2 in
firmi ⁊ debiles ſumus. nec ad hoc ſufficere
poſſemus. tum propter temporis breuitatē
quia etiam tempus non ſufficeret. Nam ſi-
cut ait hieronimus in quadam epiſtola que
ſuo kalēd. preponit̃. Null⁹ dies eſt excepto
die kalēd. ianuarij. qui nō intra quinq3 mili
um martirū numerū reperiri poſſit aſcript⁹
Ideoq3 eccleſia rationabiliter ordinauit. vt
quia omnium ſanctorum ſingulariter feſta
facere non poſſumus. ſaltē omnes genera-
liter ⁊ inſimul honoremus. Quare aūt inſti
tutum ſit. vt feſtiuitates ſanctorū in terris
agamus. magiſter guillermus altiſiodoren
ſis in ſumma de officio ponit ſex rationes.
Prima eſt ꝓpter honorē diuine maieſtatis
Cū enim ſctis honorē impēdim⁹ deū in ſan
ctis honoram⁹. ⁊ ip̄m in eis mirabilē predi-
camus. q2 q̄ ſanctis honorē tribuit illū ſpā-
liter honorat q̄ eos ſanctificauit. Scđa eſt ꝓ
pter auxiliū noſtre infirmitatis Quia enim
per nos ſalutē habere non poſſumus. Ideo
ſanctorū interceſſionib⁹ indigemus. a q̄bus
vt adiuuari mereamur. merito ipſos hono-
rare debemus. Legit̃ enī. iij. Reg. i. ꝙ berſa-
bee ꝙ interpretatur puteus ſacietatis. i. ec-
cleſia triūphans. filio ſuo. i. eccleſie militan
ti regnuz ſuis precibus obtinuit. Tertia eſt
ꝓpter augmentū noſtre ſecuritatis vt. ſ. per
ſanctorum gloriam que nobis in eorum fe
ſtiuitate ꝓponit̃. noſtra ſpes ⁊ ſecuritas au
gmentetur Si enī hoies mortales nobis ſi
miles potuerūt. ita per ſua merita ſublima
ri conſtat ꝙ nos ſimiliter poterimus cū ma
nus domini abbreuiata nō ſit. Quarta eſt ꝓ
pter exemplū noſtre imitationis. Cum eñ
eorum feſtiuitas recenſetur. ad eorum imi-
tationem prouocamur. vt ſcilicet eorum ex
emplo terrena contemnamus: ⁊ celeſtia de
ſideremus. Quinta eſt ꝓpter debitum mu-
tue viciſſitudinis. Sancti enim de nobis in
celo feſtum faciunt. Gaudium enim eſt an-
gelis dei ⁊ animabus ſanctis ſup vno pec-
catore penitentiam agente. Ut igitur eis vi
ciſſitudinem rependamus. iuſtū eſt. vt q2 ip
ſi de nobis feſtū agunt in celis. ⁊ nos de ip-
ſis feſtum agamus in terris. Sexta eſt pro
pter ꝓcurationē noſtri honoris. Cū enī ſan
ctos honoramus tūc noſtrā rem agim⁹ ⁊ no
ſtrum honorē procuramus. quia corū feſti-
uitas eſt noſtra dignitas. Nam cū honora-
mus fratres noſtros honoramus noſipſos
charitas namq3 omnia facit eſſe cōmunia.
omnia quidez noſtra ſunt celeſtia terreſtria
⁊ eterna. C Preter autē has rationes
ponit alias rationes iohānes damaſce. lib.
iiij. cap. vij. quare ſcilicet ſancti ⁊ pariter coꝝ

coꝛpa ſiue eoꝛum reliquie debeāt honoꝛari.
Quarū quedā ſumūtur q̄tū ad eoꝛū dignita
tem. quedā q̄tū ad coꝛpoꝝ ipſoꝛū preciosita
tem. Dignitas aūt eoꝛū. vt ibidē dicit qua-
druplex eſt. Quoniā ipſi ſunt amici dei. filij
dei. heredes dei: ꝛ duces nr̄i. Et ponit iſtas
auctoꝛitates. De pꝛimo Johannis. xv. Jam
nō dicā vos ſeruos. ſed amicos ꝛc. De ſcd̄o
Johānis. i. Dedit eis poteſtatē filios dei fi-
eri. De tertio. Roma. viij. Si aūt filij ꝛ here
des ꝛc. De quarto ſic dicit. quātū laboꝛares
vt ducē inuenires qui moꝛtali te regi addu-
ceret: ꝛ p te ad ip̄m ſermonē faceret Duces
igitur totius generis humani q̄ ad deuꝫ p
nobis interpellationē faciūt nōne honoꝛan
di ſunt. Utiqꝫ quidē honoꝛādi ſunt. templa
erigētes deo. ꝛ eoꝛū memoꝛiam venerātes.
Alie ſumuntur q̄tū ad coꝛpoꝛū ipſoꝛū preci
oſitatē. Et ponit idē Damaſce. iiij. ꝛ Augu-
ſtinus addit quintā p quas manifeſtat̄ pre-
cioſitas coꝛpoꝛū: ſiue reliquiarū ſanctoꝛum
Jpſa eñ ſanctoꝝ coꝛpoꝛa fuerūt promptua
rium dei: templū chꝛiſti. alabaſtruꝫ ſpūalis
vnguēti: fontes diuini: ꝛ oꝛganū ſpūſſancti
Pꝛimo eñ fuerūt pꝛomptuariuꝫ dei. Unde
dicit. Hi eñ pꝛomptuaria dei pura cenacu-
la facti ſunt. Secūdo templū xp̄i vnde ſequi
tur. Qm̄ p intellectū in coꝛpoꝛib⁹ coꝝ habi-
tauit deus vt ait apl's. Neſcitis quoniā coꝛ
poꝛa veſtra tēplū inhabitātis in vobis ſpūſ-
ſancti ſunt. deus aūt ſpūs eſt. Qualiter igit̄
nō honoꝛāda aīata dei templa ꝛ aīata dei ta
bernacula ꝛc. De hoc etiā Chꝛiſoſtom⁹. Ho
mo in edificatiōe parietū delectat̄. de⁹ aūt i
cōuerſatōe ſanctoꝝ Uñ ps. Dñe dilexi deco
rem dom⁹ tue. Quē decoꝛē. Nō quē diuerſi-
tas marmoꝛū ſplēdentiū facit. ſed quē pſtat
varietas vnctiū gratiarū. Jlle decoꝛ carnē
delectat. iſte viuificat aīam. ille p tempoꝛe
deijcit ꝛ decipit oculos. iſte autem imperpe
tuum edificat intellectū. Tertio alabaſtruꝫ
ſpūalis vnguēti. Unde ait. Unguentū boni
odoꝛis ex ſe manans ſanctoꝝ reliquie tribu
entes ꝛ nullus hoc diſcredat. Si enim ex ru
pe ꝛ firma petra aqua in heremo emanauit
ꝛ ex maxilla aſini ſamſoni ſitienti aqua vene
rat. multo potius ex martirum reliquijs vn
guentum bene olens emanare incredibile
nequaq̄ eſt ſitientibus diuinam virtutem ꝛ
ipſoꝛū ſanctoꝛū honoꝛē. Quarto fontes di-
uini. Unde ait. Jſti venientes in veritate cuꝫ
libera preſentia deo aſſiſtūt. Fontes nobis
ſalutares dñatoꝛ xp̄us ſanctoꝝ ſuoꝛū pbuit
reliquias multifoꝛmia beneficia irrigātes.
Quinto oꝛganū ſpūſſancti. Hāc rationē aſ-
ſignat Auguſtinus i libꝛo de ciuitate dei di-
cens. Nō ſunt contemnēda. ſed plurimū re
uerenda ſanctoꝝ coꝛpoꝛa. quib⁹ dñ adhuc vi
uerent ſpūſſanctus quaſi quibuſdā oꝛganis
ad oē opus bonū vſus eſt. Unde apl's. An ex
perimentū queritis eius q̄ in me loquit̄ xp̄s
Et de ſtephano dicit̄ q̄ nō poterāt reſiſtere
ſapientie ꝛ ſpiritui q̄ loquebat̄ ꝛc. Jtē Amb.
in exameron. Hoc eſt pcioſiſſimū q̄ homo
diuine vocis ſit oꝛganū. ꝛ coꝛpalibus labijs
exprimit celeſte oꝛaculū. D Tertio inſti
tuta eſt ꝓpter negligentiarū expiationem
Lꝫ eñ paucoꝝ ſctoꝝ feſta agam⁹. adhuc tñ
iſta pauca negligēter ſepe agimus. ꝛ multa
ibidem per ignoꝛantiam. vel negligētiā ob-
mittimus. Si igit̄ in alijs ſolēnitatib⁹ ſctō-
ruꝫ quas egimus aliquid neglexim⁹ i hac
generali feſtiuitate ſupplere poſſumus ꝛ de
negligētia nos purgare valem⁹. Hec ratio
tangi videt̄ in ſermone qui hac die p eccl'ias
recitatur in quo ſic dicit̄ Decretuꝫ eſt vt hac
die ſanctoꝛū oīm memoꝛia habeat̄. vt q̄cq̄d
humana fragilitas p ignoꝛantiā: vel p negli
gentiam: ſeu per occupationē rei ſecularis
in ſolennitatibus ſanctoꝛū minus hñ pegiſ-
ſet in hac ſctā obſeruatione ſoluat̄. Notan
duꝫ autē q̄ quadruplex eſt differētia ſancto
rum noui teſtamēti. quos p anni circulū co
limus. ꝛ quos hodierna die iſimul recolim⁹
vt ea que negligēter fecim⁹ ſuppleam⁹. ſcilꝫ
apl'i. martires. cōfeſſoꝛes. ꝛ virgines. Et hi
ſcdm rabanū p quattuoꝛ mundi partes ſigni-
ficantur. Per oꝛientē apl'i. p meridiē mar
tires. per aquilonē confeſſoꝛes. per occiden
tem virgines. Pꝛia igit̄ differētia eſt apl'oꝝ
quoꝛū dignitas ꝛ excellentia manifeſtat̄ ex
eo q̄ omnes alios ſanctos in quattuoꝛ exce
dunt. Pꝛimo in pꝛeeminentia dignitatis.
Jpſi enim ſunt ſapiētes pꝛincipes eccl'ie. mi



litātis potētes aſſeſſoꝛes eterni iudicis. dul
ces paſtoꝛes dñici gregis Bern̄. Tales de-
cebat humani generis paſtoꝛes ꝛ doctoꝛes
conſtitui qui ꝛ dulces eſſent ꝛ potentes ꝛ ſa
pientes. Dulces ꝛ me blande ꝛ miſericoꝛdi-
ter ſuſciperēt. potētes vt foꝛtiter ꝓtegerēt.
ſapientes vt ad viā: ꝛ per viam ducerent: q̄
ducit ad ciuitatē ſupernā. Secūdo in pꝛe-
minentia poteſtatis. De quoꝛū ptātis pꝛe-
minentia ſic dicit auguſt. Apl'is deus dedit
poteſtatem ſup naturā vt eam curarent. ſu-
per demones vt eos euerterent. ſup elemē-
ta vt ea mutarent. ſup aīas vt ipſas a pctīs
ſoluerēt. ſup moꝛtē vt ip̄am cōtemnerēt ſu-
per angelos vt coꝛpus dñicum cōſecrarent
Tertio in pꝛerogatiua ſanctitatis. Uñ pꝛo-
pter eoꝝ maximā ſanctitatē ꝛ grām plenitu
dinē vita ꝛ ꝯuerſatio xp̄i i eis tāq̄ i ſpeculo
relucebat ꝛ cognoſcebat̄ i eis ſicut ſol in ſuo
ſplendoꝛe. ſicut roſa in ſuo odoꝛe. ſicut ignis
in ſuo caloꝛe. De hoc dicit chꝛiſoſt. ſup mat.
Miſit xp̄s apl'os quaſi ſol radios ſuos. qua
ſi roſa ſuauitatis ſue odoꝛē. quaſi ignis ſcin
tillas ſuas diſperſit. vt ſicut ſol i radijs ſuis
apparet. ſicut roſa in odoꝛib⁹ ſuis ſentit̄ ſi-
cut ignis in ſcintillis ſuis aſpicitur. ſic in il-
loꝛū virtutibus xp̄i potentia cognoſcat̄. hec
chꝛiſoſto. Quarto in efficacia vtilitatis. De
quoꝛū efficacia ſic dicit aug. loquēs de apl'is
Ex abiectiſſimis. ex imperitiſſimis ex pauciſ
ſimis nobilitant̄. illuminātur. multiplicant̄
dulciſſima eloquia pꝛeclariſſima ingenia co
pioſiſſima agmina. mirabileſqꝫ peritias au
toꝛū facundoꝛū atqꝫ doctoꝝ ſubiugant xp̄o.
Secūda differētia eſt martirū. quoꝛū digni
tas ꝛ excellētia māifeſtat̄: ex eo q̄ paſſi ſunt
multipliciter. vtiliter ꝛ ꝯſtāter. Multiplici
ter qm̄ preter martiriū ſanguinis paſſi ſunt
triplex aliō martiriū ſine ſanguine. De q̄ tri-
plici martirio dicit bern̄ Triplex eſt marti-
riū ſine ſanguine ſ. parcitas in vbertate quā
habuit dauid. largitas in paupertate. quaꝫ
exhibuit thobias ꝛ vidua. caſtitas in iuuen-
tute. qua vſu ꝫ eſt ioſeph in egypto. Scd̄m
aūt gregoꝛiū triplex ē martiriū ſine ſangui-
ne. ſ. patientia aduerſoꝛū. Unde dicit. Sine
ferro martires eſſe poſſumus ſi patientiaꝫ
in aīo veraciter cuſtodimus. Cōpaſſio affli
ctoꝛum. Unde dicit. qui doloꝛem exhibet in
alia neceſſitate. crucē poꝛtat in mente. Dile
ctio inimicoꝝ Unde dicit Ferre ꝯtumelias
odientē diligere. martiriū eſt in occulta co-
gitatōe. Secūdo vtiliter. que vtilitas ex par
te ip̄oꝝ martirū eſt oīm pctōꝛū remiſſio. me
ritoꝛū cumulatio ꝛ eterne glie pceptio Jſta p-
cio ſui ſanguis ſibi emerūt ꝛ iō coꝝ ſanguis
dꝛ pcioſus. i. pcio plen⁹. De pꝛimo ꝛ ſcd̄o di
cit auguſtinus de ciuitate dei. Quid eſt pꝛe-
cioſius q̄ moꝛs pꝛopter quā delicta dimittū
tur: ꝛ merita cumulantur. Jdem ſuper iohā
nem. Precioſus eſt ſanguis xp̄i ſine precio
fecit tamen ip ſe ſuoꝛum ſanguineꝫ pꝛecio-
ſum ꝓ quibus dedit ſanguinem in pꝛecium
Naꝫ ſi ſuoꝛū ſanguinē nō faceret pꝛecioſuꝫ
nō diceret̄ precioſa in conſpectu dñi ꝛc. Jtē
cipꝛian⁹. Martiriū eſt delictoꝛū finis ꝑi-
culi termin⁹. dux ſalutis ꝑacientie magiſter
domus vite. De tertio Bern̄. Tria ſunt que
moꝛtē ſanctoꝛū faciūt pcioſaꝫ. quies a labo-
re. gaudiū de nouitate ſecuritas de eternita
te. Ex parte noſtra duplex eſt vtilitas. quia
dati ſunt nobis in exemplar ad certandum
Criſo. Tu xp̄iane delicatus es miles. ſi pu-
tas te poſſe ſine pugna vincere. ſine certami
ne triūphare. Exerce vires foꝛtiter. dimica
attrociter. i plio iſto ꝯcerta. ꝯſidera pactum
ꝯditionē attēde. militiā noſce. pactū qd̄ ſpo-
pōdiſti. ꝯditionē quā accepiſti militiā cui no
men dediſti. Hoc eñ pacto cuncti pugnaue
runt hac ꝯditōe vniuerſi vicerūt hac militia
triūphauerūt. Hec criſoſto. Scd̄o dati ſunt
nobis in patronos ad auxiliandū. Adiuuāt
eñ nos ꝛ meritis ſuis ꝛ oꝛationibus ſuis.
De pꝛimo auguſtinus. O immenſa dei pie-
tas. martiruꝫ merita noſtra vult eſſe ſuffra
gia. Jllos examiat vt nos erudiat. Jllos cō
terit vt nos acquirat. illoꝛū cruciat⁹ noſtros
vult eſſe ꝓfectus. De ſecundo hieronimus
ꝯtra vigilantiuꝫ. Si apl'i ꝛ martires adhuc
i coꝛpe poſiti ſht oꝛare p ceteris. qñ de ſe ad
huc deberēt eſſe ſolliciti. q̄to magis poſt co
ronas victoꝛias ꝛ triumphos. Unus homo
moyſes impetrauit veniā a deo ſexcētis mi
lib⁹ armatoꝝ. Et ſtephanus paulo ꝛ mul-

tis alijs veniaʒ obtinuit. Sed poſtq̄ cū chri
ſto eſſe ceperūt multomagis poſſunt. Pau
lus apoſtolus .cclxxvi. ſibi dicit in naui aīas
condonatas. ⁊ poſtq̄ reſolutus cepit eſſe cū
chriſto multomagis poteſt. Tertio conſtan
ter Auguſtin᷒. Framea eſt anima martiris
ſplēdida charitate. acuta veritate dei pugnā
tis vibrata virtute que bella fecit. que cōtra
dicentiuʒ cateruas redarguendo ſuperauit.
percuſſit infeſtos. pſtrauit aduerſos. Item
chriſoſto. Torti torquētibus fortiores ſtete
runt ac lanientes vngulas laniata membra
vicerūt. E Tertia differētia eſt cōfeſſoꝝ
Quoꝝ dignitas ⁊ excellētia manifeſtatur ex
eo q̄ deū cōfeſſi ſunt tribus modis. ſ. corde
ore ⁊ opere. Confeſſio autem cordis nō ſuf
ficit ſine cōfeſſiōe oris. ſicut pbat chriſoſto.
quattuor rationibus ſuper matheum. Quā
tum ad primā ſic dicit. Radix confeſſionis fi
des eſt cordis. confeſſio auteʒ fructus eſt fi
dei. Sicut ergo quādiu radix eſt viua in ter
ra neceſſe eſt vt aut ramos pducat aut folia
Si autē non perduxerit ſine dubio intellige
q2 radix in terra ſiccata eſt. Sic q̄diu fides
cordis integra eſt ſemꝑ germinat ↄfeſſionē
in ore. Si autē cōfeſſio marcida fuerit oris.
intellige ſine dubio. q2 fides cordis eius iaʒ
ante ſiccata eſt. Quātū ad ſcḋaʒ ſic dicit. Si
tibi pdeſt corde credere ⁊ coraʒ hominibus
non confiteri ergo ⁊ infideli ypocrite confi
teri chriſtum prodeſt etiam ſi corde non cre
dat. Si aūt ille nihil pficit ſine fide cōfitēs
nec tu pficis credēdo ſine cōfeſſione. Quan
tum ad tertiā ſic dicit. Et ſi ſufficit chriſto q2
cognoſcis eū etiam ſi cōfeſſus eū non fuerꝭ
coram hominibus. ergo ⁊ tibi ſufficiat. quia
cognoſcit te chriſtus etiā ſi ↄfeſſus non fue
rit te coraʒ deo. Si aūt tibi nō ſufficit cogni
tio eius nec illi ſufficit cognitio tua. Quan
tum ad quartam ſic dicit. Si enim ſuffi
ceret tibi fides cordis cor tantūmodo tibi
deus creaſſet: nūc aūt ⁊ os tibi deus creauit
vt corde credas ⁊ ore ↄfitearis. Tertio con
feſſi ſunt deū ope. Qualiter autē quis deum
ope cōfiteaꝛ aut neget. oſtendit hieronim᷒
in originali ſuper illud confitentur ſe noſſe
deum dicēs. xp̄s eſt ſapiētia. iuſticia. veritas

ſanctitas ⁊ fortitudo. Negatur ꝑ inſipientiā
ſapientia. ꝑ iniquitatē iuſticia. ꝑ mendaciuʒ
veritas. per turpitudinē ſanctitas. ꝑ imbecil
litatem animi fortitudo. ⁊ quotiēſcūq; vici
mur vicijs atq; peccatis totiēs deum nega
mus. ⁊ ecōuerſo quotiens bene quid agim᷒
deum cōfitemur. Quarta differentia eſt vir
ginum. Quarum dignitas ⁊ excellētia ma
nifeſtatur. primo q2 ipſe ſunt ſponſe eter
ni regis. Ambro. Pulchritudinem quis pōt
maioreʒ exiſtimare decore eius q̄ amatur a
rege probaꝛ a iudice dedicaꝛ a deo ſemꝑ ſpō
ſa ſemper innupta. Secūdo q2 cōparanꝛ an
gelis Ambro. Virginitas ↄditionē humane
nature ſupgrediꝛ ꝑ quā homines angelis aſſo
ciantur. maior tn̄ eſt victoria virginuʒ q̄ an
gelorū. Angeli eñ ſine carne viuūt. virgines
vero in carne triūphant. Tertio illuſtriores
ſunt fidelibus vniuerſis. Unde cipriantus.
Virginitas eſt flos eccleſiaſtici germis. de
cus atq; ornamētū gratie ſpiritualꝭ. leta in
doles laudis ⁊ honoris. opus integruʒ atq;
incorruptuʒ dei imago. rurſus ad ſanctimo
niam dei illuſtrior portio gregis xp̄i. Quar
to q2 p̄feruntur ↄiugatis. Hec aūt excellen
tia quā habet virginitas reſpectu copule cō
iugalis patet ex multiplici cōparatione ad il
lam. Illa enim impregnat ventrē. iſta mētē.
Auguſtinus. Generoſius elegit in carne vi
tam iam imitari angloꝝ q̄ ex carne numeꝝ
augere mortaliū. Eſt aūt vberior felicior q;
fecunditas nō ventre graueſcere ſed mente
grādeſcere. Illa parturit filios doloris. iſta
filios gaudij ⁊ exultationis Aug. ipſa ↄtinē
tia nequaq̄ ſterilis ē: ſʒ fecūda mater filioꝝ
gaudioꝝ de marito te dn̄e. Illa filijs replet
terrā iſta celuʒ Hieronimus. Nuptie terrā
implent virginitas paradiſum. Illa autē eſt
multe ſolicitudinis iſta quietis Gilbertus.
Virginitas eſt curarū ſilētiū. pax carnis. re
demptio vicioꝝ. principatus virtutum. Illa
eſt bonū iſta melius Hieronimus ad pāma
chiū. Tantū eſt inter nuptias ⁊ virginitatē.
q̄tum inter nō peccare: ⁊ benefacere. immo
vt leuius dicā q̄tū inter bonū ⁊ melius. Illa
comparatur ſpinis. iſta roſis Hiero. ad eu
ſtachiū. Laudo nuptias. ſʒ q2 mihi virgines



generant. lego de ſpinis roſam. de terra au
rum de conca margaritā. Quinto q2 multꝭ
gaudent priuilegijs. ipſe nāq; virgines coro
nam aureolā habebūt. canticū nouū ſole cā
tabunt. veſtimētis eiſdē cum xp̄o gaudebūt
poſt ipſum agnū ſemper ambulabunt. F
Quarto ⁊ vltimo inſtituta eſt pꝑter facilio
rem orationū noſtrarū impetrationem. vt ſi
cut omnes ſanctos vniuerſaliter hac die ho
noram᷒ ſic ⁊ ipſi omnes p nobis inſimul in
tercedāt. vt ſic dei miſericordiā facilius im
petremus. Si eñ impoſſibile eſt multoꝝ p̄
ces nō exaudiri conſtat. q2 impoſſibile valde
erit oīm ſanctoꝝ p nobis orantiū preces nō
exaudiri. Hec rō in oōne tangiꝛ cū dicitur.
Deſideratā nobis tue ppiciationis abundā
tiam multiplicatis intercesſoribus largia
ris. Intercedūt eñ ſancti p nobis merito ⁊
affectu. Merito dum nobis eoꝝ merita ſuf
fragantur. Affectu dum vota noſtra cupiūt
adimpleri qđ tamē nō faciūt. niſi voluntate
dei adimplēda didicerint. Qđ aūt in hac die
oēs ſancti ad intercedēdū vniuerſaliter p no
bis cōueniāt. oſtendiꝛ in quadaʒ viſione que
ſequēti anno ab huius ſolēnitatis inſtitutio
ne contigiſſe narraꝛ. Cum eñ in hac die cu
ſtos eccl'ie ſancti petri ex deuotiōe oīa alta
ria circūiſſet. ⁊ oīm ſanctoꝝ ſuffragia implo
raſſet. ⁊ demū ad altare ſancti petri rediſſet
ibi paululū conquiēſcēs extra ſe rapitur. Et
ecce vidit regē regū in ſublimi ſolio cōſiſten
tem. ⁊ omēs angelos in eius circūitu cōmo
rantes. Tūc virgo virginū in diademate p̄
fulgenti aduenit quā innumerabilis multi
tudo virginū ⁊ cōtinentiū ſequebatur. Huic
rex ptinus aſſurrexit. ⁊ poſito ſolio iuxta ſe
ſedere fecit. Poſt hoc aduenit quidā veſtit᷒
pilis cameloꝝ quem ſequebaꝛ multitudo ve
nerabilium ſenioruʒ. Deinde aduenit ⁊ ali᷒
pōtificali habitu decoratus quē aliquoꝝ co
hors in habitu cōſimili ſequebatur. Poſtea
vero pceſſit innumerabilis multitudo mili
tum. Poſt quos aduenit turba diuerſarum
gentiū infinita. Omnes igitur ante regꝭ ſo
liū aduenerūt. ⁊ ipſum flexis genubus ado
rauerūt. Iſ aūt q̄ in pontificali habitu erat
matutinas ceteris pſequētibus inchoauit.

Angelus aūt q̄ predictū cuſtodē ducebat ei
dem viſionē expoſuit. aſſerēs virginē in pri
ma acie matrē dei eſſe. veſtitū de pilis came
lorum iohānē baptiſtā cū pr̄iarchis ſimul et
pphis. pontificali ornatū habitu. petrū cuʒ
ceteris apl'is. milites martires. turbaʒ reli
quā confeſſores. Qui iō oēs ante regē vene
rūt. vt p honore ſibi hac die a mortalibus ex
hibito grās agerēt. ⁊ pro orbe vniuerſo ora
rent. Deinde ad locū aliū ipſum duxit. ⁊ vtri
uſq; ſexus homines alios in ſtratis aureis.
alios in mēſis gaudentes diuerſis delitijs.
alios nudos. ⁊ inopes auxiliuʒ mendicātes
oſtendit. Dixit aūt hūc locū purgatoriū eſſe.
abundātes vero animas illa eſſe quibus ab
amicis ꝑ multa ſuffragia copioſe ſubuenie
batur. egētes vero eſſe quoꝝ cura nullaten᷒
habebaꝛ. Iuſſit ergo vt oīa iſta ſummo pon
tifici intimaret. vt poſt feſtū oīʒ ſanctoꝝ diē
ſtatueret aīarū. vt ſaltē gn̄alia ſuffragia pro
illis illa die fierent. qui ſpecialia habere ne
quirent. clviij A

¶ De cōmemoratōe oīm fideliū defunctoꝝ

Commemoratio om
niū fideliuʒ defunctoꝝ hac die
in eccl'ia fieri inſtituta eſt vt ge
neralibus beneficijs adiuueꝛ
qui ſpecialia habere nō preualent. ſicut in p̄
dicta reuelatione monſtratuʒ eſt. Ait quoq;
petrus damiani q̄ ſanctus odolio cōperiēs
q̄ apud vulcanum ſicilie crebro voces. ⁊ vlu
latus demonū audiebantur plangentium q̄
anime defunctoꝝ ꝑ elemoſinas ⁊ orationes
de coꝝ manibus eripiebantur. in ſuis mona
ſterijs ordinauit. vt poſt feſtū oīm ſanctoruʒ
fieret cōmemoratio defunctorū q̄ fuit poſt
ab omni eccleſia approbatū. De duobus aūt
hic ſpecialiter videri poteſt. Primo de ipſis
purgandis. ſecūdo de eorum ſuffragijs. Cir
ca primū tria videnda ſunt. Primo qui ſunt
illi qui purgantur. Secūdo ꝑ quos purganꝛ
Tertio vbi purganꝛ. Illoꝝ aūt qui purganꝛ
tria ſunt genera. Primi q̄ ſatiſfactione ſibi
iniūcta nōdū cōpleta decedūt. Uerūtñ ſi tan
tā haberent cordis cōtritionē. que ſufficeret
ad delendū peccatū liberi ad vitam trāſirēt.

etiã ſi ſatiſfactõem minime cõpleſſent.qꝛ cõ
tritio eſt maxima pro peccatis ſatiſfactio et
maxima peccati deletio. Hiero.Apud deuȝ
non tam valet menſura tp̃is ꝙ̃ doloris:nec
tã abſtinentia ciboꝝ ꝙ̃ mortificatio vicioꝝ
Sed qui non adeo conteruntur ⁊ ante com
pletionẽ penitentie moriuntur.igne purga⸗
torij grauiſſime puniuntur.niſi forte coꝝ ſa
tiſfactio ab aliquibus caris ſuis perficiẽda
aſſumatur.Ad hoc tamen ꝙ predicta cõmu
tatio valeat quattuor requirũtur.Primum
eſt ex p̃te cõmutãtis.ſcȝ eius auctoritas.qꝛ
de ſacerdotis auctoritate debet fieri. Scdȝ
eſt ex p̃te illius ꝓ quo fit cõmutatio.ſcȝ ei⁹
neceſſitas.quia in tali ſtatu debet eſſe ꝙ per
ſe ſatiſfacere nõ valeat.ſȝ adiuuari indigeat
Tertium eſt ex parte illius in quem fit com
mutatio.ſcȝ charitas.qꝛ neceſſe eſt ipm̃ eſſe
in charitate que faciat ipſam ſatiſfactõeȝ eſ
ſe meritoriam ⁊ ſatiſfactoriam. Quartũ eſt
ex parte pene.ſcȝ debita proportionabilitas
vt videlicet minor pena cõmutet̃ in maioreȝ
qꝛ plus ſatiſfacit deo pena ꝓpria ꝙ aliena.
Est enĩ triplex pena.ſcȝ ꝓpria ⁊ voluntaria.
⁊ hec maxime ſatiſfacit.Secũda eſt ꝓpria et
nõ voluntaria que eſt in purgatorio.Tertia
eſt voluntaria ſed nõ propria. ſicut eſt in pre
dicta cõmutatione.⁊ hec minus ſatiſfacit ꝙ̃
prima ex eo ꝙ nõ eſt propria.⁊ magis ꝙ̃ ſe⸗
cũda.ex eo ꝙ eſt volũtaria.Verũtamẽ ſi iſte
ꝓ quo ſatiſfactio ẽ aſſumpta decedit.nihilo⸗
minus tamen in purgatorio cruciatur.ſȝ tñ
ꝑ penã quã ipſe ſuſtinet.⁊ ꝙ̃ alij ꝓ eo ſoluũt ci
tius liberat̃.qm̃ dñs:⁊ penã ſuã:⁊ penã illoꝝ
in ſortẽ computat.Unde ſi debuit in purga⸗
torio penam duorum menſium ſuſtinere ta⸗
lis ſic poterit iuuari ꝙ liberabitur vno men
ſe.Nunꝙ̃ tamen inde eripitur quouſqȝ debi
tum ſit ſolutum.Quo ſoluto illud quod ſol⸗
uitur deinceps eſt ipſius qui facit: et in ſinũ
eius conuertitur.⁊ ſi ipſe non indiget.cõuer
titur in ſinũ eccleſie.vel valet alijs qui in pur
gatorio ſunt. Secundi qui in purgatorium
deſcendunt.ſunt qui ſatiſfactõeꝫ q̇dã iniũctã
compleuerunt.ſed tamen ad illã penã igno⸗
rantia.vel negligentia ſacerdotis non fuit
ſufficiens.Ubi enim niſi magnitudo contri⸗
tionis ſuppleat totũ in purgatorio comple
bunt.qđ minꝰ in hac vita fecerũt. Deus enĩ q̇
modos ⁊ mẽſurã peccatoꝝ ⁊ penaꝝ nouit ad
dit ꝑ penã ſufficiẽtẽ ne aliqđ peccatũ ĩpunitũ re
maneat.Unde penitẽtia iniũcta aut eſt maior
aut equalis.aut mior.Si maior tũc illud qđ
plus fecerit cedit ei ad augmẽtũ glorie. Si
equalis tunc ſufficit ad dimiſſionem totius
culpe.Si minor tunc illud qđ reſtat ſupplet̃
ex virtute diuine iuſticie.De his vero qui in
fine penitent:audi quid auguſtinus ſentiat.
Baptizatus ad horã ſecurus hinc exit. fide
lis bene viuens ſecurus hinc exit.agens pe
nitentiã.⁊ recõciliatus cũ ſanus eſt ſecurus
hic exit.agens penitentiam ad vltimũ.⁊ re⸗
cõciliatus.ſi ſecurus hic exit.ego nõ ſum ſe⸗
curus.Ergo tene certum.⁊ dimitte incertũ
Hec autem ideo dicit Auguſtinus. qꝛ tales
conſueuerunt potius penitere ex neceſſita⸗
te ꝙ̃ ex voluntate.potiꝰ timore pene:ꝙ̃ amo
re glorie. Tertij qui in purgatorium deſcen
dunt.ſunt qui lignum fenum.⁊ ſtipulam ſe⸗
cum ferunt.qui ſcȝ circa ſuas diuitias.infra
tamen deum carnali tenentur affectu.Affe⸗
ctiones enĩ carnales:quibus dediti ſunt do
mibus.coniugibus.poſſeſſionibus.ita tamen
vt nil deo ꝑponant illis tribus ſignificantur
Qui ſm̃ ſuos amãdi modos:vel diutius.vt
lignũ.vel minus.vt fenũ.vel minimuȝ. vt ſti
pula cremabunt̃.Qui ignis.vt dicit Aug.et
ſi eternus non ſit.miro tñ modo eſt grauis.
Excellit enĩ oẽm penã quam vnꝙ̃ paſſus eſt
aliquis in hac vita. Nunꝙ̃ in carne inuenta
eſt tanta pena.licȝ mirabilia martires paſſi
ſint tormẽta. B Circa ſcđm ꝑ quos ſcȝ
purgant̃.ſciẽdũ ꝙ illa purgatio.⁊ punitio fit
ꝑ malos angelos ⁊ nõ ꝑ bonos.Boni enim
angeli nõ vexãt bonos.ſȝ boni malos.⁊ ma
li bonos ⁊ mali malos.Hic tamen creden⸗
dum eſt.ꝙ boni angeli fratres.⁊ conciues ſu⸗
os frequenter viſitant.⁊ conſolantur.⁊ vt pa
tienter ſufferant.exhortantur.Habent etiã
aliud conſolationis remedium ex eo. ſcȝ ꝙ
certi gloriam futuraȝ expectant. Habẽt enĩ
certitudinem de gloria minorem tamen ꝙ̃
illi qui ſunt in patria.ſed maiorem ꝙ̃ illi qui
ſunt in via.Certitudo enĩ illoruȝ qui ſunt in



patria eſt ſine expectatione ⁊ timore. qꝛ nec
illam futuram expectant cum preſenteȝ ha⸗
beant.nec illaȝ decetero amittere formidãt
Certitudo autem illoꝝ qui ſunt in via econ⸗
trario eſt.Sed certitudo illoruȝ qui ſunt in
purgatorio medio modo eſt.Eſt enĩ cum ex
pectatione.quia ipſam futuram expectant.
ſed eſt ſine timore.quia cũ habeant liberũ ar
bitriũ confirmatum decetero ſe peccare nõ
poſſe cognoſcũt.Habẽt etiã aliam cõſolatio
nem quando pro ſe ſuffragia fieri credunt.
Forte tamen verius credenduȝ eſt ꝙ illa pu
nitio nõ fit per malos angelos.ſȝ diuina iu⸗
ſticia iubente ⁊ flatu eius ſuccedente.Circa
tertiũ vbi.ſcȝ purgantur.ſciendũ eſt ꝙ pur⸗
gantur in quodã loco iuxta infernum poſito
qui purgatoriũ dicitur ſm̃ poſitõeȝ plurimo
rum ſapientũ lȝ alijs videat̃ ꝙ ſit in aere.vel
in torrida zona.Sed tamẽ per diuinã diſpẽ⸗
ſationẽ diuerſa loca diuerſis animabus ali⸗
quando deputantur.⁊ hoc multiplici de cau
ſa.ſcȝ aut ꝓpter coꝝ leuẽ punitionem.aut ꝓ
pter corũ celeriorem liberationem.aut pro⸗
pter noſtrã inſtructioneȝ.aut propter culpe
in loco perpetrationem. aut propter alicuꝰ
ſancti orationem Primo propter eorum le
uem punitionem.ſicut aliquibus ſm̃ grego
rium reuelatum eſt animas quaſdam in vm
bra punitas eſſe.Secũdo ꝓpter eoꝝ celeri⸗
orem liberationem.vt ſcȝ poſſint alijs ſuam
indigentiã reuelare.⁊ ab eis ſuffragia pete⸗
re.⁊ ſic celerius de pena exire.Sicut legitur
ꝙ quidã piſcatores beati Theobaldi in au⸗
tumno fruſtũ magnũ glaciei pro piſce preſẽ⸗
diderũt:de quo magis ꝙ̃ de piſce gauiſi.ma
xime.qꝛ ep̃s dolore peduȝ laborabat. ipſam
glaciẽ eius pedibus ſuppoſuerũt.⁊ magnũ
ei refrigeriuȝ preſtabat.Quadam vero vice
de glacie hoĩs vocem audiuit.qui ab ep̃o ad
iuratus quis eſſet dicit. Sum quedam aĩa
que in hoc gelicidio pro peccatis meis affli⸗
gor.⁊ liberari poſſem ſi triginta miſſas ſine
interuallo triginta diebus cõtinuis diceres
Qui cum miſſarum medietateȝ dixiſſet.⁊ ſe
iam ad miſſam aliam preparaſſet diabolica
ſuggeſtione cõtigit.ꝙ fere oẽs hoĩes illius
ciuitatis inter ſe bella mouerẽt.Unde voca
tus epiſcopus ad ſedãdam diſcordiã ſacras
deponẽs veſtes miſſam illa die pretermiſit.
iterũ reincipiens ⁊ iam duas partes cõplẽs
exercitus magnus:vt videbatur ciuitatem
obſedit.⁊ compulſus miſſe officiũ intermi⸗
ſit.Et deinde reincipiens cũ oẽs miſſas vlti
ma excepta dixiſſet.⁊ vltimã incohare velleȝ.
tota villa.⁊ domus ep̃i.vt videbat̃ accẽſa eſt
Cui cum ſerui dicerẽt.vt miſſam intermitte
ret.ille dixit. Si tota villa cremari deberet
miſſam non dimitterem:qua celebrata gla⸗
cies ꝓtinus reſoluta eſt.⁊ ignis quẽ ſe vidiſ
ſe credebant tanꝙ̃ fantaſma receſſit ⁊ nullũ
dãnũ intulit.Tertio propter noſtram inſtru
ctionẽ.vt ſcȝ magnã penam poſt hanc vitaȝ
infligi peccantibus cognoſcamus. ſicut pa⸗
riſius cõtigiſſe legitur.Magiſter enĩ ſilo.vt
ait cantor pariſienſis quendã ſcolarẽ ſuũ ſo⸗
cium egrotantẽ obnixe rogauit.vt poſt mor
tem ad ſe rediret.⁊ ſtatum ſuum ſibi renũci⸗
aret.Poſt aliquot igitur dies ſibi apparuit
cum cappa de pergameno tota de ſophiſma
tibus deſcripta ⁊ intus flãma ignis tota cõ
tecta.Qui requiſitus a magiſtro q̇ſnaȝ eſſet
ait.Ille vtiqȝ ſum q̇ ad te redire ꝓmiſi. Qui
de ſtatu ſuo req̇ſitus ait.Hec cappa plus ſu
per me ponderat.⁊ plus me premit:ꝙ ſi vnã
turrim ſuper me habereȝ.⁊ eſt mihi data.vt
eã portẽ pro gloria quã in ſophiſmatibus ha
bui.porro flãma ignis qua cooperta eſt. pel
les ſunt delicate ⁊ varie quas ferebã.q̇ flam
ma me cruciat ⁊ exurit.Sed cũ magiſter il⸗
lam penã facilẽ iudicaret.dixit ei defunctus
vt manum extẽderet ⁊ ſic facilitatẽ ſue pene
ſentire poſſet. Cũqȝ manuȝ extendiſſet.ille
guttam vnã ſui ſudoris dimiſit. predicti ma
giſtri manuȝ quaſi ſagitta citius perforauit
ita ꝙ cruciatũ mirabileȝ ſenſit.⁊ ait. Talis
ſum totus ille igitur magiſter ex illius pene
acerbitate ꝑterritus ſeculũ deliberauit deſe
rere ⁊ religionẽ intrare.Unde mane ſcolari
bus cõgregat̃ hos verſus cõpoſuit.Linquo
coax ranis.cra coruis vanaqȝ vanis. Ad lo⸗
gicã pergo.que mortis nõ timet ergo.⁊ ſic ſe
culum deſerens ad religionem confugit.
Quarto propter culpe in loco perpetratiõeȝ
Sic aliquando ſm̃ auguſtinuȝ anime puni⸗

ıntur in locis in quibus deliquerũt.ſicut pa
tet p illud exemplũ quod recitat gregorius
in.iiij.dialogorũ.Quidã nãq; preſbiter du3
balneũ frequẽtaret. quẽdã virũ incognitu3
ad ſuũ obſequiũ p̃paratũ inuenit qui ſemper
ſibi ſedule miniſtrabat.Qui dũ quadã die.p
bñdictiõe.ꝛ laboris mercede quẽdam panẽ
bñdictũ ſibi exbiberet ille merens reſpõdit.
Mibi iſta quare das pater.Iſte panis ſan
ctus eſt.Ego aũt hũc manducare nõ poſſu3
Ego eñ aliqñ hui' loci dñs fui.ſ3 .p culpis
meis hic poſt mortẽ meã deputat' ſu3.Sed
queſo vt oĩpotẽti deo hũc pane3 .p peccatis
meis offeras.tũc aũt exauditũ cognoſce. cũ
huc ad lauandũ veneris.ꝛ me minime inue
ris.Preſbiter aũt p vnã hebdomadã ſaluta
rem .p eo quotidie obtulit hoſtiã.Et reuer-
ſus cũ iam minime inuenit. Quinto .pter
alicui' ſancti orõnẽ.Sicut legitur ꝙ ſctũs
patricius in quodã loco in terra quibuſdam
purgatoriũ impetrauit Cui' hiſtoriã poſt fe
ſtũ ſancti bñdicti repies. C Circa ſcõm
qđ eſt de ſuffragijs tria ſunt videnda.Primo
de ipſis ſuffragijs q̃ fiũt.ſcđo de his .p quib'
fiunt.Tertio de his p quos fiũt.Circa ſuf-
fragia que fiunt.Notandũ ꝙ quattuor ſunt
genera ſuffragioꝝ q̃ maxime defunctis pro
ſunt.ſc3 fideliũ ꝛ amicoru3 oratio. elemoſi-
narũ largitio.ſalutaris hoſtie imolatio.ꝛ ie
iunioꝝ obſeruatio.Qđ primu3 gen' ſuffra-
gioru3 ſc3 amicoꝝ oratio eis .pſit.p3 p exem
plum de paſcaſio.de quo gregorius in.iiij.li
bro dialogoru3 narrat ꝙ cum vir mire ſan-
ctitatis.ꝛ virtutis extiterit ꝛ duo tunc i ſum
mos pontifices electi fuiſſent.ſ3 tñ poſtmo
du3 in vnũ illorũ eccl'ia cõueniſſet.ipſe tamẽ
paſcaſius quaſi ex errore aliũ ſemp p̃tulit et
in hac ſñia vſq; ad mortẽ pmãſit Qui cũ eſ-
ſet defunctus.ꝛ dalmaticã feretro ſuppoſi-
ta demoniacus tetigiſſet.ſtatim ſanat' eſt.
poſt multũ v'o tpis cũ german' capuanus
epĩs balneũ.ob gratiã ſanitatis petiſſet .p̃di
ctũ paſcaſiũ diaconẽ ſtantẽ ꝛ obſequentem
inuenit.quo viſo vehemẽter extimuit. ꝛ qđ
illic faceret tantus vir inquiſiuit.Qui .p nul
la alia cauſa ſe in illo loco penali deputatu3
aſſeruit.niſi quia in illa tali cauſa plus iuſto
ſenſit.Et addidit dicẽs.Queſo te .p me dñ3
deprecare.Atq; i hoc cognoſces ꝙ exaudi-
tus ſis ſi huc rediẽs me non inueneris.Qui
cũ .p eo oraſſet.ꝛ illuc poſt paucos dies re-
diſſet p̃dictũ paſcaſiũ in loco eodẽ minime i
uenit.Petrus q; cluniacẽſis ait ꝙ cũ quidã
ſacerdos quotidie .p mortuis celebraret.ex
hoc apud epĩm accuſatus ab officio eſt ſuſpẽ
ſus.cũ aũt epĩs in magna ſolẽnitate p cimi-
teriũ ad matutinas pgeret ↄtra illũ mortui
ſurrexerũt dicẽtes Iſte epĩs nullas miſſas
nobis dat.inſup ſacerdotẽ noſtrũ abſtulit ſ3
certe niſi emẽdauerit morieť.Qui ꝛ ſacerdo
tem abſoluit.ꝛ libẽter .p mortuis decetero
celebrauit.Quã grate etiam ſint defunctis
orõnes viuorũ p3 p hoc.qm̃ quidã vt refert
cantor pariſienſis dũ per cimiteriũ trãſiret
ſemp pſalmũ.De .pfundis.dicebat .p defun
ctis.qui cũ ab inimicis p cimiteriũ fugiens
inſequeretur.continuo mortui ſurrexerunt
ꝛ vnuſquiſq; inſtrumentũ ſui officij i manu
habebat.ꝛ ſic ipm viriliter defenderũt ꝛ ini
micos territos fugauerunt.Quod vero ſm
genus ſuffragiorũ.ſc3 elemoſinarũ largitio
eis proſit.manifeſte haberi põt ex eo qđ in
libro machabeoꝝ legiť. qm̃ vir fortiſſimus
iudas collatione facta duodeci3 milia drag
mas argenti miſit hieroſolimam offerri ea
ibi pro peccatis mortuorũ iuſte ꝛ religioſe
de reſurrectione cogitans.quantũ etiã ele-
moſine defunctis valeant.colligitur p exem
plu3 quod narrat Gregorius in.iiij.lib.dia-
logorũ.Quidã nãq; miles ex corpe eductus
exanimis iacuit.Sed citius rediẽs que cu3
eo geſta fuerunt enarrauit. Aiebat namq;
ꝙ põs erat ſub quo niger ꝛ caliginoſus flu
uius ꝛ fetidus decurrebat. Trãſacto aute3
ponte amena erant prata odoriferis herba
rum floribus exornata.in quibus albatorũ
hominum cõuenticula eſſe videbãtur quos
varia ꝛ mira floru3 ſuauitatis ſatiabat. hec
vero erat in predicto ponte .pbatio vt quiſ-
quis iniuſtorũ vellet tranſire in tenebroſu3
fetentẽq; fluuiũ laberetur.iuſti vero ſecuro
greſſu ad amena loca peruenirẽt.Ibiq; quẽ
dam petrũ noĩe deorſum poſitũ magno fer
ri pondere ligatũ ſe vidiſſe aſſeruit.Qui dũ



requireret cur illic eſſet dictũ eſt ei.hec idcir
co patiť q2 ſi quid ei .p facienda vltione iube
batur.ad inferẽdas plagas plus ex crudeli-
tatis deſiderio q̃ obedientia ſeruiebat. Ibi
etiam quẽdam peregrinũ ſe vidiſſe fatebať
qui ad predictũ pontẽ veniens tanta eũ au-
ctoritate trãſiuit q̃nta hic ſinceritate vixit.
Alter vero ſtephanus nomie dũ trãſire volu
iſſet eius pes lapſus eſt.ꝛ ex medio corpore
iam extra põte3 deiectus eſt.Tunc a quibuſ
dam teterrimis viris ex flumine ſurgẽtib'
per coxas deorſũ atq; a quibuſda3 albatiſ ꝛ
ſpecioſiſſimis viris cepit per brachia trahi
ſurſum .Cumq; hec lucta fieret is qui vide-
bat ad corp' redebat.ꝛ qs in illo occulti arbi
tris examie obtinuerit ſcire non valuit .In
quo dať intelligi ꝙ in illo mala carnis cum
elemoſinaru3 largitiõe certabãt qđ enim p
coxas deorſu3.ꝛ per brachia trahebať ſurſũ
patet nimirũ. quia ꝛ elemoſinas amauerat
ꝛ carnis vitijs perfecte nõ reſtiterat. Quod
autẽ tertiu3 genus ſuffragioꝝ.ſ.ſacre hoſtie
immolatio. plurimu3 defũctis proſit ex mul
tis exẽplis appar3. Refert eñ gregorius in
iiij.libro dialogoꝝ ꝙ cum quidã monachus
ſuus nomie iuſtus ad extremũ veniẽs tres
ſe occl'tos aureos indicaſſet habere ꝛ de h i-
gemiſcẽs mortuus fuiſſet.precepit gregori'
fratribus. vt corpus eius cũ trib' aureis in
ſterquilinio ſepelirẽt dicẽtes. Pecunia tua
tecu3 ſit in perditionẽ. Tande3 cuida3 e fra
tribus gregori' precepit vt vſq; ad triginta
dies oĩ die .p eo hoſtiã imolaret qui cũ iuſſa
cõpleſſet is q̃ defunct' fuerat i die triceſimo
cuida3 fratri apparuit. quẽ frater requiſiuit
dicens quomodo es.Cui ille reſpõdit. Nũc
vſq; male fui.ſed etiã mõ bene ſu3. q2 hodie
cõiõnẽ recepi. D Hec aũt hoſtie imo-
latio nõ ſolũ mortuis. ſ3 etiã viuis plurimũ
.pfuiſſe inuẽta eſt.quidã nãq; cu3 in quada3
rupe argẽtu3 foderẽt.ſubito rupes cecidit ꝛ
fundit' cunctos extinxit.Unus aũt coꝝ ſub
tus inquodã ſinu ipſius rupis mortẽ euaſit.
inde tamẽ exire nõ valuit.Uxor aũt illi' eu3
defunctu3 exiſtimãs omñi die pro ipſo miſſa3
celebrari faciebat.ꝛ panẽ vinu3 ꝛ vrceũ vini
cũ cãdela quotidie offerebat. Cui diabol' in
uidens per tres dies cõtinuos eidem in for
ma humana apparuit ꝛ quo tenderet requi-
ſiuit.Cui cũ illa ſui itineris cãm exponeret.
ille aiebat.noli fruſtra vexari.quia iam miſ-
ſa celebrata eſt.ꝛ ſic illa tribus diebus miſ-
ſam intermiſit.nec ipam celebrari fecit. qui
dam aũt poſt hoc in predicta rupe argentu3
fodiẽs qñdã vocẽ audiuit de ſubtus dicẽte3
Plane percutias quia capiti meo imminet
magnus lapis.Cum aũt ille tremeret.ꝛ ad
hãc vocẽ audiẽdã plurimos cõuocaſſet.iteꝝ
fodit ꝛ ſimile3 vocẽ audiuit.Tũc oẽs .ppius
accedẽtes dixerũt qs eñ es tu.qui rñdẽs di-
xit.Plane faciatis.q2 magnus lapis quaſi
ſuper me cadit.qui a latere fodiẽtes ꝛ ad eũ
vſq; peruenientes eũ ſanũ ꝛ incolumen extra
xerũt.Et ſciſcitãtes quõ ibi tãdiu vixiſſet di
xit.ꝙ qualibet die panis vnus ꝛ vrceus vini
ꝛ candela accenſa.niſi tñ tribus diebus ſibi
oblatus fuit qđ vxor eius audiens ꝛ vehemẽ
ter exultãs.agnouit ꝙ de oblatione ſua fue
rit ſuſtentatus.ꝛ ꝙ diabolus eã decepit. ne
illis tribus diebus miſſam cantare fecerit.
Illud vt teſtatur petrus cluniacenſis accidit
in villa nomine ferraria gratinopolitãe dio-
ceſis.gregorius etiã refert ꝙ dũ quidã nau-
ta in mari naufragiũ pp̃eſſus fuiſſ3.ꝛ quidã
ſacerdos .p eo hoſtiã imolaſſet. Ipſe tãdẽ de
mare ſanus exiuit.Cũ aũt qualiter euaſiſſet
interrogareť.dixit.ꝙ dũ in medio maris exi
ſteret:ꝛ iam pene fatigatus deficeret.quidã
ad eũ venit.ꝛ panẽ quẽdã ſibi obtulit. quẽ cũ
ille comediſſet ſtatim cõfortatus vires rece
pit ꝛ in quadã naui inde trãſeunte receptus
fuit.Inuẽtũq; eſt ꝙ illa hora panem habuit
qua pro eo ſacerdos hoſtiã immolauit.qđ ve
ro quartũ ſuffragiorum genus ſc3 ieiunioꝝ
obſeruatio defunctis proſit.teſtatur grego-
rius agẽs tam de iſto q̃ de alijs tribus dicẽſ
Anime defunctoꝝ quattuor modis ſoluunť
aut oblatiõibus ſacerdotũ.aut precibus ſan
ctoru3 aut caroꝝ elemoſinis.aut ieiunio co-
gnatoꝝ.Ualet nihilominus pro eis peniten
tia facta ab amicis.vnde retulit quidã ſolẽ-
nis doctor ꝙ cũ queda3 mulier viro mortuo
de paupertate deſperaret: apparuit ei diabolus
dicẽs.ꝙ eã ditaret ſi ſuã faceret volunt ate3.

Cui ꝓmittendo primo iniunxit vt viros ec-
cleſiaſticos in ſuo hoſpitio receptos faceret
fornicare. Scđo ꝙ paupes in die recipet et
in nocte vacuos expelleret. Tertio ꝙ oratio
nes in eccl'ia garriendo impediret. Quarto
ꝙ nulli hoc cōfiteri deberet. tandē cū morti
appropinquaſſet ⁊ a filio ad ꝯfeſſionē admo
neret͛ illa ei factū aperiēs dixit ſe cōfiteri nō
poſſe. nec ſibi aliq̄d ꝯfeſſio valeret. ſed cū ille
cū lachrymis inſtaret ⁊ penitētiā ſe ꝓ ea fa-
cturū ꝓmitteret illa cōpuncta ꝓ ſacerdote
filiū deſtinauit. ſed anteq̄ ſacerdos veniret
demones ad eā irruerūt. quoꝝ horrore ac ti
more mortua eſt. Filius ſuus ꝓ ea peccatū
ſuū cōfitēs ⁊ penitentiā ſeptēnē faciēs. ipſa
cōpleta vidit matrē ei de ſua liberatione gra
tias referentē. Valent etiā eis indulgentie
eccl'ie vnde cū quidā apoſtolice ſedis legat᷒
quendam ſtrēnuum militē rogaret vt in ter-
ra albienſi in ſeruitiū eccleſie militaret. fctā
indulgentia patri ſuo defuncto per vnā ibi-
dem quadragenā moratus eſt. Qua cōpleta
pater luce clarior ei apparuit ⁊ de ſua libera
tione gratias ei egit. ¶ E Circa ſcđm hu-
ius partis. ſ. illos ꝓ quibus fiunt etiā quat-
tuor vidēda ſunt. Primo qui ſunt illi quibus
poſſunt ꝓdeſſe. Scđo quare debēt eis ꝓdeſ
ſe. Tertio ſi omnib᷒ equaliter ꝓſunt. Quar
to qualiter ſuffragia que pro ipſis fiūt ſcire
poſſunt. De primo. ſ. qui ſunt illi quibus pro
deſſe poſſunt ſciendū eſt ꝙ ſicut dicit augu
ſtinus. omnes qui de hac vita decedunt aut
ſunt valde boni aut valde mali. aut mediocri
ter boni. Suffragia igit͛ fctā ꝓ valde bonis
ſunt gratiarū actiones ꝓ valde malis ſunt vi
uorum qualeſcūq; cōſolationes ꝓ mediocri
ter bonis ſunt expiationes. Valde autē bo-
ni dicunt͛ qui ſtatim euolāt: ⁊ ab vtroq; igne
tā purgatorij q̄ inferni liberi ſunt. Eorū au
tem ſunt tria genera. ſ. baptizati. martires ⁊
viri ꝑfecti. ſ. tā perfecte edificauerūt aurū
⁊ argentū ⁊ lapides precioſos. i. dei dilectio
nem proximi amorē ⁊ bonā operatōeꝫ vt nō
cogitēt placere mūdo ſed tm̄ deo qui ⁊ ſi qñ-
q; venialiter peccāt. feruore tm̄ charitat͛ ita
in eis peccatū cōſumitur ſicut gutta aque a
camino ignis penitus abſorbetur. ⁊ ideo ſe-
cum cremabilia nunq̄ ferunt. Qui igitur ꝓ
aliquo iſtorum triuꝫ generum oraret: vel ali
qua ſuffragia faceret eis iniuriaꝫ faceret qꝛ
ſicut dicit Auguſti. iniuriā facit martiri qui
orat ꝓ martire. ſi vero aliquis pro aliquo val
de bono oraret. de quo tm̄ an euolaſſet dubi-
taret. tūc ille orōnes eſſent gratiarū actiōes
⁊ ad meritū cederēt exorātis ſm̄ illud oratio
mea in ſinū meum cōuertetur. His em̄ tri-
bus generibus celū protinus aperit͛ cū dece
dunt. nec aliqueꝫ purgatorij ignē ſentiūt. qđ
ſignificatū eſt per illos tres quib᷒ celū aper-
tum eſt. Apertū eſt em̄ chriſto baptizato Lu-
ce. iij. Jheſu baptizato ⁊ orante apertum eſt
celū. Per qđ ſignificatur ꝙ celū aperit͛ oib᷒
baptizatis ſiue ſint paruuli ſiue adulti. ita ꝙ
ſi decederent protinus euolarēt. Baptiſm᷒
em̄ virtute paſſionis chriſti mūdat ab omni
peccato ⁊ originali ⁊ mortali ⁊ veniali. Se-
cundo apertum eſt ſtephano lapidato. Actu
um. vij. Ecce video celos apertos ⁊c. Per
qđ ſignificatur ꝙ aperitur omnibus marti-
ribus. ita ꝙ ſtatim euolāt cū decedūt. ⁊ ſi ali
qua cremabilia habeant omnia falce marti
rij reſecantur. tertio apertū eſt iohāni perfe
ctiſſimo. Apoca. iiij. vidi ⁊ ecce hoſtiū apertū
in celo. Per qđ ſignificatur ꝙ viris perfect͛
qui totaliter penitentiā cōpleuerunt nec ve-
nialia admiſerūt. vel ſi aliquādo admittunt͛
a feruore charitatis ꝓtinus ꝯſumuntur. ce
lum ipſuꝫ cōtinuo aperitur. ⁊ mox in illud ꝑ
petuo regnaturi ingrediuntur. Valde auteꝫ
mali ſunt qui cōtinuo in inferni baratrū de-
merguntur. Pro quibus ſi de eoꝝ dānatiōe
cōſtaret nulla ſuffragia aliquaten᷒ eſſent ſiē
da ſm̄ qđ dicit Auguſtinus. Si ſcireꝫ patrem
meū eſſe in inferno. nō plus orarē ꝓ eo q̄ ꝓ
diabolo. Si aūt pro aliquibus damnatis de
quorū dānatione dubitatur aliqua ſuffragia
fierent nihil tm̄ eis ꝓdeſſent. nec q̄tū ad libe
rationē. vt ſcꝫ ab ipſis penis liberentur. nec
q̄tū ad mitigationē. vt ſcꝫ pena in eis miti
getur. vel diminuat͛. nec q̄tū ad ſuſpenſionē
vt ſcꝫ ad tp̄s vel ad horā eoꝝ dānatio ſuſpen
datur. nec q̄tum ad fortificationeꝫ vt ſcꝫ ad
tolerādū leuius roborentur. Quantū em̄ ad
aliquod horuꝫ in inferno nulla redēptio eſt.



Mediocriter autem boni dicuntur qui cre-
mabilia aliqua. ſcꝫ lignū. fenum. ſtipulam ſe
cum ferūt. vel qui penitentiā iniunctā ⁊ ſuffi
cientē morte preoccupati cōplere non poſ
ſunt. qui nec adeo boni ſunt quin ſuffragijs
egeāt. nec adeo mali quin eis ꝓdeſſe valeāt.
Suffragia igitur facta pro his ſunt eorū ex
piationes. Unde iſti ſunt illi quibus ipſa ſuf
fragia ſolū ꝓdeſſe poſſunt. In hmōi aūt ſuf
fragijs faciendis eccleſia cōſueuit tripliceꝫ
numerū dierū maxime obſeruare. ſ. ſeptena
rium tricenariū ⁊ anniuerſariū. Et rō horuꝫ
aſſignatur in libro mitrali de officio. Obſer
uatur ſeptenarius. vt anime ad eternū quie
tis ſabbatū perueniāt. vel vt eis omnia pec-
cata remittantur que in vita egerūt que per
ſeptē dies ducitur: vel vt remittātur eis pec
cata qui egerūt cū corpore qđ cōſiſtit ex quat
tuor humoribus. ⁊ cū aīa in qua ſunt tres vi
res. Obſeruatur tricenari᷒ qui cōſtat ex tri-
bus denarijs. vt purget͛ in eis quicq̄d in fide
trinitatis ⁊ tranſgreſſione decalogi delique
rūt. Obſeruatur anniuerſarius. vt de annis
calamitatis ꝑueniant ad annos eternitatis
Sicut em̄ anniuerſarium ſanctoꝝ celebra-
mus ad ipſoꝝ honorē ⁊ ad noſtrā vtilitateꝫ.
ſic anniuerſariū defunctorū ad ipſorū vtili-
tatē ⁊ noſtrā deuotionē. De ſecūdo quare. ſ.
eis debent ſuffragia ꝓdeſſe. ſciendū ꝙ tripli
ci rōne debēt eis prodeſſe. Primo rōne vni-
tatis. Sunt em̄ corpus vnū cū illis de eccle-
ſia militanti: ⁊ ideo bona ſua debent eis eſſe
cōmunia. Scđo rōne dignitatis. qm̄ dū ad-
huc viuerēt meruerūt: vt hec ſibi ꝓdeſſent.
Et iterū. Dignum eſt. vt qui alios iuuerunt
⁊ ipſi ab alijs iuuentur. Tertio rōne neceſſi-
tatis. qꝛ ſcꝫ ſunt in ſtatu in quo iuuare ſe nō
poſſunt. De tertio. ſcꝫ vtrū equaliter omni-
bus proſunt. ſciendū ꝙ ſi ipſa ſuffragia in ſpe
ciali fiunt magis ꝓſunt illis pro quibus ſpā
liter fiunt q̄ alijs. Si autem in cōi fiunt ma
gis proſunt eis qui plus meruerūt in hac vi-
ta. vt ſibi ꝓdeſſent. ſi in equali vel maiori ne
ceſſitate exiſtūt. De quarto qualiter. ſcꝫ ſuf-
fragia que ꝓ eis fiunt ſcire poſſunt. ſciendū
ꝙ ſm̄ auguſtinum ſcire poſſunt tribus mo-
dis. Primo ꝑ diuinā reuelationē qñ. ſ. deus
hoc eis reuelat. Secūdo ꝑ bonoꝝ angelorū
manifeſtationē. Angeli em̄ qui hic ſemꝑ no-
biſcū ſunt. ⁊ omnes actus noſtros cōſiderāt
in inſtanti quaſi ad eos pñt deſcēdere. ⁊ eis
protinus nūciare. Tertio ꝑ animarum hinc
exeuntiū intimatōeꝫ. Anime em̄ que de hoc
mūdo trāſeūt. hec ⁊ alia eis nūciare poſſunt
Quarto nihilominus ſcire poſſunt per expe
rientiam ⁊ reuelationē. Cū em̄ a penis ſe re
leuari ſentiūt ſuffragia ꝓ ſe fieri cognoſcūt
¶ F Circa tertiū huius ſcđe ptis. ſ. illos ꝑ
quos fiunt. ſciēduꝫ ꝙ ipſa ſuffragia ſi pro-
deſſe debēt. oportet ꝙ fiant ab his qui ſunt
in charitate. Naꝫ ſi per malos fiunt ꝓdeſſe
nō poſſunt. Unde legit͛ ꝙ dū quidā miles in
lecto cum vxore eſſet. ⁊ luna valde lucens ꝑ
rimas intraret. mirabat͛ quō homo rōnalis
creatori ſuo nō pareret. cū eideꝫ creature ir-
rationales parerent. Et dum cuidam militi
defuncto qui ſibi fuerat familiaris detrahe-
ret. ſubito ille qui mortuus fuerat in thala-
mum introiuit. et dixit illi. Amice noli male
ſuſpicari de aliquo ⁊ condona mihi ſi quid in
te peccaui. Cūq; ſuper ſtatu ſuo interrogare
tur dixit. Varijs penis affligor precipue qꝛ
tale cimiterium violaui ⁊ ibi quendam vul-
nerās cum cappa ſua expoliaui. que mihi ſu
perponitur ⁊ vno monte magis me premit.
Rogauitq;. vt pro ſe orationes fieri faceret
Cum autem ille ſibi diceret. an vellet ꝙ a ta
li ſacerdote ipſas orationes faceret fieri. il-
le ad hoc nihil reſpondēs caput more rēnuē
tis cōcuſſit. Deinde dixit. ſi vellet ꝙ talis he
remita pro ſe oraret. Cui ille vtinaꝫ pro me
oraret. Quod cum ſe facturum promitteret
ille ait. Et ego dico tibi quia ab hac die vſq;
ad duos annos tu etiam morieris. Sicq; il
le diſparuit. ⁊ miles vita ſua in melius muta
ta in dño obdormiuit. Quod aūt dictum eſt
ſuffragia facta per malos prodeſſe nō poſſe
intelligendum eſt. Niſi ſint opera ſacramen
talia. vt eſt celebratio miſſe. que a malo mi-
niſtro violari nō poteſt. Uel niſi ipſe defun-
ctus vel aliquis eius amicus. aliquibus etiā
malis aliqua diſpēſanda reliquiſſet. Que ta
men cōtinuo diſpēſare debent. ne ſibi cōtin-
gat qđ cuidaꝫ contigiſſe legitur. Miles em̄

quidā in bello karoliᷓ magni. vt ait turpinus
cū mauris pugnaturus. rogauit cognatū ſu
um. vt ſi in bello moreretur equū ſuū vende
ret ⁊ pauperib' ꝓciū daret. Quo mortuo cū
equ' ſibi nimis placeret eū ſibi retinuit. Et
poſt modicū tp̄is defunctus ei tanꝙ ſol re-
fulgens apparuit dicēs. Cognate bone per
octo dies me feciſti pati penas in purgato-
rio ꝓpter equū cui' ꝓciū vt dicerā paupibus
nō dediſti. Sʒ impugne nō feres. hodie eñi
ferent aiaʒ tuā in infernū diaboli. ⁊ ego pur
gatus vado in regnū dei. Et ecce ſubito in
aere audit' eſt clamor velut leonū. vrſorum
⁊ luporū. ⁊ ipſum de medio abſtulerunt.

## De quattuor coronatis clix. A

Quattuor coronati fue
runt. ſeuerus. ſeuerian'. carpo-
forus. ⁊ victorinus. qui iubente
diocletiano vſqʒ ad mortē ictib'
plumbatorū ceſi ſunt. horū noia cū reperiri
non poſſent. que tamen poſt multos annos
dño reuelante reperta ſunt ſtatutum fuit vt
eorū memoria ſub nominibus aliorūʒ quinqʒ
martirū ſcʒ claudij. caſtorij. ſimphoriani. ni
choſtrati. ⁊ ſimplicij recolerēt. q̇ poſt duos
annos a martyrio predictorum paſſi ſunt.
Iſti eñi martires cū oēm ſculpture artē ha-
berent ⁊ diocletiano idolū quoddā ſculpere
nollēt. nec ſacrificare aliquaten' ꝯſentirēt.
iuſſu ipſi' diocletiani in loculos plūbeos vi-
ui miſſi ſunt. ⁊ ſic i mari ꝓcipitati circa ānos
dñi ducenteſimooctuageſimoſeptimo. Sub
noibus igitur iſtorū quinqʒ ſtatuit melchia
des papa ꝓdictos quattuor honorari ⁊ quat
tuor coronatos vocari ante. ſcʒ ꝙ eorū noia
reperirētur ⁊ licet poſtmodū noia repta fue
rint. vſus tamen obtinuit. vt quattuor coro
nati deinceps vocarentur.

## De ſancto Theodoro. clx A

Theodorus i vrbe mar
manitanorum ſub diocletiano ⁊
maximiano martiriū paſſus eſt
Cui cū preſes diceret ꝙ ſacrifi-
caret. ⁊ priſtinā militiā reciperet. reſpondit
theodorus. Ego milito deo meo ⁊ filio eius
ieſu xp̄o. Cui preſes. ergo deus tuus filium
habet. Cui theodorus. etiaʒ. Ad quē preſes
poſſemus eum cognoſcere. Et theodorus
Eum vtiqʒ poteſtis cognoſcere. ⁊ ad euʒ ac
cedere. Datis igitur inducijs ſancto theo-
doro. vt ſacrificaret templū martis deorum
noctu ſanctus introiuit: ⁊ igne ſuppoſito to
tum illud ſuccēdit. qui a quodā qui hoc vidit
accuſatus. in carcerē vt fame ibi moreretur
recluſus eſt. Cui dominus apparens dixit.
Confide ſerue mi theodore. quia ego tecuʒ
ſum. tunc turba multa dealbatorū virorum
clauſo hoſtio ad eum veniens cū eo pſallere
cepit. quod videntes cuſtodes territi fuge-
runt. Cum autem inde eductus fuiſſet. ⁊ ad
ſacrificia inuitaretur ait. Si carnes meas
igne cremaueris ⁊ varijs ꝯſumas ſupplicijs
donec fuerit ſpūs in naribus meis non de-
negabo deum meum. tunc ad ꝓceptuʒ preſi
dis in ligno ſuſpenditur. ⁊ vngulis ferreis
tam crudeliter latera eius raduntur. vt etiā
eius coſte nudarētur. ad quem preſes. Uis
theodore nobiſcū eſſe aut cuʒ xp̄o tuo. Cui
ille. Cum xp̄o meo. ⁊ fui. ⁊ ſum. ⁊ ero. Tunc
iuſſus eſt igne cremari. In quo quidē igne
ſpiritū emiſit. ſed tamē corpus eius ab igne
illeſum permāſit. circa annos dñi. cclxxxvij.
Odore vero ſuauiſſimo omnes repleti ſunt
⁊ audita eſt vox dicēs. Ueni dilecte mi intra
in gaudiū dñi tui Celuʒ quoqʒ apertū multi
viderunt.

## De ſancto Martino. clxi A

Martinus quaſi matrē
tenens. i. bellum contra vicia et
peccata vel martinus quaſi mar
tirum vnus. Fuit enim martir
ſaltē volun tate ⁊ carnis mortificatione. vel
martinus interpretatur quaſi irritans vel
prouocans ſeu dominans. Ipſe nāqʒ ꝑ me-
ritum ſue ſanctitatis irritauit diabolum ad
inuidiam. prouocauit dñm ad miſericordiā
dominatus eſt carni ſue per macerationem
continuam Cui ſcʒ carni ratio ſiue animus
dominari debet. vt dicit dioniſius in epiſto-
la ad demophilū ſicut dñatur dñs ſeruo aut
pater filio. aut ſenior laſciuo iuuēculo Eius
vitam ſeuerus cognomēto ſulpicius diſci-



pulus ſancti martini quē gēnarius inter il-
luſtres viros cōnumerat ſcripſit.

Martinus ſabarie pan-
noniorū opido oriūdus. ſʒ intra
italiam papie alitus. cum patre
ſuo tribuno militū ſub ꝯſtantio
⁊ iuliano ceſaribus militauit. nō tamē ſpon
te. qr ab infantia diuinitus inſpiratus cū eſ
ſet annorū. xij. inuitis parētibus ad eccleſiaʒ
fugit ⁊ cathecuminū ſe fieri poſtulauit. ⁊ ex
tunc heremū intraſſet niſi carnis ifirmitas
obſtetiſſet. Sed cū ceſares decreuiſſent vt
veteranorum filij pro patribus militarent.
martinus cū eſſet annorū quindecim ad mi
litandū cogit' vno tm̄ ꝯtentus ſeruo. cui ta-
mē martinus ſeruiens ſepius miniſtrabat
⁊ calciamēta detrahebat atqʒ tergebat. quo
dam hiemali tempore per portaʒ ambianē-
ſiū trāſiens. pauperē quēdam nudum obuiū
habuit qui dū a nullo elemoſinam accepiſſʒ
Martinus hunc ſibi ſeruatū intelligēs. ar-
repto enſe clamidē que ſibi tm̄ ſuperat diui-
dit. ⁊ partē pauperi tribuēs reliqua rurſus i
duitur Sequēti igit' nocte xp̄ʒ clamidis ſue
parte qua pauperē texerat veſtitū vidit ip̄m
qʒ ad circūſtātes angelos ſic loquētēʒ audi-
uit martinus adhuc cathecumin' hac meve
ſte contexit. Unde vir ſctūs nō in gloriā ela
tus: ſʒ dei bonitatē cognoſcēs cū eſſet anno
rum decē ⁊ octo baptizari ſe fecit ⁊ adhuc ad
inſtantiam tribuni ſui q̇ tp̄e ſui tribunatus
expleto ſe ſeculo abrenūciaturū ꝓmittebat
ꝑ bienniū militauit. Interea irruentib' in-
tra gallias barbaris. iulian' ceſar ꝯtra eos
pugnaturus pecuniā militib' erogauit. At
martinus nolens deinceps militare. dona-
tiuū recipere noluit. ſʒ ceſari dixit. Xp̄i ego
miles ſum pugnare mihi nō licet. Indigna
tus iulianus dixit ꝙ nō religionis gratia. ſʒ
metu belli imminentis militie renūciaret.
Cui martin' intrepidus rñdit. Si hoc igna
uie nō fidei aſcribit' craſtina die ante aciē in
ermis aſtabo. ⁊ in noie xp̄i ſigno crucis non
clipeo ꝓtectus aut galea hoſtiū cuneos pe-
netrabo ſecur' Uñ cuſtodiri iubet' vt inermis
vt dixerat barbaris obijceret'. Sʒ die ſequē
ti hoſtes legationē miſerūt ſua oia ſeqʒ dan
tes. Unde nō dubiū eſt meritis ſancti viri ta
leʒ victoriā ſine ſanguine datā eſſe. Exinde
relicta militia ad ſanctū hilariū pictauēſem
ep̄m perrexit. ⁊ ab eo acolitus ordiatus mo
netur a dño per ſoporē vt parentes ſuos ad
huc gentiles viſitaret. Profect' igitur mul
ta aduerſa paſſurum ſe eſſe predixit. Nā in
ter alpes incidit in latrones. Cūqʒ vnus ſe
curim in caput eius vibraſſet. ictū ferientis
dextre ſuſtinuit alter Uinctis tamē poſt ter
gum manib' vni eorū cuſtodiēdus traditur
Percunctanti vero latroni an timuiſſet. re
ſpōdit nunꝙ ſe ita fuiſſe ſecurum: qr ſciret
miſericordiā dei maxime in tēptationibus
affuturam. Incipiēſqʒ latroni predicauit et
ip̄ʒ ad fidē xp̄i cōuertit. Qui martinū ad viā
reducens laudabilem poſtmodū vitā duxit
B Cum aūt mediolanū preteriſſʒ diabo
lus in humana ſpecie ſibi obuius fuit ⁊ quo
tenderet reqſiuit. Cui cū reſpōdiſſet ſe quo
eū dñs vocaret tendere ait. Quocūqʒ ieris
diabolus tibi aduerſabit'. Cū aūt martinus
ſibi reſpondiſſet. dñs mihi adiutor eſt. nō ti
mebo q̇d faciat mihi homo ſtatim ille eua-
nuit. Itaqʒ matrē cōuertit. pater vo in erro
re ꝑmāſit. ſed cū hereſis arriana ꝑ totū orbē
pullularet. ⁊ ille pene ſolus obſiſteret publi
ce ceſus ⁊ de ciuitate eiect' mediolanuʒ re-
dijt. ⁊ ibi ſibi mōaſteriū ſtatuit. ſʒ idē ab arri
anis eiectus ad inſulā gallinariā cū vno ſo
lo preſbitero perrexit. vbi elleborū gramen
venenatum inter alias herbas in cibū ſum-
pſit. ⁊ vicinā mortē ſentiens omne periculū
⁊ dolorē virtute orationis fugauit. Audiēs
vero ꝙ beatus hilarius de exilio rediret ob
uiam ei ꝓfectus eſt ⁊ iuxta pictauū monaſte
riū ordinauit. Ubi cū quēdā adhuc cathecu
minum haberet parūper a mōaſterio diſce-
dēs ⁊ rediēs reperit eū ſine baptiſmo defun
ctum. queʒ in cellā ducēs ⁊ ſup eius corpus
ſe ꝓſternēs. ip̄m ſua orōne ad vitā priſtinaʒ
reuocauit. Idē vero homo referre cōſueuit
ꝙ dū ſup eū data ſentētia obſcuris locis de
putat' fuiſſet ꝑ duos angelos iudici eſt ſug
geſtū hūc eſſe ꝓ quo martin' oraret. Iuſſuʒ
eſt igit' vt ꝑ ip̄os duos reduceret'. ⁊ martino

viuus redderet. Aliū inſup qui laqueo vitaȝ
finierat vite reſtituit. Verū cū plebs turoni
ca epo careret ipm plurimū renitētē ſibi or-
dinari petijt. Quidā aūt ex epis q̄ cōuenerāt
eo ꝙ deformis eſſet habitu ⁊ vultu deſpica-
bilis reſiſtebāt. Inter quos precipu⁹ fuit q̄-
dam noīe defenſor. Sed cū lector tūc deeſ-
ſet. quidā accepto pſalterio primū quē inue
nit pſalmū legit. vbi verſus hic erat. Ex ore
infantiū ⁊ lactentiū pfeciſti laudē. vt deſtru
as inimicū ⁊ defenſorē. Et ſic ille defenſor
eſt ab oībus cōfutat⁹. Ordinatus itaqȝ epi-
ſcopus cū populi tumultum nō ferret duo-
bus fere milibus extra vrbem monaſteriuȝ
cōſtituit. vbi cū octuaginta diſcipulis i mul
ta abſtinentia vixit. Nam ibi vinū nemo bi
berat niſi quem infirmitas coegiſſet. Mol
lior habitus ibi pro crimine erat. Plurime
ciuitates de his epiſcopos eligebant. Cum
quidā ſub noīe martiris colerētur ⁊ a marti
no nil de eius vita vel merito inueniri poſſȝ
quadam die ſuper ſepulchrū ſtās orauit do-
minum vt quis eſſet vel cuius meriti indica
ret. Cōuerſus ad leuā vidit vmbrā nigerri-
mam ſtare. Qui a martino adiuratus dixit
ſe latronē fuiſſe ⁊ ob ſcelus percuſſum eſſe.
Continuo igitur martinus altare deſtrui pce-
pit. ¶ Legit̄ quoqȝ in dialogo ſeueri et
galli diſcipulorum ſancti martini vbi multa
ſuppleta ſunt q̄ in eius vita ſeuerus dimiſe
rat ꝙ martinus quodā tempore valentinia-
num imperatorē p quadā neceſſitate adijt. ſȝ
ille ſciens eū velle petere ꝙ ipſe nolebat da
re. fores palatij ſibi claudi fecit. At martin⁹
ſemel ⁊ iterū paſſus repulſam. cilicio obuo-
lutus ⁊ cinere cōſperſus. p vnā hebdomadā
cibi ⁊ pot⁹ abſtinētia macerat̄. Tūc monen
te angelo ad palaciū venit ⁊ nullo ſibi phi-
bente ad imperatorē vſqȝ peruenit. queȝ cum
venientē videret iratus. quia fuiſſet admiſ
ſus ei aſſurgere noluit donec ſellam regiaȝ
ignis operiret: ⁊ ipſum imperatorem a par
te poſteriori ignis ſuccēderet tūc ſacto mar
tino iratus aſſurgens virtuteȝ diuinā ſe ſen
ſiſſe cōfeſſus eſt: multūqȝ ipſum cōplectēs
ſibi omnia anteq̄ rogaret cōceſſit multaqȝ
munera obtulit. ſed martinus non accepit.

In eodē quoqȝ dialogo legit̄ qualiter tertiū
mortuū ſuſcitauit. Cū enim quidā iuuenis
defunctus fuiſſet. ⁊ mater p reſuſcitatione
filij beatū martinū lachrimis exoraret. iſte
in medio cāpi vbi erat innumerabilis multi
tudo gentiliū genua flexit. ⁊ cūctis vidētib⁹
puer ſurrexit. qua ppter oēs illi gentiles ad
fidem xpi cōuerſi ſunt. Eidē quoqȝ viro ſctō
obediebāt etiā inſenſibilia vegetabilia ⁊ ir-
rationabilia. Inſenſibilia ſicut ignis ⁊ aqua
nam cū in quodā phano ignē miſiſſet. in do-
mo primā adherēte agēte vento flamma fe
rebat̄. Tūc martin⁹ ſup tectū domus aſcen
dens obuiū ſe aduenientib⁹ flāmis inſeruit.
Mox cōtra vim venti flāma torquet̄ vt con
flictus q̄dā cōpugnātiū inter ſe elemētoruȝ
videret̄. Nauis etiā quedā cū piclitaret̄ vt in
pdicto dialogo legit̄. quidā negociator nec
dum xpianus exclamauit. De⁹ martini eri-
pe nos. Et ſtatim tranquilitas magna ſuc-
ceſſit. Similiter vegetabilia. Nā cū in quo-
daȝ loco templū antiquiſſimū diruiſſet. ⁊ ar
borem pini diabolo dedicatā vellet excidere
obſiſtentibus ruſticis ⁊ gentib⁹ vn⁹ eorū di-
xit. Si de deo tuo fiduciā habes. nos hanc
arborē ſuccidem⁹ tu eā ſuſcipe ⁊ ſi tecuȝ eſt
deus tu⁹ vt dicis euades quo annuente ſuc
ciſe arbori. ⁊ iam verſus eū ibidem ligatum
cadenti ſignū crucis oppoſuit: ⁊ in aliā par
tem rediens ruſticos qui in tuto loco erant
fere oppreſſit. Qui viſo miraculo ad fidem
cōuerſi ſunt. Irrationabilia quoqȝ aīalia ſibi
pluries obedierūt: ſicut legitur in predicto
dyalogo. Cū enī canes lepuſculū inſequētes
vidiſſet: imperauit canib⁹ vt aīal inſeq̄ deſi-
ſterent. Mox illi cōſtiterūt: ⁊ quaſi vincti in
ſuis veſtigijs fixi manſerūt. Serpēs etiā qui
dam cū fluuiū quēdā natādo trāſiret: marti-
nus ait ad ſerpētē. In noīe dni iubeo te re
dire. Mox ſe ad vbū ſcti retorſit ⁊ in ripaȝ
aliā trāſmeauit. Et ingemiſcēs martin⁹ ait
Serpētes me audiūt ⁊ hoīes nō audiūt. Ca
nis ſimiliter quidaȝ cū in quēdā ex martini di-
ſcipulis latraret: ille ad eū cōuerſus ait. In
noīe martini iubeo te obmuteſcere. Canis
cōtinuo obmutuit ac ſi linguā habuiſſet ab-
ſciſam. ¶ Fuit aūt btūs martinus mul



te humilitatis. Nam leproſum quendam
cūctis horribilem pariſius obuium habens
ipſum oſculatus eſt atqȝ benedixit ſtatimqȝ
mundatus eſt In ſacrario quoqȝ reſidens
cathedra vſus eſt Nam nunq̄ in eccleſia vn
q̄ cum ſedere conſpexit. Sedebat autē in
cellula ruſticana quas tripodes vocāt Mul
te dignitatis: quia par apoſtolis dictus eſt
⁊ hoc ppter gratiam ſpūſancti q̄ in euȝ in
ſpecie ignis ad robur deſcēdit: ſicut fuit in a
poſtolis. Vn̄ ⁊ apli frequēter cū tanq̄ com-
parem viſitabāt. Legit̄ enī i pdicto dyalogo
ꝙ quadā vice dū martin⁹ i cella ſol⁹ ſederet
⁊ ſeuerus ⁊ gallus ei⁹ diſcipuli p̄ forib⁹ expe
ctarent: ſubito mirabili cōcuſſi horrore plu
res in cella audiūt inſimul colloquētes. De
quo cū poſtmoduȝ martinū requiſiſſent ille
ait Dicā vobis. Sed vos queſo nulli dicatis
Agnes tecla ⁊ maria ad me venerunt. Nec
tm̄ illa die ſed ſepius ſe ab eis cōfeſſus eſt vi
ſitari. Et petrū ⁊ paulū aplos a ſe ſepe vide
ri phibuit. Multe iuſticie. Cū enī ab impe-
ratore noīe maximo inuitat⁹ fuiſſet: ⁊ mar
tino poculū prio fuiſſet oblatū ſperantibus
cūctis: vt poſt ſe regi tribueret pſbytero ſuo
dedit. nullū eſtimās digniorē q̄ poſt ſe debe
ret bibere: ⁊ indignuȝ iudicās: ſi aut regem
aut regis primos pſbytero ptuliſſet. Mul
te patientie. Tantā enī in omnibus patien
tiam ſeruabat ꝙ cū eſſet ſummus ſacerdos
impune ſepe a clericis ledebatur: nec a ſua
eos ppter hoc charitate repellebat. Nemo
illū vnq̄ vidit iratuȝ: nemo merentē: nemo
ridentem. Nunq̄ in illius corde niſi xpus.
nūq̄ in illius ore niſi pietas: niſi pax: niſi mi
ſericordia inerat. Legit̄ quoqȝ in pdicto dya
logo ꝙ dū martinus quadā vice in veſte hiſ
pida: nigro ⁊ pendulo pallio circūtectus ſup
aſellū pcederet: equis de cōtra venientib⁹ expa
uefactis: milites in terrā ſaltu pcipiti ſe de-
derūt: ⁊ martinū arripiētes grauiter vbera
uerūt. Ille aūt q̄ſi mut⁹ cedentib⁹ terga pbe
bat. Sȝ magis illi furebāt. eo ꝙ ille q̄ſi non
ſentiens vbera illata cōtemnere videretur
Protin⁹ autē aīalia adeo humo fixa perma
nebant vt q̄ntūcunqȝ flagellata velut ſaxea
moueri nō poſſent quouſqȝ ad martinū re-

deuntes: ⁊ peccatū ſuū ꝙ ignorāter in eum
cōmiſerat cōfitentes ille eis licentiā dedit:
⁊ gradu cōcito aīalia pceſſerūt. Multe aſſi
duitatis in orando. Quia vt in legenda ſua
dicitur: nunq̄ vllū horaruȝ momentū prete
rijt: quo nō aut orōni aut lectioni incūberet
Inter legendū tn̄ ⁊ operandū nunq̄ aīm ab
orōne laxabat. Nā vt fabris ferrarijs mos
eſt qui inter operandū p quodā laboris le-
uamine incudem feriunt: ita martinus duȝ
aliquid ageret ſemper orabat Multe auſte
ritatis in ſeipſo. Refert enim ſeuerus i epi-
ſtola ad euſebiuȝ: ꝙ cuȝ martinus in quādā
villā ſue dioceſis veniſſet: ⁊ clerici lectuȝ ſi-
bi plurimo ſtramine preparaſſent ille ibidē
requieſcens inſuetam molliciem perhorre
ſcit quippe qui nuda humo vno tantuȝ cili-
cio ſuperiecto cubare cōſueuerat. Itaqȝ per
motus iniuria ſurgēs ſtramentuȝ oē piecit
⁊ ſe ſup nudā humum collocauit. Circa me
diam vero noctem tota illa palea igne accē
ditur: ⁊ martinus excitatus duȝ exire tem-
ptaret ſed nequiret ab igne capit̄ ⁊ ei⁹ iam
veſtimenta vrunt̄. Rediēs vero ad ſolitū orō
nis cōfugiū ⁊ crucis emittens ſignaculum
in medio ignis intactus pmāſit ⁊ flammas
ſenſit orantes q̄s male expertus erat vrētes
Monachi igitur excitati cōcurrūt ⁊ marti-
nuȝ quē iam cōſumptum putabāt de medio
flāmarū illeſum educunt. Multe cōpaſſio-
nis erga delinquentes q̄r oēs volētes peni
tere cōpaſſionis ſinu recipiebat. Nā ⁊ cum
diabolus martinuȝ reprehēderet cur ſemel
lapſos ad pniam reciperet eidem reſpōdit.
Si tu ipſe o miſerabilis ab hominū infeſta
tione deſiſteres ⁊ te factorū tuorū peniteret
ego tibi cōfiſus in dño xpi miſericordiā pol
licerer. Multe pietatis erga pauperes. Le
gitur in pdicto dyalogo ꝙ martinuȝ in qua
dam feſtiuitate ad eccleſiam tendentē pau-
per quidā nudus ſecutus eſt. Martin⁹ autē
archydiacono pcepit vt egentē veſtiret ſȝ cū
hoc ille facere diſtuliſſet. ingreſſus martin⁹
ſecretarium tunicam ſuam illi tribuit ⁊ con
tinuo abſcedere iuſſit. Cum ergo archydia
con⁹ moneret vt ad ſolēnia peragēda pcede
ret ille de ſe loquēs reſpōdit ſe ire nō poſſe

donec pauper veſtem accipiat. Archidiaco-
nus vero nō intelligēs: qꝛ cū extrinſecus cap
pa tectus eſſet: ipm̄ nudū interius non vide
bat. ꝑ pauperē nō adeſſe cauſatꝛ. At ille inquit
Mihi veſtis deferatꝛ: ⁊ pauper nō deerit ve
ſtiendus. Cōpulſus ille ad foꝝ vadit: ⁊ qnqꝫ
argēteis tunicā vilē ⁊ curtā que dicitꝛ penu-
la quaſi pene nulla rapiens. ante pedes mar
tini irat⁹ ꝓiecit. Quā ille ſecreto induit. Cu
ius manice vſqꝫ ad cubitū: ⁊ longitudo vſqꝫ
ad genua ꝓtēdebantꝛ. Et ſic miſſam celebra
turus ꝓcedit. Dū aūt miſſam celebraret glo
bus igneus ſuꝑ caput eius apparuit ⁊ a mul
tis ibidē viſus fuit. Ob hoc par apl'is dicitur
Huic aūt miraculo addit magiſter iohānes
beleth: ꝙ cū in miſſa man⁹ ad deū: vt moris
eſt leuaret: manicꝫ lineis retro labētibus cū
nec brachia eius eſſent groſſa: nec multum
carnoſa: nec ꝑfata tunica ꝓtēderetur niſi vſ
qꝫ ad cubituꝫ remāſerūt eadē brachia nuda
Tūc miraculoſe torques aurei ⁊ gēmati de-
feruntꝛ ab angelis: ⁊ brachia decenter operi
untur. Quē etiā tonſam quadā vice conſpici
ens euangelicū inquit mandatū iſta comple
uit. Duas tunicas iſta habuit: ⁊ vnā nō habē
ti largita eſt: ita ⁊ vos inquit facere debetis
Multe ꝑtātis erga demones expellendos.
Sepe eiꝫ ipſos demones ex hoībus expulit
Legitꝛ etiā in predicto dialogo ꝙ quedā vac-
ca a demone agitata cū vbiqꝫ ſeuiret: ⁊ mul
tos cōfoderet ⁊ ꝟſos martinū ⁊ ſocios ſuos
in itinere furibunda concurreret: ille manu
eleuata ipām ſiſtere iubet. Qua immobili ꝑ
manente vidit demonē dorſum illius inſidē
tem. Quē increpās diſcede inquit funeſte de
pecude: ⁊ innoxiū aīal agitare deſiſte. Quo
ꝓtin⁹ diſcedēte vacca ad eius pedes ꝓſterni
tur: ⁊ ad eius imperiū omni manſuetudine
ad gregē ſuū reuertitꝛ. Multe ſubtilitatꝫ er
ga eos cognoſcendos. Demones eiꝫ ſibi ita
conſpicabiles reddebantꝛ: vt aperte ab ipſo
ſub quacūqꝫ imagine viderentur. Naꝫ iter-
dum demones in iouis perſonaꝫ plurimuꝫ
qꝫ mercurij aliquando veneris vel minerue
transfiguratos ſe eius vultibus increpabāt
Mercuriū maxime pat ebatur infeſtū. Io-
uem brutū atqꝫ hebetē eſſe dicebat. Quadam
etiam vice diabolus in forma regis purpu-
ra ⁊ dyademate: ⁊ aureis caligis ornatus ſe
reno ore letaqꝫ facie ſibi apparuit. Cūqꝫ diu
ambo tacuiſſent. agnoſce inqt martine queꝫ
colis. Chriſtus ego ſum deſcenſurus ad ter
ras prius me manifeſtare tibi volui. Ad hoc
cum adhuc martinus admirans taceret rur
ſus ait. Martine cur dubitas credere cum
me videas. Chriſtus ego ſum. Tūc ille a ſpi
ritu ſancto doctus ait. Dñs ihesus xp̄s non
ſe purpuratū: nec dyademate renitentē ventu
rum eſſe ꝑdixit. Ego xp̄m niſi in eo habitu ⁊
forma qua paſſus eſt: niſi crucis ſtigmata ꝑ-
ferentē veniſſe nō credā. Ad hāc vocē ille di-
ſparuit: ⁊ totā cellaꝫ fetore compleuit. E
Martinus igitꝛ obituꝫ ſuū ante ꝑſciuit: quē
etiā fratribus reuelauit. Interea candacen
ſem dioceſim cā ſedande diſcordie viſitauit.
Pergēs ergo vidit mergulos in flumine pi
ſcibus inſidiantes: ⁊ quoſqꝫ capientes. For-
ma inquit hec demonū eſt. Inſidiātur incau
tis: capiūt neſciētes. captos deuorāt: ſatura
ri nequeūt deuoratꝫ. Imperat igitꝛ vt relicto
gurgite deſertas peterēt regiones. Statim
qꝫ grege facto montes ſiluaſqꝫ petierūt. In
illa igitꝛ dioceſi aliquādiu cōmoratus virib⁹
corporis cepit deſtitui ⁊ diſcipulis indicat ſe
iam reſolui. Tūc omnes flentes cur nos in
quiunt pater deſeris aut cui nos deſolatos
relinquis. Inuadent eiꝫ gregem tuū lupi ra
paces. Et ille eoꝝ motus precibus fletibuſ-
qꝫ flens quoqꝫ ſic orauit. Dñe ſi adhuc popu
lo tuo ſum neceſſarius nō recuſo laborē fiat
volūtas tua. Dubitauit eiꝫ pene quid malleꝫ
qꝛ nec hos deſerere nec a chriſto volebat diu
tius ſeparari. Itaqꝫ cū aliquādiu moleſtia
febrū teneretꝛ: ⁊ a diſcipulis ſuis rogaretꝛ: vt
in lectulo ſuo vbi in cilicio ⁊ cinere decumbe
bat ſtramētū aliquod poneretꝛ nō decet inqt
filij xp̄ianū niſi in cilicio ⁊ cinere mori. Ego
ſi vobis aliud exemplum relinquo ipſe pecca
ui. Oculis ac manibus in celum ſemper in-
tentus: inuictū ab orōne ſpm̄ nō relaxabat.
Et cum ſupinus ſemꝑ iaceret ⁊ a preſbyte-
ris rogaretur: vt corpuſculum mutatione la
teris releuaret: ſinite me inquit fratres: ſini
te celū poti⁹ reſpicere ꝙ terrā: vt ſpiritus ad



dominū dirigatur. Et hec dicēs vidit diabo
lum aſſiſtere. Quid hic inquit aſtas cruēta
beſtia. Nihil in me funeſtū reperies: abrahe
me ſinus recipiet. Et in hac voce ſub archa
dio ⁊ honorio qui ceperūt circa annū domi-
ni. cccc.xlviij. vite eius. lxxxi. ſpirituꝫ deo red
didit. Vultuſqꝫ eius tanꝙ iam glorificatus
reſplenduit: ac chorus angelorū ibidē con-
cinens a multis auditus fuit. Ad eius tran
ſitum pictaui ſicut turonici conuenerūt: ibi-
qꝫ magna altercatio orta eſt. Dicebant eniꝫ
pictaui. Noſter eſt monachus nos reqrim⁹
commendatū. Quibus illi. Vobis eſt abla-
tus: nobis a deo donatus. Nocte igitur me
dia pictaui omnes penitus ſopiuntur ⁊ ſic a
turonicis per feneſtrā eiectus: per ligerim
nauigio ad vrbē turonicā cū magno gaudio
deportatur. Beatus autē ſeuerin⁹ coloniē-
ſis ep̄s cū die dñica loca ſancta poſt matuti-
nas more ſolito circuiret: illa hora qua vir
ſanctus obijt: angelos cantantes in celo au
diuit. Vocanſqꝫ archidiaconē interrogat ſi
aliquid audiret Et cū ſe nihil audire diceret
⁊ archiep̄s: vt diligēter auſcultaret mōeret
cepit ſurſuꝫ collū extēdere: aures erigere: ⁊
ſuꝑ ſummis articulis baculo ſuſtētante ſta
re. Sed dū archiepiſcop⁹ ꝓ eo oraſſet: quaſ
dam in celo voces audire ſe dixit. Cui archi
epiſcopus. Dominus meus martinus eſt
qui migrauit e mūdo ⁊ nūc angeli eū in celū
deferunt. Demones autem affuerūt q̇ eum
retinere voluerūt: ſed nihil ſuum in eo repe
rientes cōfuſi ceſſerūt. Archidiaconus igitꝛ
diem ⁊ horam notauit: ⁊ tunc martinuꝫ mi
graſſe cognouit. Seuerus etiam monach⁹
qui vitam eius ſcripſit: cum poſt matutinas
leuiter obdormiſſet: ſicut ipſe in quadā epi-
ſtola teſtatur: ſanctus martinus albis indu
tus vultu igneo ſtellantib⁹ oculis: crine pur
pureo: tenens librū in manu dextra quē de
vita eius idem ſeuerus ſcripſerat. eideꝫ ap-
paruit. Cunqꝫ poſt bñdictionē in celū con-
ſcendere ipſum videret: ⁊ cum eo aſcendere
cuperet euigilauit. Poſt hoc auteꝫ nuncijs
venientibus eadem nocte ſanctuꝫ martinū
migraſſe audiuit F Eo quoqꝫ die ſan
ctus ambroſi⁹ mediolaneñ. epiſcopus miſ-
ſam celebrans ſuꝑ altare inter ꝓphetiaꝫ et
epiſtolā obdormiuit: ⁊ cū nullus eū excitare
preſumeret ⁊ ſubdiaconus niſi ipſo iubē
te ep̄lam nō auderet legere: tranſactis dua
rum vel triū horarū ſpacijs excitauerūt euꝫ
dicētes. Iam hora preterijt ⁊ ppl's valde laſ
ſus expectat. iubeat dñs noſter vt clericus
epiſtolam legat. Ad quos ille. Nolite turba
ri. Frater enim meus martinus ad deū mi-
grauit: ⁊ ego eius funeri interfui ⁊ obſequi
um prebui: ſed vltimā orōnem vobis excitā
tibus explere non valui. Tunc illi dieꝫ ⁊ ho
ram notantes inuenerunt ſanctuꝫ martinū
tunc migraſſe ad celum. Cappā eius vt ait
magiſter iohānes beleth reges francie in ꝑ
lijs portare cōſueuerūt. Vñ ipſius cappe cu
ſtodes capellani dicebantꝛ. Poſt mortē aūt
eius anno. lxiiij. cū hrūs perpetuus eius ec
cleſiam magnifice ampliaſſet ⁊ in eā corpus
eius transferre vellet. ſemel ⁊ bis ⁊ tertio ie
iunijs ⁊ vigilijs inſiſtentes ſepulchruꝫ eius
nullatenus mouere potuerūt. Cūqꝫ vellent
dimittere quidā ſenex pulcherrimus appa-
ruit eis dicēs. Vſquequo tardaris. Nō vide
tis ſanctum martinū paratuꝫ iuuare vos ſi
manus apponitis. Tunc ille cum eis ma
nus appoſuit ⁊ cū ſumma velocitate ſepul-
chrum leuauerūt ⁊ in loco vbi nūc colitꝛ po-
ſuerunt. Senex aūt ille poſt hoc nuſꝙ com
paruit. Hec trāſlatio i meſe iulij celebratur
Refert Odo abbas cluniaceñ. ꝙ tūc omēs
campane in oībus eccleſijs nullo tangente
pulſabantꝛ ⁊ oēs lampades diuinitus accen
debantur. Fertur qꝫ ꝙ tunc duo ſocij erant
quorū vn⁹ erat cecus ⁊ alter cōtractus. Ce-
cus aūt ꝯtractū ferebat ⁊ ꝯtractus ceco viā
demōſtrabat. Sicqꝫ taliter mēdicātes mul
tam pecuniā acquirebāt. Audiētes vero ꝙ
ad corpus ſcti martini multi ſanabātur iſir
mi cū in trāſlatōe eius corpus extra eccl'iaꝫ
ꝓceſſionaliter duceretur: timere ceperunt
ne predictū corpus iuxta domū vbi mane-
bant duceretur ⁊ ſic ipſi forſitan curarētur
Nolebant enim ſanitatem conſequi ne de-
periret materia queſtus ſui Quapropter de
illa ſtrata fugientes ſe ad aliam transfere-
bant per quam corpus nequaꝙ duci puta-

bant. Dum ergo fugerent corpori eius ex improuiſo protinus obuiauerunt. Et quia deus multa bona preſtat inuitis: ambo cõtra eoꝝ voluntatem continuo ſunt curati: licet de hoc plurimũ triſtarentur. Ambroſius autem de ſancto martino ſic ait. Beatus martinus prophani erroris templa deſtruxit vexilla pietatis erexit: mortuos ſuſcitauit ab obſeſſis corporibus demonia ſeua excluſit: ac varijs laborãtes languoribus ſalutis remedio ſubleuauit. Qui ita pfectus inuentus eſt: vt xp̃m texiſſet in paupere: et veſte quã egenus acceperat mũdi dñm induiſſet. O felix largitas qua diuinitas operitur. O clamidis glorioſa diuiſio que militẽ texit et regẽ. O ineſtimabile donũ quod veſtire meruit diuinitatẽ. Digne huic dñe cõfeſſionis tue premia cõtuliſti. Digne ei arrianorũ ſubiacuit feritas. Digne amore martyrij pſecutoris tormenta nõ timuit Quid erit p oblatione integri corpis recepturus: qui p quãtitate veſtis exigue deum veſtire meruit et videre. ſic ſperãtibus cõtulit medicinã: vt alios ſupplicationibus: alios viſu ſaluaret.

¶ De ſancto bricio. clxij. A

Bricius ſancti martini dyaconus eiuſqꝫ plurimũ emulꝰ multa eidẽ ſctõ cõuicia inferebat. Nã cũ quidã paup martinũ requireret. dixit ei bricius. Si illũ delirũ queris proſpice eminus ille eſt enĩ qui quaſi amẽs celũ reſpicit. Cũ igit paup a martino q̃ petierat accepiſſet: vir ſctũs briciũ ad ſe vocãs dixit. An ego tibi delirus videor brici. Qđ cũ ille p̃ verecũdia ſe dixiſſe negaret. ait martinꝰ. Nõ ne aures mee ad os tuũ erãt: q̃uã hoc eminꝰ loqbaris. amẽ dico tibi: qꝛ a dño obtinui vt tu ei in epatu ſuccedas: ſꝫ ſcias multa te in epatu aduerſa paſſurũ. Qđ bricius audiẽs irridebat dicens. Nõne verũ dixi iſtũ delirũ eſſe. Poſt mortẽ igitur ſancti martini bricius in epm̃ eſt electus Qui deinceps orõni vacabat. Et licet adhuc ſupbus tamẽ corpe caſtus erat. Anno aũt epatus ſui triceſimo mulier quedã religioſe veſtita que eius veſtimẽta lauabat cõcepit et filiũ peperit. Tũc oĩs pplus cũ lapidibus ad eius ianuã cõgregatus eſt dicẽs. Diu pietate ſcti martini luxuriã tuã diſſimulauimꝰ ſꝫ iã nequaq̃ pollutas manꝰ oſculari valemꝰ. Illo aũt viriliter hoc negante ait. Adducite ad me infantem Quo allato cũ. xxx. eſſet dierum dixit ad eũ bricius. Adiuro te p filiũ dei: vt dicas corã oibus ſi ego te genui. Et ille. Nõ tu inq̃t es pater meꝰ. Populo aũt vrgẽte: vt q̃s eſſet eiꝰ pater requireret. ille ait. Non eſt hoc meũ ſcire qđ ad me ptinuit. Pp̃ls aũt hoc totum magicis artibus attribuebat dicẽs. Nequaq̃ nobis falſo paſtoris noie dñaberis. Tũc ille p ſui purgatiõe prunas ardẽtes vſqꝫ ad tũbam ſancti martini cũctis videntibus deportauit. Proiectiſqꝫ prunis veſtis eius illeſa apparuit. Et ait. Sicut hoc meũ veſtimentum a prunis mãſit illeſum: ſic corpus meũ a cõtactu mulieris eſt mũdũ. Populo aũt adhuc nõ credẽte ſanctũ briciũ cõtumelijs et iniurijs afficiũt et a ſua dignitate ejiciunt: vt verbũ qđ ſanctus martinꝰ dixerat impleret. Tũc bricius flens papã adijt: et ſeptẽ annis ibidẽ pmanẽs q̃cquid i ſctm̃ martinũ deliquerat penitẽdo deleuit. Populus autẽ iuſtinianũ pfecit: et romã cõtra briciũ miſit: vt epatum ſibi cõtra briciũ defenſaret. Quo cũ tenderet: in ciuitate verſellenſi vitã finiuit: et armeniũ loco eiꝰ populus oĩs pfecit. Septimo igit anno bricius cũ auctoritate pape rediens: ſexto ab vrbe miliario hoſpitium accepit: et armeniꝰ eadẽ nocte ſpm̃ exalauit. Qđ bricius p reuelationẽ cognoſcẽs ait ſuis: vt ſurgerẽt: et ſecũ ad tumulandũ turonen. epm̃ pperarent. Cũ ergo bricius p vnã portã ciuitatẽ ingrederet: ille p aliã mortuus efferebat. Quo ſepulto ſctũs bricꝰ ſedem ſuã accepit: et ſeptẽ poſtmodũ annis pſidens: et vitã laudabilem ducẽs. xliiij. anno epiſcopatꝰ ſui in pace quieuit.

¶ De ſancta helizabeth. Clxiij. A

Elizabeth interpretatur deus meus cognouit vel dei mei ſeptima. vel dei mei ſaturitas. Dicit ergo pmo helizabeth deus meus cognouit: qꝛ deus eã cognouit. id eſt ſuo bñplacito approbauit vel cognouit id eſt noticiã ſue cognitiõis ſibi infudit. Secũdo dicit helizabeth. i. dei mei ſeptima. Ipſa enim habuit ſeptimã dei: vel qꝛ ſeptẽ opibus miſericordie ſe exercuit vel qꝛ nũc eſt in ſeptima etate quieſcẽtiũ perueniura tandem in octauã reſurgentiũ vel pꝑter ſeptẽ ſtatus in quibus fuit. Ipſa nãqꝫ fuit in ſtatu virginali. ſecũdo in ſtatu cõiugali. tertio in ſtatu viduali. quarto in ſtatu actiuo. quinto in ſtatu contemplatiuo. ſexto in ſtatu religioſo et nunc ſeptimo eſt in ſtatu glorioſo. Et iſti ſeptem ſtatus manifeſte cõtinent in legenda ſua vt poſſit dici de ea qđ dicit in daniele de nabuchodonoſor ſeptẽ tempora mutabunt ſup eã. Tertio dicit dei mei ſaturitas. Deus enim eã modo ſatiauit et repleuit ſplendore veritatis dulcedine ſuauitatis et vigore eternitatis. Unde aug. i lib. de ciuitate dei agẽs de ciuitate celeſti ſic dicit. In eternitate dei viget i vitate dei lucet i bonitate dei gaudet

reſpondit. Ne timeas a deo dilecta regina: quia tibi hodie pro tranſitorio regno cõmutabit eternũ: et pro mortali ſponſo tibi immortalem acquires. tũc illa conſtans effecta tortores hortabatur: ne quod iuſſi fuerant facere morarent. Miniſtri igit extra ciuitatem eã ducentes ferreis haſtilibus mãmillas eius euellũt: et poſt caput eius pſcidũt: cuius corpus porphirius rapiens ſepeliuit. Sequẽti die cũ de corpore regine queſtio fieret et multos ex hoc ad ſuppliciũ tyrãnus ptrahi iuberet: porphirius prumpẽs in mediũ exclamauit. ego ſum qui xpi famulã ſepeliui et xpi fidem recepi: tũc marentius amens effect' rugitum terribilẽ emittẽs exclamauit. O me miſerum et oibus miſerãdũ ecce porphirius qui erat vnic' anime mee cuſtos et totius laboris ſolacium deceptus eſt. Qd cũ ſuis cõmilitibus referret illi ptin' rñderũt. Et nos xpiani ſumus et mori parati ſumus. tũc ceſar furore ebrius precepit oẽs cũ porphirio decollari et corpora eoꝝ canibus dimitti. Deinde katherinã aduocãs ait. Quãuis arte magica reginã mori feceris ſi tñ reſipueris prima in palatio meo eris. hodie igitur aut dijs ſacrificia offeres: aut caput amittes. cui illa Fac quecũq aio cõcepiſti. paratã eñi me videbis ad oĩa ſuſtinẽda. Data igitur ſuper eã ſñia decollari iubet. Que cũ ad locũ deducta fuiſſet: erectis in celũ oculis orauit dicens. O ſpes et ſalus credẽtiũ: o decus et gloria virginum iheſu rex bone: obſecro te vt quicũq paſſionis mee memoriam egerit: ſeu in exitu anime ſue vel in quacunq neceſſitate me inuocauerit tue ppitiationis ɔſequatur effectum. Factaq eſt vox ad eã dicens. Ueni dilecta mea ſponſa mea: ecce tibi celi ianua eſt aperta. Nã et his qui paſſionẽ tuam deuotis mentib' celebrauerint: optata pſidia pmitto de celis. Deinde cũ decollata fuiſſet: de eius corpore p ſanguine lac emanauit. Angeli autem corpus ei' accipiẽtes ab illo loco ad mõtem ſynai itinere pluſq dierũ viginti deduxerunt et ibidẽ honorifice ſepelierũt. Ex cui' oſſibus indeſinẽter oleũ emanat qd cunctorũ debiliũ mẽbra ſanat. Paſſa ẽ aũt ſub marẽtio ſiue maximio tyrãno q cepit circa annos dñi. ccc x. qualiter autẽ marẽti' p hoc ſcelere et alijs que cõmiſit punit' fuit: in hiſtoria de inuentione crucis habet. Dicitur q quidam monachus rothomagenſis ad mõtem ſynai perrexit ibiq per ſeptẽ ãnos in ſeruitio beate katherine deuotus permanſit. Quã cũ inſtantius exoraret: vt aliquid de corpore ſuo habere mereretur ſubito irrupit de manu illius vnus articulus digitorum. Qui donum dei letus recepit: et ad ſuum monaſteriũ deportauit. Fertur quoq q dum quidam beate katherine deuotus exiſteret et eam crebro in ſui adiutoriũ inuocaret: per proceſſum tẽporis mentis incuria reſolutus et deuotionẽ mẽtis perdidit et ab ipſius inuocatione ceſſauit. Qui in oratione poſitus vidit multitudinem virginũ ante ſe trãſeuntiũ. Inter quas vna erat que ceteris ſplendidior videbatur. Que cum ſibi appropinquaſſet faciem ſuam operuit et ſic ante ipſum facie velata trãſiuit. Cuius ſplendorẽ cum ille nimium miraret et que eſſet interrogaret vna ex eis ei reſpondit. Hec eſt katherina quam olim cognoſcere ſolitus eras: nunc autẽ quia eã cognoſcere nõ videris: coram te ſic velata facie tanq̃ a te incognita pertrãſiuit. ¶ Notãdũ q beata katherina mirabilis apparet in qnq. Primo in ſapientia ſecũdo in eloquentia tertio in cõſtantia: quarto in mundicia caſtitatis: quinto in priuilegio dignitatis. Primo admirabilis appar in ſapientia. In ipſa eñi fuit oĩs ſpẽs phie. Philoſophia enim ſiue ſapiẽtia diuidit in theoricã practicã et logicam. Theorica diuiditur ſm quoſdã in tres ſcz in intellectualẽ: naturalẽ: et mathematicã Habuit igitur btã katherina ſapientiã intellectualem in cognitione diuinoꝝ qua maxie vſa eſt in diſputatione cõtra rhetores quib' vnum ſolũ deũ verũ eſſe pbauit et deos omnes falſos eſſe cõuicit. Secũdo naturalẽ in cognitione oĩm inferioꝝ qua maxime vſa eſt in diſputatione cõtra imperatorẽ ſicut patet ibidẽ. Tertio mathematicã in cõtẽptu terrenoꝝ. hec eñi ſcia ſm boeciũ ſpeculat formas ſine materia in abſtractiõe. Hanc beata katherina habuit qñ animũ ſuũ ab omni materiali amore abſtraxit: Hanc enim ſe habere



oſtendit cũ imperatori interroganti reſpondit. Ego eñi ſum katherina coſti regis filia que q̃uis in purpura nata et c. Hac maxime vſa eſt cum reginã ad cõtemptum mundi et deſpectum ſui et deſiderium regni eterni aiauit. Practica autẽ diuidit in tres: ſcz in ethicam: yconomicã et publicã ſiue politicã. Prima docet mores informare et ſe virtutib' ornare et ptinet ad oẽs. Scda docet familiã bene cõponere et pertinet ad patreſfamilias Tertia docet vrbes et populos et rẽpublicã bene regere: et pertinet ad rectores vrbium. Hanc etiam triplicem ſciam habuit beata katherina. Primam eñi habuit cũ ſe omni morum honeſtate compoſuit. Scdam cũ familiã ſuam que ſibi magna relicta fuit laudabiliter rexit. Tertiam cũ imperatorẽ ſapiẽter inſtruxit. Logica diuidit in tres ptes: ſcz in demonſtratiuã pbabilẽ et ſophiſticã. Prima pertinet ad philoſophos. Scda ad rhetores et dialeticos. Tertia ad ſophiſtas. hãc etiã triplicẽ ſciã habuiſſe videt cũ de ea ſcribitur: p varias cõcluſiones ſilogiſmoꝝ allegorice et methonomice diſerte et miſtice multa cum ceſare diſputauit. Scdo fuit admirabilis in eloquentia. Habuit eñi eloquentiã facundiſſimã in pdicando ſicut patet in ſuis predicationibus. Diſertiſſimã in rõnẽ reddẽdo ſicut patet cũ dicebat imperatori. Miraris hoc templũ manu artificũ fabricatũ. Suauiſſimã in attrahẽdo ſicut patet in porphirio et in regina quos eloquij ſui ſuauitate ad fidẽ attraxit. Efficaciſſimã in ɔuincendo ſicut patet in rhetoribus quos tam potẽter conuicit. Tertio in conſtantia. fuit eñi conſtantiſſima in minis illatis: quia ipſas cõtempſit. vnde imperatori ſibi minanti reſpondit Quecũq tormenta potes cogitare ne differas: quia carnẽ et ſanguinẽ meũ xpo offerre deſidero. Itẽ. Fac quecũq aio cõcepiſti: paratam eñi me videbis ad oĩa ſuſtinẽda. Scdo in donis oblatis: quia ea reſpuit. vnde cũ impator ſibi pmitteret q eã in palatio ſecũdã haberet rñdit. Deſine talia dicere que ſcel' eſt etiam cogitare et c. Tertio in ſupplicijs irrogatis quia ea ſuperauit ſicut patet cum fuit poſita in carcere et ſup rotam. Quarto in mundicia caſtitatis. Seruauit eñi caſtitatem in ter ea inter q caſtitas periclitari ſolz. Quinq eñi ſunt in quib' caſtitas periclitat. ſ. affluentia reſoluens: oportunitas inducẽs: iuuentus laſciuiẽs: libertas effrenãs: pulchritudo alliciens. Inter hec btã katherina caſtitatem ſeruauit. Habuit enim maximã affluentiã rerũ: x tpore que tam ditiſſimis parentibus ſucceſſit. Habuit oportunitatẽ vt pote q ſicut dña tota die inter ſuos famulos verſabatur. Habuit iterum etatẽ iuuenilẽ Itẽ ſui libertatẽ quia ſola et libera in palatio remanſit. De his quattuor dr ſupra katherina cũ eſſet ãnoꝝ decẽ et octo in palatio diuitijs et puerl pleno ſola remãſit. Habuit et pulchritudinẽ. vñ dr quia erat ſpecioſa valde et incredibili pulchritudine oĩz oculis admirabilis videbat. Quinto in puilegio dignitatl. Quedam eñi priuilegia ſpãlia fuerũt in aliquib' ſctis dñ decederẽt vt xpi viſitatio q fuit in iohãne euãgeliſta: olei emanatio q fuit in btõ nicholao: lactl effuſio: q fuit in btõ paulo: ſepulchri pparatio q fuit in btõ clemẽte: petitionũ exauditio: q fuit in btã margareta qñ orauit p agẽtib' ſui memoriã. Hec aũt oĩa fuerunt in btã katherina ſicut pz in legẽda. Dubitatio aũt habet apud aliquos vtrum a marẽtio vel a maximio martyrizata ſit. Tũc eñ. tres iperiũ tenebãt. ſ. cõſtantinus qui ex paterna ſucceſſione imperiũ ſumpſit: et marentius maximiani fili' a ptorianis militib' rome auguſt' appellat': et maximin' in oriẽtis ptib' ceſar effectus. Scdm aũt cronicas marẽtius rome. maximin' vero in oriẽte cõtra xpianos tyrãnidẽ exercebat. Uidet ergo vt aliquibus placet q vicio ſcriptoris ſit factum vt pro maximino marentius poneret

## ¶ De ſancto ſaturnino. clxviij A

Saturnin' ab apoſtolorum diſcipulis eps ordinatus in vrbem tholoſanã direct' eſt. Cũ aũt ipſo igrediẽte demones a reſponſis ceſſarent vnus gentiliũ dixit q niſi ſaturninum occiderẽt a dijs nil penitus obtinerẽt. Apprehendentes igit ſaturninũ nolẽtẽ ſacrificare ad pedes thauri ligauerũt

eūq ſtimulis agitātes a ſumma arce p gra-
dus capitolij pcipitauerūt. Sicq capite cō-
fracto ⁊ cerebro excuſſo martyriū feliciter
ↄſummauit. Cuiꝰ corpꝰ due femie rapiētes
in pfundo loco ꝓpter metū gētiliū ↄdiderūt.
Qđ poſtea ſucceſſores eiꝰ ad locū reuerētio
rem trāſtulerūt. Fuit ⁊ aliꝰ ſaturninꝰ quem
rome pfectꝰ diu i carcere maceratū i eculeū
leuari ⁊ neruis fuſtibꝰ ⁊ ſcorpionibꝰ cedi fecit
Deinde lateribꝰ aduſtis depoſitū de eculeo
decollari precepit circa annos dñi ducētos
octogintaſeptē ſub maximiano. Fuit ⁊ aliꝰ
ſaturninꝰ apđ africā frater ſcti ſatiri: q cū p
dicto fratre ſuo ⁊ reuocato ⁊ felicitate ſoro-
re dicti reuocati necnō ⁊ cū ppetua gñe nobi
li martyriū paſſus ē Quoꝝ paſſio alio tpe po
tiſſimū recolit. Cū ergo pcōſul eis dixiſſet:
vt idolis imolarēt ⁊ illi nullatenꝰ aſſentirēt:
i carcerē miſſi ſunt. Qđ vidēs paṫ ppetue ad
carcerē flēs cucurrit dicēſ Filia qđ feciſti de
boneſtaſti genꝰ tuū. Nūq aliqs de gñe tuo i
carcerē miſſus fuit. Cum aūt audiſſet q xpi
ana eſſet in eaꝫ impetu cū digitis ad oculos
irruit: ⁊ ei oculos eruere voluit: ⁊ exclamās
egreſſus eſt. Uidit autē beata ppetua hmōi
viſionē quam in craſtino ſocijs enarrauit di
cens. Uidi ſcalaꝫ auream mirabili altitudi
ne vſq ad celū erectaꝫ: q adeo anguſta erat
vt nō niſi vnꝰ ⁊ paruꝰ aſcendere poterat. In
dextera vero ⁊ leua erant fixi cultri ⁊ gladij
ferrei limati ⁊ exacuti ita vt aſcēdēs circa vel
infra ſe nullatenꝰ reſpicere poterat: ſꝫ ſemp
ad celū cū erectuꝫ ſtare oportebat. Sub ea
draco teterrimꝰ ⁊ ingentis forme iacebat ⁊
p timore quilibet aſcēdere formidabat. Ui-
di etiā ſatirū p eā aſcendentē vſq ſurſuꝫ ⁊ re
ſpicientē ad nos ⁊ dicētē. Ne timeatis hunc
draconē: ſꝫ ſecuri aſcēdite vt mecū eſſe poſſi-
tis. Hec audiētes oēs grās egerūt: q̄ ſe vo
catos ad martyriū cognouerūt B Pre
ſentati igiṫ iudici cū ſacrificare nollēt fecit
ſaturninū cū alijs viris a mulieribꝰ ſepari ⁊
dixit felicitati. Habes virū. Et illa. Habeo
ſed cōtemno. Cui ille. Miſerere tui puella
vt viuas maxime cū infantē in vtero hēas.
Ad quē ait. Fac de me qcqd vis: q̄ ad volūta
tē tuā nūq me trahere valebiſ. Parētes aūt
beate ppetue cū viro accurrētes infantē par
uulum beate ppetue q adhuc lactabaṫ addu
xerunt. Et videns eam pater ſtantem ante
pfectū cadēs in faciē dixit. Filia mea dulciſ
ſima miſerere mei ⁊ huiꝰ meſtiſſime matris
tue ⁊ huiꝰ miſerrimi viri tui q poſt te viuere
nō valebit. Perpetua vero imobilis ſtabat:
tūc pater filiū ad collū eius iactauit ⁊ ipē et
mater ⁊ maritꝰ eius manꝰ tenētes ⁊ flētes
oſculabātur eā dicētes. Miſerere noſtri fi-
lia ⁊ viue nobiſcū. At illa pijciēs paruulū et
illos repellēs ait. Diſcedite a me inimici dei
mei: q̄ nō noui vos. Uidēs vero pfectꝰ eorū
cōſtantiā diutiſſime verberatos in carcerē
poſuit. Sācti vero dū plurimū meſti eſſent
de felicitate q octo iam mēſibꝰ pgnās erat p
ea orauerūt ⁊ dolores partus ſubito in eaꝫ
irruerūt peperitq filiū viuū. Quidā vero de
cuſtodibus dixit ad eā. Quid facies cū ante
pfectū veneris: ſi nūc taꝫ grauiter cruciaris
reſpōdit felicitas. Hic ego p me patior: ibi
p me deꝰ patietur. Extracti igiṫ de carcere
ligatis poſt tergū manibus ⁊ nudatis nati-
bus per plateas ducunṫ. Et dimiſſis beſtijs
ſatirus ⁊ ppetua a leonibus deuorātur reuo
catus ⁊ felicitas a leopardis comeduntur.
Btūs vero ſaturninꝰ gladio capite truncaṫ
circa annos dñi ducētiſimoquinquageſimo
ſexto ſub valeriano ⁊ galieno imperatoribꝰ

¶ De ſancto iacobo interciſo. clxix


IAcobus martyr cogno
mento interciſus nobilis gene
re ſed fide nobilior: ex regioe p-
ſarum ⁊ ciuitate elape oriūdus
fuit. Hic ex chriſtianiſſimis parentibus or
tus eſt: ⁊ vxorem xpianiſſimā habuit. Erat
quoq notiſſimus regi perſarum ⁊ inter op
timates primus. Accidit autem vt a princi
pe nimio amore ſeduceretur: ⁊ ad colendū
idola flecteret. Hec aūt mater ⁊ vxor audiē
tes protinus ſibi ſcripſerūt dicentes. Obe-
diendo mortali deſeruiſti cū qui vita eſt pla
cendo future cito putredini deſeruiſti ſem-
piternum odorem veritatem in mendaciuꝫ
commutaſti ⁊ mortali obtemperans viuoꝝ
ac mortuorum iudicem reliquiſti. Noueris
igitur nos ammodo a te futuras extraneas
nec tecuꝫ decetero aliquatenus moraturas
Cuꝫ autem has litteras iacobus legiſſet a-
mare flens ait. Si mater mea q me genuit
⁊ vxor mea a me extranee facte ſunt: quāto
magis a me extraneus factus eſt deus meꝰ
Cū ergo p errore ſuo ſe plurimū afflixiſſet
nuncius venit ad principeꝫ qui diceret iaco
bum xpianum eſſe queꝫ princeps aduocās
ait. Dic mihi ſi nazarenus es. Cui iacobus
Etiā nazarenus ſuꝫ. Et ille ergo magus es.
Cui iacobꝰ. Abſit a me magū eſſe. Cū ergo
ei multa ſupplicia minaretur Dixit iacobus
Nō me cōturbant mine tue q̄ tanq vētus
flens ſuper petraꝫ furor tuus aures meas
cito perāſit. Cui princeps. Noli impudēter
agere ne graui morte pereas. Cui iacobus
Hoc nō mors ſꝫ ſomnꝰ potius eſt dicenduꝫ
cū poſt modicū reſurrectio tribuaṫ. Cui pn-
ceps. Non te seducāt nazareni dicētes mor
tem eſſe ſomnū q̄ magni imperatores timēt
eam. Cui iacobus. Nos morteꝫ nō timemꝰ
q̄ de morte ad vitā tranſire ſperamꝰ. Tunc
princeps de conſilio amicorū hanc ſuper ia-
cobuꝫ tulit ſententiaꝫ vt ad terrorē aliorum
mēbratim iacobus puniatur Cū autē quidā
ex compaſſiōe ſup euꝫ flerent. Ille ait. No-
lite ſup me flere ſed ſuper vos ipos plangite
q̄ ego ad vitā pgo ⁊ vobis ſupplicia eterna
debentur. Tunc carnifices pollicē manꝰ eiꝰ
dextre abſciderunt. Et exclamās iacobꝰ ait
Liberator nazarene ſuſcipe ramuꝫ arboris
miſericordie tue. Nā a cultore vinee ſarmē
tum abſciditur vitis vt potiꝰ germinet ⁊ vbe
riuꝫ coroneṫ. Cui carnifex. Si aſſentire vis
adhuc tibi pco ⁊ medicamētū adhibeo Cui
Jacobus. Nōne pſpexiſti ſtipitē vitis q̄ cū
amputanṫ ſarmēta ille nodus q remanet i
ſuo tempore cuꝫ terra caleſcere incipit p ſin
gula abſciſſionis loca pducit germina. Si
ergo vitis putaṫ viciſſitudine tpis vt germi
net quāto magis fidelis hō qui i vera vite xpo
cōpactꝰ eſt. Tūc accedēs carnifex ſecundū
abſcidit digitū. Beatus aūt iacobus dixit.
Suſcipe duos ramos quos plātauit dexte-
ra tua dñe. Abſcidit ⁊ tertiū. Et dixit iacobꝰ
De triplici temptatiōe liberatus benedicaꝫ
patri ⁊ filio ⁊ ſpiritui ſancto. Et cū tribꝰ ere
ptis de camino pueris confitebor tibi dñe
⁊ in choro martyrū pſallaꝫ nomini tuo xpe.
Abſciſus eſt ⁊ quartus ⁊ iacobus dixit. Pro
tector filiorū iſrael qui i quarta benedictio-
ne pnūciatus es ſuſcipe a ſeruo tuo ↄfeſſio
nem quarti digiti tanq in media bñdicti. Ab
ſciſo quinto digito dixit. Cōpletū eſt gaudi
um meū tunc carnifices ⁊ dixerūt ei. Parce
iam nunc aie tue ne pereas nec ↄtriſteris ſi
vnā manū amiſeris qm̄ multi ſunt vnā ma-
nuꝫ tantū habētes ⁊ multis diuitijs ⁊ hono-
ribus abūdātes. btūs iacobus dixit. Quādo
paſtores incipiūt pecora tōdere nūquid dex-
trum tm̄ vellus auferūt ⁊ ſiniſtrū dimittūt.
Si ergo pecus qđ aīal brutū eſt totum vult
vellus amittere quāto magis ⁊ ego homo
rōalis nō dedignabor p deo occidi. Accedē
tes igitur impij ad ſiniſtrā manū digitū mi-
nimū inciderūt ⁊ iacobus dixit. Tu dñe cuꝫ
magnus eſſes minimus ⁊ puus p nobis fie
ri voluiſti ⁊ idcirco reddo tibi corpus ⁊ aiaꝫ
quā creaſti ⁊ proprio ſanguine tuo redemi-
ſti. Abſcidiṫ ſeptimꝰ digitus ⁊ ait. Septies
in die laudē dixi dño. Abſcidiṫ octauꝰ ⁊ dixit
Octauo die circūciſus eſt ieſus ⁊ hebreꝰ cir-
cūciditur octauo die vt traſeat ad legales ce
rimonias ⁊ mēs ſerui tui dñe traſeat ab his
incircūciſis ⁊ coinquinatū habentibus pu
ciū ⁊ vt veniā ⁊ conſpiciaꝫ faciem tuam dñe
Inſciditur etiā nonus digitꝰ ⁊ ait. Hora no
na tradidit xps in cruce ſpiritū. Unde ⁊ ego
dñe in dolore noni digiti tibi cōfiteor ⁊ grās
ago Inſcidiṫ decimꝰ ⁊ ait decimus numerꝰ
eſt in pceptis ⁊ ioth prima littera eſt nois ie
ſu xpi. Tunc quidā de aſtantibꝰ dixerūt. O
dilectiſſime quondā noſter pfitere tantū co
ram conſule vt viuere valeas. Licet enīꝫ ab
ſciſe ſint manus tue ſunt tm̄ peritiſſimi me-
dici q tuis doloribus valeāt ſubuenire. Qui
bus iacobꝰ dixit. Abſit a me hmōi nephāda
ſimulatio. Nemo enī mittens manū ſuam
ad aratrū ⁊ reſpiciens retro aptus eſt regno
dei. Tunc indignati carnifices acceſſerunt
⁊ pollicēꝫ pedis dextri abſciderūt ⁊ iacobus
dixit. Pes xpi pforatus eſt ⁊ ſanguis exiuit
Abſcidiṫ ſecūdꝰ pedis digitꝰ ⁊ ait. Magna

mihi dies hec eſt p̄e oībꝰ diebus. hodie ꝙ́ppe ad deū fortē cōuerſus ibo. Abſciderūt et tertiuʒ ⁊ ante ipſuʒ proiecerūt. Et ſubridēs iacobus dixit. Uade tertie digite ad ſocios tuos: ⁊ queadmodū granū tritici multū fructum affert: ita ⁊ in nouiſſimis diebus cum ſocijs tuis requieſces. Abſciditur quartus ⁊ ait. Quare triſtis es aīa mea ⁊ quare ↄturbas me. Spero in deo: qm̄ adhuc ↄfitebor illi ſalutare vultus mei ⁊ deus meus. Abſciditur quintus ⁊ ait. Nūc incipiam dicere ad dominum quoniam dignum fecit ſociū ſeruis ſuis. tunc accedentes ad pedem ſiniſtrū digitū paruum abſciderunt. Et dixit iacobꝰ Digite parue cōfortare: q2 magnus ⁊ paruꝰ vnam habent reſurrectionem. Capillus capitis nō peribit quāto minꝰ a ſocijs tuis minime ſeparabis. Abſcidit̄ ſecūdus: ⁊ iacobꝰ ait. Deſtruite veterem domū: q2 ſplendidior paratur. Abſciditur tertius ⁊ ait iacobꝰ Tūſionibus firmatur incus. Abſciditur ⁊ quartus ⁊ ait. Cōforta me deus veritatis: qm̄ in te cōfidit aīa mea: ⁊ in vmbra alarū tuaruʒ ſperabo donec tranſeat iniquitas. Abſcidit̄ ⁊ quintus: ⁊ ait iacobꝰ. Ecce me tibi dn̄e immolo vicies. Tūc accedentes pedeʒ dextrū abſciderunt ⁊ dixit iacobus. Nūc offerā munus celeſti regi: pro cuius amore hec patior. abſciderunt ⁊ pedem ſiniſtrū: ⁊ btūs iacobus dixit. Tu es qui facis mirabilia exaudi me dn̄e ⁊ ſalua me. Abſciderūt dexterā manum ⁊ ait. Miſericordie tue domine adiuuent me. ad ſiniſtrā ait. Tu es deꝰ qui facis mirabilia. abſciderunt dextrū brachiū: ⁊ ait Lauda anima mea dominū laudabo dn̄m in vita mea: pſallam deo meo ꝙ̄diu fuero. Abſciderunt ⁊ brachium ſiniſtrū: ⁊ ait. Circundederunt me dolores mortis: ⁊ in noīe dn̄i vindicabor in eis. tūc accedētes abſciderūt ſuraʒ dextri cruris ſcindētes vſqʒ ad femur tūc btūs iacobus ineffabili dolore grauatuſ exclamans ait. Dn̄e ieſu xp̄e adiuua me: q2 circundederunt me gemitus mortis: ⁊ ait. carnificibꝰ. Carne noua me dn̄s induet: quā veſtra vulnera maculare nequibūt. Iā carnifices defecerāt eo ꝙ a p̄ma hora diei vſqʒ ad nonā in eius inciſiōe ſudaſſent Tūc iteꝝ accedentes ſiniſtri cruris ſuraʒ abſcindēdo vſqʒ ad femur extraxerūt. Tunc exclamās beatus iacobus dixit. Dn̄ator domine exaudi me ſemiuiuuʒ: viuorum ⁊ mortuorū dn̄s Digitos dn̄e non habeo vt ipſos ad te porrigam: nec manus vt eas ad te extendā. Pedes mei truncati ſunt ⁊ genua mea demolita: vt tibi genua flectere nō valeā ⁊ ſuʒ velut caſura domus ablatis quibꝰ ſuſtētat̄ colūnis. Exaudi domine ieſu xp̄e ⁊ educ de carcere aīam meaʒ. Hec cum dixiſſet vnus de carnificibꝰ acceſſit ⁊ caput eius amputauit Chriſtiani igitur occulte acceſſerūt ⁊ corpꝰ eius rapientes honorifice ſepelierūt. Paſſus eſt autem. x. kalen. decembris.

¶ De ſancto paſtore. clxx. A

PAſtor in heremo multis annis in abſtinentia magna ſe affligens multa ſanctitate et religione pollebat. Cū aūt mater eius ipſuʒ ⁊ fratres eius deſideraret videre ſed nō poſſet obſeruauit diem ⁊ illis ad eccleſiaʒ euntibus protinus ſe eiſdem obtulit At illi fugientes ⁊ cellā intrantes in facieʒ eius clauſerunt oſtium. Illa autē ante oſtiū ſtans cuʒ nimio fletu clamabat. Paſtor autem ad oſtiuʒ veniens dixit ei. Quid ſic clamas o vetula. Que audiens vocem eius amplius clamabat flens ⁊ dicens. Uolo vos videre filij mei. Quid enim ſi videaʒ vos. Nūquid nō ego ſuʒ mater veſtra que lactaui voſ ⁊ iam canis tota ſuʒ plena. Cui filius. Hic nos vis videre: aut in alio ſeculo. Que reſpōdit. Si nō videro vos hic videbo vos illic filij. Qui ait. Si equanimit̄ ferre vales vt noſ hic non videas: illic procul dubio nos videbis Que diſceſſit gaudens ⁊ dicens. Si vos viſura ſum illic: nolo vos videre hic. ¶ Iudex prouincie cum abbatem paſtorem videre cuperet: ſed nequiret filiū ſororis ſue tāqʒ malefactorem tenuit ⁊ in carcere poſuit dicēs. Si paſtor venerit: ⁊ pro eo interceſſerit eū dimittā. Mater igitur pueri ad oſtiū ſenis plorans dū ille ſibi nihil reſponderet ait. Et ſi viſcera ferrea habes ⁊ nulla cōpaſſiōe moueris: ſaltē miſeratio ſanguinis tui flectat te ⁊ ꝙ vnigenitus mihi exiſtit. Ille aūt mandauit ei. Paſtor filios non generauit: ⁊ idcirco non dolet. Qua cū dolore diſcedēte dixit ei iudex. Salteʒ verbo iubeat: ⁊ ego euʒ dimittā. Ille aūt remandauit dicēs. Examina cauſam ſm̄ legē: ⁊ ſi dignus morte habetur protinus moriatur: ſin autem fac quomodo tibi placeʒ. ¶ Docebat aūt fratres dicēs. Cuſtodire ⁊ ſeipm̄ cōſiderare ⁊ diſcretionē habere operationes ſunt aīe. Paupertas: tribulatio ⁊ diſcretio ſunt operationes ſolitarie vite. Scriptū eſt em̄. Si fuerint hi tres viri. noe. iob. ⁊ daniel. ⁊c. Noe pſonā habet nihil poſſidentiū. iob tribulatorū. daniel diſcretorum. Si duas res oderit monachus poteſt ab hoc mundo liber eſſe. Et querenti fratri que eſſent dixit. Carnalis repauſatio ⁊ vana gloria. Si vis requiem inuenire ī hoc ſeculo ⁊ in futuro in omni cauſa dic. Quis ego ſum: ⁊ non iudices quēqʒ. ¶ Cū quidaʒ frater de cōgregatiōe offendiſſet abbas de conſilio cuiuſdā ſolitarij eū expulit. Qui cuʒ quaſi flendo deſperaret. Abbas paſtor cum ad ſe adduci fecit. Quē benigne cōſolās miſit ad illū ſolitariū dicēs. Audiēs de te videre te deſidero. Fatiga igit̄ vſqʒ ad me. Qui cū veniſſet dixit paſtor. Duo hoīes erāt qui ambo habebāt mortuos ſuos. Reliquit aūt vnus mortuū ſuū ⁊ abijt plorare mortuū alterius. Quod ſolitarius audiēs ⁊ intelligēs in ſermone eius cōpūctus eſt. ¶ Cū quidā frater paſtori dixiſſet ſe perturbatū eſſe ⁊ locum velle deſerere eo ꝙ quedā verba de quodam fratre audiuiſſeʒ que eū nō edificauerāt dixit paſtor ne hec verba crederet q2 vera nō eſſent. Ille vero vera eſſe aſſerebat q2 frater fidelis ea ſibi retulit. Cui paſtor. Non eſt fidelis qui tibi dixit q2 ſi fidelis eſſet nequaqʒ tibi talia diceret. Et ille. Ego vidi oculiſ meis. Ille aūt interrogatus de feſtuca ⁊ de trabe ꝗd eſſent reſpōdit de feſtuca ꝙ feſtuca eſſet ⁊ de trabe q2 trabs eſſet. Et paſtor. Pone ī corde tuo q2 p̄ctā tua ſit ſicut hec trabs illius aūt velut hec p̄ua feſtuca. B Frater quidā qui grande peccatū fecerat volēs penitere triēnio interrogauit abbatē paſtorē ſi multū eſſet. Qui dixit. Multū eſt que



ſitus ſi annū iuberet ait. Multū eſt. Aſtantes autē dicebāt Uſqʒ ad quadraginta dies Et ille. Multū eſt. Et adiecit. Puto ꝙ ſi ex toto corde homo penituerit ⁊ peccatuʒ non iterauerit etiam penitentiam triduaʒ ſuſcipit dn̄s. ¶ Interrogatus de illo verbo qui iraſcit̄ fratri ſuo ſine cauſa ⁊c. ait. Ex omni re qua te grauare voluerit frater tuꝰ ne iraſcaris aduerſus eum donec oculum dextrū tibi extrahat ⁊ ſi aliter feceris ſine cauſa iraſceris. Si aūt aliqs te voluerit ſepare a deo ꝓ hoc iraſcere ei ¶ Dixit iteꝝ paſtor. Qui q̄rulosus eſt monachus non eſt. Qui malicā in corde ſuo tenuerit monachus nō eſt Qui iracundus eſt monachus non eſt. Qui malum pro malo reddit monachus nō eſt. Qui elatus et verboſus eſt monachus non eſt. Qui vero vere eſt monachus ſemꝑ eſt humilis manſuetus charitate plenus ⁊ timorem dei ſemꝑ ⁊ vbiqʒ p̄e oculis habet vt nō peccet. Dixit iterū ꝙ ſi ſunt tres in vnū ex ꝗbus vnus bene quieſcat alius autem infirmetur ⁊ gratias agat. Tertius vero miniſter eiꝰ ſit ex ſincera voluntate hi tres ſimiles ſunt velut ſunt vnius operis. ¶ Cū quidā frater ſibi cōquereretur ꝙ multas cogitatiōes habēs in ipſis periclitaret̄ cum ſub aere nudo eiecit dicens. Expande ſinū ⁊ apprehende ventum. Qui ait. Non poſſuʒ. Et ille nec cogitationes prohibere potes ne introeant ſed tuū eſt reſiſtere eis. ¶ Interrogatus a quodam fratre quid de hereditate ſibi cōmiſſa faceret dixit vt poſt tres dies ad ſe rediret. qui cū rediſſet ait illi. Si dixero da eā clericis facient inde conuiuia ſi dixero da eā parētibus non eſt tibi merces ſi dicā da eā pauperibus ſecurus eris. Quicꝗd ergo vis fac ego cauſam non habeo. Hec in vitaſpatrū.

¶ De ſancto iohāne abbate. clxxi. A

IOhānes abbas cū epiſius per annos. xl. in heremo habitaſſet interrogauit eum quantum ex hoc profeciſſet. Et ille dixit. Ex quo cepi ſolitariꝰ eſſe nūqʒ vidit me ſol manducantē. Et iohēs. Nec me iraſcētē Simile fere legitur ibidem ꝙ cū epiphaniꝰ

ep̄s at bati bilarioni daret carnes: ille ait.
Ygnoſce mibi q2 ex q̄ accepi babitū būc: non
manducaui quicq̄ occiſum. Cui ep̄s. Ex quo
accepi babitū bunc non dimiſi aliquē dormi
re qui aduerſum me aliqd baberet: neq3 dor
miui babēs aliquid aduerſus aliquē. Cui il-
le. Ygnoſce mibi q2 melior es q̄ ego. Volēs
iobannes ad ſimilitudinem angelorū3 nibil
operari: ſed deo ſine intermiſſione vacare ſe
ipſum expoliauit: ⁊ vnā beb domodā in bere
mo fuit. Cum autē fame periclitaret̄: et acu
leis muſcarum ⁊ veſparum totus vulnerare
tur: reuerſus ad oſtium fratris ſui pulſauit.
Ad quem ille Quis es tu. Et ille ego ſum io
bannes. Frater aūt dixit ei. Nequaq̄. Iobā
nes eīm angelus factus eſt: ⁊ inter bomines
vltra non eſt. Et ille. Vere ego ſum. Et non
aperiens ei dimiſit eum affligi vſq3 mane.
Poſtea aperiēs ei dixit. Si bomo es opus
babes iterū operari vt paſcaris ⁊ viuas. Si
autem angelus es: quid queris intrare cellā
Et ille dixit. Ygnoſce mibi frater: quia pec-
caui. Cum aūt moreret̄ rogauerūt eum fra-
tres vt aliquod verbum ſalutare ⁊ cōpendio
ſum loco bereditatꝫ ſibi relinqueret. Qui in-
gemiſcens ait. Nunq̄ feci ꝓpriā voluntatē:
nec aliquid docui qd̄ prius ipſe non fecerim
Hec in vitaſpatrum.

¶ De ſancto Moyſe abbate. clxxij A

Moyſes abbas dixit
fratri petenti a ſe ſermonem.
Sede in cella tua ⁊ docebit te
vniuerſa. Cum quidam ſenex
infirmatus in egyptum ire vellet ne fratres
minus grauaret: dixit ei abbas moyſes. Nō
vadas: qm̄ in fornicationez caſurus es. Qui
cōtriſtatus dixit. Mortuū eſt corpus meū ⁊
tu mibi iſta dicis. Cū ergo iuiſſꝫ ⁊ quedā vir
go ex deuotione ſibi ſeruiret: ille cōualeſcēs
eam violauit. Que cum filium peperiſſet: ſe
nex puerū3 in vlnis accipiens in die magne
feſtiuitatis q̄ erat in ſixti eccleſia corā multi
tudine fratrū intrauit. Cum aūt oēs flerent
dixit. Videtis infantē bunc filius eſt inobe-
diētie. Cauete ergo vobis fratres: q2 in ſene
ctute boc feci; ⁊ orate ꝓ me. Et pergens ad
cellā ad priſtinū ſtatū reuerſus eſt. Ali' quo-
q3 ſenex cū dixiſſet alteri mortuus ſum: ille
ait. Nō cōfidas in te donec exeas de corpe.
Nā ſi dicis q2 mortuus es ſatbanas tamē
mortuus non eſt. Cū frater quidā peccaſſet
miſerunt ad abbatem moyſen. Qui accepta
ſporta plena arena venit ad eos; quē cū frēs
quid nā boc eſſet interrogarēt dixit. Pecca-
ta mea ſunt poſt me currētia: ⁊ non video ea
⁊ veni bodie aliena iudicare peccata. Illi au
tem boc audientes fratri pepercerunt.
Simile legit̄ de abbate paſtore. Nā cū fra-
tres de quodam fratre culpabili loquerent̄
ille tacebat. Cum ergo accepiſſet ſacculum
plenum arena retro ⁊ de eadem arena mo-
dicum ante ſe ferret interrogatus quid eſſꝫ
dixit. Multa arena ſunt peccata mea q̄ poſt
me ferens ipſa nō conſidero nec pro eis do-
leo. Modica vero arena ſunt peccata fratrꝫ
ante me poſita: que ſemper conſidero: ⁊ ipſa
video cū tamē peccata mea ante me ſemper
portare deberē3: ⁊ de ipſis cogitare ⁊ ꝓ ipis
deū3 rogare. Cum abbas moyſes factus fu
iſſet clericus ⁊ impoſuiſſent ei ſuper bume-
rale dixit ei epiſcopus. Abbas factus eſt can
didatus. Et ille. A foris domine purpurarti
nam intus. Volens autē3 epiſcopus eum ꝓ
bare dixit clericis ſuis: vt quando ad altare
accederet ipſum cum iniuria expellerent: de
inde eum ſequētes quid loqueretur audirēt.
Proijcientes autē3 eum foras dixerūt. Exi
foras etbiops. Qui egrediens dicebat. Be
ne tibi fecerunt cinerate ⁊ cacabate: quia cū
bomo non ſis quare te in medio bominū da
re preſumpſiſti. Hec in vitaſpatrum.

¶ De ſancto arſenio abbate. clxxiij A

Arſenius cū3 adbuc in
palatio cōſiſteret: ⁊ vt ad ſalutē
dirigeret̄ oraret audiuit. Arſe-
ni fuge boies ⁊ ſaluaberis. Ac-
cedēs igit̄ ad monacbalem vitam ⁊ ibidem
orans audiuit. Arſeni fuge tace ⁊ quieſce.
Legitur enim ibidem de bac quiete appe-
tēda q̄ tres fratres cū facti fuiſſent mona-
cbi vnus elegit diſcordantes ad pacem redu
cere; ſecūdus infirmos viſitare; tertius in ſo



litudine quieſcere. Primus igitur laborās
ꝓpter lites boīm nō potuit oībus placere ⁊
tedio victus venit ad ſecūdum. Quē inuenit
aio deficientē ⁊ mandatū ꝑficere nō valētē3
Et cōcordātes ad tertiū q̄ erat in ſolitudine
venerūt. Cui cū tribulatōes ſuas narraſſent
ille miſſa aqua in cypbo dixit. Attēdite in a
quam. Et erat cōmota ⁊ turbulenta. Et rur
ſus dixit. Attendite modo quomodo quieta
⁊ limpida facta eſt. Qui cū intēderēt ⁊ vult'
ſuos viderēt ait. Sic qui in medio boīm cō
ſiſtunt pre turba nō vidēt peccata ſua. Cū3
autē quieuerint: tūc peccata ſua videre vale
bunt. Quidā etiā cū inueniſſet quēdā in be-
remo velut beſtiā berbas māducantē ⁊ nu
dum currebat poſt ipm̄ fugientē dicēs. Ex-
pecta me q2 ꝓpter deū ſequor te. Et ille. Et
ego ꝓpter deū fugio te. Cū aūt veſtē proie-
ciſſet expectauit eū dicēs. Quoniā materiā
mundi proieciſti a te expectaui te. Cui ille.
Dic mibi quomodo ſaluus efficiar. Qui re-
ſpondens ait. Fuge boies ⁊ tace. Matrona
quedā ⁊ nobilis ⁊ ſenex venit: vt abbatē ar-
ſenium ex deuotione videret qui rogatus a
tbeopbilo arcbiep̄o vt ſe videri permitteret
nullatenus acquieuit. Tandē illa ad ei' cel
lam ꝓperans ipm̄ foris ante oſtiū celle in-
uenit ⁊ ſe ad eius pedes ꝓſtrauit. Ille au-
tem cum indignatione nimia eleuauit ea3
dicens. Si faciē mea3 videre vis vide. Illa
autem faciē eius pre ꝯfuſiōe ⁊ verecūdia nō
ꝯſiderauit. Cui ſenex Quomodo cū mulier
ſis tantam nauigationē facere p̄ſumpſiſti.
Ecce eīm romā redibis ⁊ q̄ abbatē arſeniū
videris alijs mulieribus enarrabis: ⁊ ille ſi-
militer venient vt videāt me. Et illa. Si deo
dante romā rediero nullā buc venire ꝑmit-
tam. Sed ſaltē obſecro vt ores ꝓ me ⁊ mei
memor ſis ſemꝑ. Cui ille. Oro deum vt de-
leat memoriā tuā de corde meo. Et illa au-
diens turbata nimiū venit in ciuitatē: ⁊ pre
triſticia febricitare cepit. Quod arcbiep̄us
audiens ad eā conſolandā acceſſit. Illa au-
tem dicebat. Ecce ego contriſtata morior
Cui arcbiepiſcop'. Neſcis quia mulier es:
⁊ inimicus ſanctos ꝑ mulieres impugnat
⁊ ꝓpterea ſenex boc dixit. Nā ꝓ anima tua
ſemper orat. Et ſic conſolatione recepta cū
gaudio ad ꝓpria remeauit. De quoda3 alio
patre legitur q̄ cū diſcipulus eius ſibi dice-
ret ſenuiſti abba. accedamus parum iuxta
mundū. Ille ait. Vbi nō eſt mulier ibi eam'
Dixit ei diſcipulus. Et vbi eſt loc' nō babēs
mulierē niſi forte ſolitudo. Et ille. Ergo in
ſolitudinē me tolle. Alius etiā frater cū ma
trem ſuā vetulā trans fluuiū portare debe-
ret ille manus ſuas pallio inuoluit. Cui illa
Vt qd ſic operuiſti manus tuas fili. Et ille
corpus mulieris ignis eſt ⁊ ex eo q̄ te cōtin
gebā aliarū feminarū memoria in meo aio
veniebat. B Arſenius autē ꝑ totū tp̄us
vite ſue ad opus ſedens manuū ſuarū pan-
num babebat in ſinu propter lacbrymas q̄
crebro de oculis eius currebāt. Totā noctē
inſomnem ducebat. Mane aūt facto cū ꝓ-
pter nature laſſitudinē dormire vellet dice-
bat ſomno. Veni ſerue male. Et ſurripiebat
parū ſomni ſedēdo ⁊ ſtatim ſurgebat. Dice-
bat quoq3 ſufficit monacbo ſi dormierit vna
bora ſi eſt tamen pugnator. Cūq3 pater ſan
cti arſenij nobiliſſimus ſenator vitā finiēs
⁊ teſtamentū faciēs magnā bereditatē arſe
nio dimiſiſſet magiſtrianus predictū teſta-
mentū ad ipm̄ detulit. Quod ille accipiens
voluit illud ſcindere. Magiſtrianus autem
eius pedibus ꝓuolutus rogauit ne boc face
ret q2 caput eius preſcideretur. Cui arſeni'
Prius mortuus ſum q̄ ille. Ipe igit̄ cū mo
do mortuus ſit quō me fecit beredē. Et re-
miſit teſtamētū nibil accipere volēs. Qua-
dam vice facta eſt vox ad eū dicēs. Veni et
oſtēdam tibi opa boīm. Et eduxit eū in quē
dam locū oſtēditq3 ei etbiopē incidētē3 ligna
⁊ facientē ſarcinā grandē quā portare non
poterat. Deinde iterū ligna incidebat ⁊ ad
ſarcinā addebat ⁊ boc faciebat diuti'. Oſtē-
ditq3 ei rurſu3 boīem baurientē aquā de la
cu ⁊ effundentē aquā in ciſternā ꝑtuſam que
aquam refundebat in lacū ⁊ ipam ciſterna3
implere volentē. Et oſtendit ei iterū tēplu3
⁊ duos viros ſedentes in equis portātes li-
gnum tranſuerſum. Volētes autē introire
in tēplū nō poterāt eo q̄ lignū in tranſuerſo
portarent. Et expoſuit dicēs. Hi ſunt q̄ por

ant quaſi iugū iuſticie cū ſupbia ⁊ nō humi
liantur: ppter qḋ remanēt foris a regno dei
Qui ligna incidit: homo eſt in pctis multis
⁊ p eo: vt agat penitētiā nō ſubtrahit de pec
catis: ſed adidit iniqtates iniquitatib⁹. Qui
aūt aquā haurit homo eſt bona opera faciēſ
ſed q: cū eis ſunt pmixta mala perdit bona
opera ſua. Veſpere ſabbati veniēte die dñi
co relinquebat poſt ſe ſolē ⁊ extendebat ma
nus ſuas ad celuz donec mane die dñico ſol
aſcendens faciem eius illuſtrabat ⁊ ſic reſi
debat. Hec in vitaſpatrum..

¶ De ſancto agathon abbate. clxxiiij A

Gathon abbas p triē
nium lapidē in os ſuuz mittebat
donec taciturnitatē diſceret. Ali
us quoqꝫ frater cū intraſſet con
gregationē dixit intra ſe: tu ⁊ aſinus vnum
eſto. Sicut ergo aſinus vapulat ⁊ nō loqtur
iniuriā patit ⁊ nō reſpōdet: ſic ⁊ tu. Alius qꝫ
frater a mēſa expulſus nihil reſpōdit. Poſt
modū ſup hoc interrogatus ait Poſui i cor
de meo ꝙ equalis ſim cani: qui cū ſectat fo
ras egredit. Interrogatus agathon q̄ virt⁹
plus haberet laboris rñdit. Puto nō eſſe ta
lem laborē qualē orare deū. Nā inimici eiuſ
ſemp laborant ei⁹ orōem interrūpere. Naz
in ceteris laboribus homo aliquē requiem
poſſidet: orator autē opus habet magni cer
taminis. Interrogatus agathon a quodaz
fratre quomodo cū fratribus habitare de
beret ait. Sicut in prima die ⁊ nō aſſumas
fiduciā. Nō eſt eñi peior paſſio ꝙ̄ fiducia ge
nitrix eſt eñi oim paſſionū. Dixit iterū. Ira
cundus ſi mortuos ſuſcitet nō placet alicui
vel deo ppter iracūdiā ſuā. ¶ Frater quidā
iracundus intra ſe ait. Si ſolus habitarem
ad iram non ita cito mouerer. Quadā autē
vice dū vaſcolū aqua impleret verſatus eſt.
Secūdo impleuit ⁊ iteꝫ verſat⁹ eſt. Tertio
impleuit ⁊ verſatus eſt. Qui cōmotus furo
re fregit vaſculū. In ſe aūt reuerſus cogno
uit: q: ab eodē demone iracūdie ſit illuſus ⁊
dixit. Ecce ſolus ſuz: ⁊ tamen ira me vincit
Reuertar ergo in congregationem: q: vbiqꝫ
labor ⁊ vbiqꝫ patientia ⁊ adiutorio dei opus
eſt Econtra erāt duo fratres qui multis an
nis inuicē cōuerſantes nūq̄ ad iracūdiā po
terant prouocari. Quadam vice dixit vnus
alteri Faciamus et nos litem ſicut homies
de mundo faciūt. Et ille reſpondit. Neſcio
qualiter fiat lis. Et dixit frater. Pono i me
dio laterculum et dico meum eſt. Tu autez
dic non: ſed meum eſt: ⁊ inde fiet litis initiū
Poſita eſt ergo teſta in medio. Dixit vnus
meum eſt hoc: ⁊ alter dixit non: ſed meū eſt
Et ille reſpondit. Etiam tuuz eſt. Tolle er
go ⁊ vade. Et diſceſſerunt: nec inter ſe con
tendere potuerūt. ¶ Erat autē abbas aga
thon ſapiens ad intelligendū: impiger ad la
borandum: parcus in cibo atqꝫ veſtimento
Dicit autē. Scōm voluntatez meam nunq̄
dormiui retinēs in corde aduerſus quenq̄
dolorem. Nec dimiſi dormire aliū habentē
aduerſuz me aliquid. ¶ Moriturus quoqꝫ
agathon tribus dieb⁹ māſit imobilis aper
tos tenens oculos. Qui cū pulſaret a fratri
bus reſpōdit In conſpectu diuini iudicij aſ
ſiſto. Dicunt ei. Et tu times. Et ille. In cu
ſtodiēdis mādatis dei vtute qua potui labo
raui: ſed homo ſum ⁊ neſcio vtrū placuerūt
opera mea domino. Dicūt ei. Et nō ꝯfidis
de operibus tuis ꝙ ſꝫ deū ſunt. Et ille. Nō
preſumo donec venero ante illū. Aliter eniz
ſunt iudicia dei: ⁊ aliter iudicia hoim Cum
autez eū adhuc interrogare vellēt ait. Oſtē
dite charitatem ⁊ nolite mecū loqui q: occu
patus ſum. Quo dicto ſtatim ſpiritum cum
gaudio emiſit. Videbant enim colligentem
ſpiritū quemadmodū ſi quis ſalutet amicos
ſuos dilectos. Hec in vitaſpatrum.

¶ De ſancto barlaam. clxxv. A

Arlaam cui⁹ hiſtoriā
iohannes damaſcenus diligen
ti ſtudio cōpilauit operāte in eo
diuia gratia ſanctū ioſaphat re
gem ad fidē ꝯuertit. Etenim cū vniuerſa in
dia xpianis ⁊ monachis plena eſſet ſurrexit
rex quidā pre potēs noie auennir qui xpia
nos ⁊ p̄cipue monachos plurimū perſeque
batur. Accidit autem vt quidā regis amic⁹
et in palatio ſuo primus diuina cōmonitio



nis gratia regiā aulā relinqueret ⁊ monaſti
cū ordinē introiret. Quod rex audiēs p ira i
ſaniens eū p queqꝫ deſerta inqri fecit: ⁊ vix
inuentū ad ſe adduci mādauit. Vidēſqꝫ euz
vili tunica coopertū ⁊ fame maceratū q̄ ſplē
didis veſtimētis ornabat: ⁊ multis diuitijs
affluere ꝯſueuerat: dixit ei. O ſtulte ac mētiſ
perdite: cur honorem in contumeliaz com
mutaſti: ⁊ te ludum puerorum feciſti. Cui il
le. Si huius a me rationē audire deſideras
inimicos tuos pcul a te abijcias. Rege aūt
qui eſſent huiuſmodi inimici querente ait.
Ira ⁊ concupiſcentia hec enim impediunt
ne veritas videat. Aſſideāt autē ad audien
tiam dicēdorū prudentia ⁊ equitas. Cui rex
Fiat vt loqueris. Et ille inſipiētes ea q̄ ſunt
deſpiciūt quaſi nō ſint ea vero q̄ non ſunt q̄
ſi ſint apprehēdere moliunt. Qui autē non
guſtauerit eorū que ſunt dulcedinē nō pote
rit eorum que non ſunt addiſcere veritatez
Multa aūt illo de myſterio incarnatiōis et
fidei proſequente rex ait. Niſi tibi in princi
pio promiſiſſem ꝙ de medio conſilij iraz re
mouerem nūc vtiqꝫ igni tuas carnes trade
rem. Surge igit ⁊ fuge ex oculis meis ne vl
tra te videā ⁊ male te pdā. Vir aūt dei triſtis
abſceſſit eo ꝙ martyrium ꝑpeſſus non eſſet
¶ Interea duz rex liberos nō haberet puer
ei pulcherrimus naſcitur: ⁊ ioſaphat appel
latur. Congregante aūt rege infinitā mul
titudinē: vt dijs pro ortu pueri imolarēt qn
quagintaquiqꝫ aſtrologos cōuocauit a qui
bus qḋ futuꝝ eſſet filio ſuo diligenter queſi
uit. Cunctis aūt reſpondentibus eum ma
gnum in potentia ⁊ diuitijs futurū vnus ſa
pientior ex ipis dixit. Puer iſte qui natus ē
tibi o rex nō in tuo erit regno ſed in alio in
comparabiliter meliori. Nā illius quā pſeq̄
ris xpiane religionis vt eſtimo futurus eſt
cultor. Hoc autē nō a ſemetipſo ſꝫ a deo in
ſpirante dixit. Audiēs hoc rex ⁊ plurimum
expaueſcēs i ciuitate ſeorſuz palatiū ſpecio
ſiſſimū cōſtrui fecit: ⁊ ibi puerū ad habitan
dum poſuit: ibiqꝫ ſecum iuuenes pulcherri
mos collocauit precipiens illis vt nec mor
tem nec ſenectutez nec infirmitatez vel pau
pertatem; nec aliquod qḋ poſſet ſibi afferre
triſticiā ei nominarent: ſed omnia iocunda
ei proponerent quatenus mens eius leti
cije occupata nil de futuris cogitare poſſet.
Si quem vero miniſtrantium infirmari cō
tingeret hunc protinus rex precipiebat eij
ci: ⁊ alium loco eius incolumem ſubrogari.
Precepitqꝫ ne ſibi de chriſto aliquam face
rent mentionem. B Eodem tempore
erat cū rege vir quidā xpianiſſimus ſꝫ occul
tus; q inter nobiles regis pricipes pim⁹ erat
Hic cū aliqn̄ cū rege ad venandū iuiſſet ho
minē quendā pedē leſuz a beſtia habentē et
in terra iacentez inuenit a quo rogat: vt ſe
ſuſcipere debeat: q: ſibi in aliquo forſitan p
deſſe poſſet. Cui miles dixit. Ego quidē te
libenter ſuſcipio ſꝫ in quo vtilis inueniaris
ignoro. Et ille dixit. Ego ſuz homo medic⁹
verborū. Si eñi aliquis in verbis ledat con
gruaz ſcio adhibere medelaz. Miles autez
quod ille dicebat pro nihilo cōputauit pro
pter deuz tamen ipſuz ſuſcipiens eius curā
egit. Viri autez quidaz inuidi et malicioſi vi
dentes predictuz principez in tanta gratia
eſſe regis ipſuz apud regē accuſauerunt: ꝙ
non ſoluz ad chriſtianoruz fidem declinaſ
ſet ſed inſuper regnū conabatur ſibi ſurripe
re turbaz ſolicitans ⁊ ſibi conſilians. Sed
ſi hec inquiunt ita eſſe o rex ſcire deſideras
ipſum ſecreto aduocat: ⁊ vitam hanc cito fi
niendā cōmemora: ⁊ idcirco gloriā regni te
velle delinquere: ⁊ monachoruz habitū aſſu
mere aſſeras; quos tamē ignoranter hacte
nus fueras perſecutus. Et tunc videbis q̄d
tibi reſponderit. Que cū rex omia vt illi ſua
ſerant feciſſet ille doli ignar⁹ pfuſus lachry
mis ppoſitū regis laudauit ⁊ vanitatē mū
di rememorans quantotius hoc adimplen
dam conſuluit. Quo rex audiens ⁊ verū eſſe
quod illi dixerant credens furore repletus
eſt: nihil tamen ſibi reſpondit. Vir autē per
pendens ꝙ rex grauiter verba ſua accepat.
tremens abſceſſit ⁊ medicū ſe habere vbo
rum recolens omnia ſibi narrauit. Cui ille
Notum ſit tibi ꝙ rex ſuſpicat vt ppter hoc
dixeris ꝙ eius regnuz velis inuadere. Sur
ge igitur cito ⁊ comam tuam tonde ⁊ veſti
menta abijciens ciliciuz indue: ⁊ ſumo di

ſeculo ad regem igredere. Cūq; rex quid ſibi hoc velit interrogauerit: reſpondebis. Ecce rex paratus ſum ſequi te. Nam ⁊ ſi via ꝑ quam cupis ire difficilis ſit: tecuꝫ tamen exiſtenti facilis mihi erit. Sicut em̄ ſociuꝫ me habuiſti in proſperis: ſic habebis pariter in aduerſis. Nūc igitur preſto ſum quid moraris. Quod cū ille ꝑ ordineꝫ feciſſet rex obſtupuit: ⁊ falſarios arguens viruꝫ ampliori honore dotauit. Filius autem eius in palatio educatꝰ ad etatē adultam peruenit ⁊ in omni ſapiētia plene edoctus fuit. Admirās aūt cur pater ſic eū recluſiſſet: vnū de ſeruis ſibi familiariorē ſecreto de hac re interrogauit: dicens ſe in multa meſticia poſitū: ꝓ eo ꝙ ſibi foras egredi nō liceret: adeo vt nec cibus ſibi saperet: nec potus. Quod pater audiens et dolens equos idoneos parari fecit ⁊ choros plaudētes ante eū mittens ne quid ſibi fedū occurreret diligenter ꝓhibuit. Predicto igitur iuuene taliter ꝓcedente: quadā vice vnꝰ leproſus ⁊ vnꝰ cecus ſibi obuiauerūt. Quos ille videns ⁊ ſtupēs qui ſint: ⁊ quidnā habeāt inquiſiuit. Et miniſtri dixerunt. Paſſiones iſte ſunt que hoībus contingere ſolēt. Et ille. Omnibus hoībus contingere pñt hmōi. Negātibus illis rñdit. Noti ſunt igitur qui hec pati debeant: an ſic indefinite ꝓueniunt. Et illi. Et quis hominuꝫ futura ſcire valet. Valde igitur anxius eſſe cepit ꝓ incōſuetudine rei. Alia autē vice quendam valde ſenē rugoſam habētē faciē ⁊ dorſum incuruatū ⁊ cadentibus dentibus balbuciendo loquentem inuenit. Stupefactus igitur diſcere cupit viſionis miraculum. Cūq; didiciſſet ꝙ ꝓpter annoꝝ multitudinē ad talem ſtatum veniſſet ait. Et quis eſt huius finis. Dicunt ei. Mors. Et ille. Eſt ne mors oīm vel aliquorum. Cum didiciſſet oēs mori debere interrogauit. In quot annis hec ſuperueniūt. Et illi in octoginta vl' centū annis ſenectus inducitur: deinde mors ipſa ſubſequitur. Hec igitur iuuenis frequenter in corde ſuo recogitans in multa deſolatione erat: ſed coram patre leticiam ꝓtendebat: plurimum deſiderans in hmōi dirigi ⁊ doceri. ¶ Igitur quidā monachus vita ⁊ opinione perfectus habitans in deſerto terre ſennaar noīe barlaam hic que circa filium regis agebantur ꝑ ſpiritum cognouit: ⁊ mercatoris habituꝫ ſumens: ad ciuitateꝫ illā deuenit. Accedenſq; pedagogo filij regis locutus eſt dicēs. Ego cum negociator ſim lapideꝫ precioſum venalem habeo qui cecis lumē tribuit: ſurdis aures aperit: mutos loqui facit: inſipientibus ſapientiā infundit. Nūc igitur duc me ad filium regis: ⁊ hunc ſibi tradam. Cui ille. Videris homo mature prudentie ſꝫ verba tua prudentie nō cōcordant. Verūtamen cū lapidum notitiā habeam ipm lapidē mihi oſtēde: ⁊ ſi talis vt aſſeris fuerit cōprobatus a filio regis honores maximos cōſequeris. Ad quē ille. Lapis meus inſuper hanc habet virtutem. Quia qui nō habet ſanā oculoꝝ acieꝫ ⁊ qui nō ſeruat integrā caſtitatē: ſi forte illū aſpexerit ipſam virtutē quā habet viſibilem perdit. Ego aūt medicinalis artꝭ nō expers video te ſanos oculos nō habere. Filiuꝫ aūt regis audiui pudicū eſſe: ⁊ oculos pulcherrimos ⁊ ſanos habere. Cui ille. Si ſic eſt noli mihi oſtendere: ⁊ oculos ſanos nō habeo et in peccatis ſordeſco. Nūcians igitur hec filio regis ipſum ad eum ꝙtotius introduxit. Cum ergo introductus fuiſſet: ⁊ rex eum reuerenter ſuſcepiſſet: ait barlaam. In hoc bene feciſti: q: de foris paruitati apparenti nō attendiſti. Nam rex quidā magnus in curru deaurato ꝓcedēs cū qbuſdā attritas veſtes indutꝭ ⁊ macie attenuatꝭ obuiaſſꝫ ꝯtinuo de curru exiliēs: ad pedes coꝝ ꝓcidens ipſos adorauit: ⁊ ſurgens in oſcula coꝝ ruit. Proceres autē eius indigne hoc ferentes: ſed regem ſuper hoc arguere formidātes. Fratri eius retulerunt quō rex magnificentie regali indigna feciſſet. Frater autē regem ſuper hoc redarguit. Erat aūt regi conſuetudo: ꝙ quādo aliquis morti tradendus erat: rex ante eius ianuam preconē cum tuba ad hoc deputata mittebat. Veſpere igitur veniēte ante fratris ianuaꝫ tubam ſonari fecit. Quod ille audiens ⁊ de ſua ſaluatione deſperās totam noctem inſomnē duxit ⁊ teſtamentū fecit. Mane aūt facto indutus nigris veſtibꝰ cum vxore ⁊ filijs ad fores palatij lugens ac-



ceſſit: Quem rex ad ſe ingredi faciens dixit. O ſtulte ſi preconē fratrꝭ tui cui nihil te deliquiſſe cognoſcis adeo timuiſti: quomodo preꝯnes domini mei in quem adeo peccaui timere nō debeam: qui ſonabilius mihi ꝑ tuba mortē ſignificant: ⁊ terribilem iudicis aduētū mihi denūciant. Deinde quattuor capſas fieri iuſſit: ⁊ duas earū extrinſecus auro vndiq; operiri ⁊ oſſibus mortuoꝝ putridis impleri duas vero pice liniri: ⁊ gēmis ⁊ margaritis precioſis impleri fecit. Vocanſq; illos magnates quos ſciebat querimoniaꝫ apud fratreꝫ diſpoſuiſſe quattuor illas capſas ante eos poſuit: ⁊ que precioſiores eſſent inquiſiuit. Illi vero duas deauratas magni eſſe precij: reliquas vero vilis precij eſſe iudicauerunt. Precepit igitur rex deauratas aperiri ⁊ cōtinuo inde fetor intolerabilis emanauit. Quibus rex. He illis ſimiles ſunt qui glorioſis veſtibus ſunt amicti: intus vero immundicia vicioꝝ pleni. Deinde alias aperiri fecit. Et ecce odor mirabilis inde exalauit. Quibus rex. Iſte illis pauperrimis quos honoraui ſimiles ſunt. Qui ⁊ ſi vilibus veſtimētis operiantur intus tñ omni virtutū odore reſplendent. Vos aūt ſolū que deforis ſunt attenditis: ⁊ que deintus ſunt nō conſideratꝭ. Secūdum igit' illuꝫ regē tu quoq; feciſti hñ ſuſcipiēs me. Incipiēs igitur barlaam: cepit ei de mundi creatione ⁊ hominis preuaricatione ac filij dei incarnatione: paſſione ⁊ reſurrectiōe longū ſmoneꝫ texere: necnō de dei iudicio ⁊ retributōe bonoꝝ ⁊ maloꝝ mlta proferre ⁊ ſeruiētes idol' plurimū exprobrare ac de coꝝ fatuitate tale exempluꝫ ponere dicēs. O Sagittarius quidā auiculam paruā nomine philomenā capiens: cū vellet eam occidere vox data eſt philomene ⁊ ait. Quid tibi proderit o homo ſi me occideris. Neq; em̄ ventrē tuū de me implere valebis Sed ſi me dimittere velles tria tibi mandata darem: que ſi diligentius cōſeruares magnam inde vtilitatē conſequi poſſes. Ille vero ad eius loquelā ſtupefactus: ꝓmiſit ꝙ eā dimitteret ſi hec ſibi mandata proferret. Et illa. Nunꝗ rem que apprehendi non poteſt apprehēdere ſtudeas. De re ꝑdita irrecuperabili nunꝗ doleas. Verbū incredibile nunꝗ credas: Hec tria cuſtodi ⁊ bene tibi erit. Ille autē vt ꝓmiſerat eā dimiſit. Philomena igit' per aera volitans dixit ei. Ve tibi homo ꝙ malū cōſiliū habuiſti: ⁊ ꝙ magnū theſauꝝ hodie perdidiſti. Eſt em̄ in meis viſceribus margarita que ſtrutionis ouū ſua vincit magnitudine. Quod ille audiēs valde contriſtatus eſt ꝙ eā dimiſerit: ⁊ eā apprehendere conabatur dicēs. Veni in domū meam ⁊ oēm tibi humanitatē exhibebo: ⁊ honorifice te dimittā. Cui philomena. Nūc ꝓ certo cognoui te fatuū eſſe. Nā ex his que tibi dixi nullū ꝓfectum habuiſti: quia ⁊ de me perdita ſꝫ irrecuperabili doles: ⁊ me tēptaſti capere cū nequeas meo itinere pergere ⁊ inſuꝑ margaritam tam grandē in meis viſceribus crediſti eſſe: cum ego tota ad magnitudinem oui ſtrutionis nō valeam pertingere. Sic ergo ſtulti ſunt illi qui ꝯfidūt idolis: quia plaſmatos a ſe adorant: ⁊ cuſtoditos a ſe: cuſtodes ſuos appellant. Cepitq; ꝯtra fallacē mundi delectationē ⁊ vanitateꝫ multa diſputare et plura ad h' exempla adducere dicēs. Qui corporales delectationes deſiderāt: et animas ſuas fame mori permittūt ſimiles ſunt cuidā homini qui dū a facie vnicornis ne ab eo deuoraret' velocius fugeret in quoddā baratrum magnū cecidit. Dum autē caderet manibus arbuſtulam quandam apprehendit: ⁊ in baſe quadā lubrica ⁊ inſtabili pedes fixit. Reſpiciens ꝟo vidit duos mures vnū albū ⁊ aliū nigrum inceſſanter radicem arbuſtule quam apprehenderat corrodentes: ⁊ iā ꝓpe erant: vt ipam abſciderēt. In fundo aūt baratri vidit draconē horribilē ſpirantē igneꝫ ⁊ aperto ore ipm deuorare cupientē. Super baſaꝫ vero vbi pedes tenebat: vidit quattuor aſpidum capita inde ꝓdeūtia. Eleuās auteꝫ oculos: vidit exiguuꝫ mellis de ramis illius arbuſtule ſtillans. Oblituſq; periculi in quo vndiq; poſitus erat: ſeipſuꝫ dulcedini illius modici mellis totum dedit. Vnicornis autē mortis tenet figuram q̄ hoīem ſemꝑ ꝑſequitur: ⁊ apprehendere cupit. Baratrum vero mūdus eſt oībus malis plenꝰ. Arbuſtula ꝟo vniuſcuiuſq; vita eſt: que per horas diei ⁊ no-

ctis:quaſi per murē albū ⁊ nigrū inceſſan
ter conſumitur:et inciſioni appropinquat.
Baſis vero quattuoꝛ aſpidū corpus ex quat
tuoꝛ elementis cōpoſitū quibꝰ inoꝛdinatis
corporis cōpago diſſoluit. Draco terribilis
os inferni cunctos deuorare cupiēs. Dulce-
do ramuſculi delectatio fallax mūdi ꝑ quaꝫ
homo ſeducitur:vt periculū ſuū minime in-
tueat. E Addidit qꝫ dicēs. Similes ſunt
iterū mūdi amatores homini qui tres ami-
cos habuit quorum vnū plus q̄ ſe: ſcđm tm̄
q̄tū ſe:tertiū minꝰ q̄ ſe ⁊ quaſi nihil dilexit.
In magno itaqꝫ periculo poſitus ⁊ a rege ci
tatus cucurrit ad primū amicū eius auxiliū
querēs ⁊ qualiter eū dilexerit ſemper cōme-
morans. Cui ille neſcio quis ſis o hō:habeo
alios amicos cū quibus me hodie letari oꝫ
quos ⁊ amicos ammodo poſſidebo:ꝑbeo ta
men tibi duo ciliciola:vt habeas quibus va-
leas operiri. Confuſus igitur ad ſecundū ve
nit ⁊ ſimiliter eius auxilium poſtulauit. Cui
ille nō vacat mihi tecum ſubire agonem cu-
ris etenim multis circūdor:modicum tamē
vſqꝫ ad hoſtiū palatij te ſociabo ⁊ ſtatim do-
mum reuertar ꝓprijs vacans negocijs. Tri
ſtis igitur ⁊ deſperās ad tertium amicū per
rexit ſibiqꝫ facie demiſſa dixit:non habeo os
loquēdi ad te quoniam vt debui nō amaui te
Sed in tribulatione circūdatus ⁊ ab amicis
deſtitutus:rogo vt mihi auxiliū feras ⁊ mi-
hi veniam prebeas. Et ille hilari vultu dixit
Certe amicū chariſſimū fateoꝛ te eſſe ⁊ tui
licet modici beneficij non immemoꝛ precedaꝫ
te ⁊ apud regem interueniā pro te:ne in ma
nibus tradet te inimicorū. Primus igitur
amicus eſt diuitiarū poſſeſſio:pro quibꝰ ho-
mo multis periculis ſubiacet veniente vero
mortis termino:nihil ex omnibus niſi viles
accipit ad ſepeliendum panniculos. Secun
dus amicus eſt vxor:filij:⁊ parentes:qui tā-
tum vſqꝫ ad monumentum ſecum pergen-
tes protinus reuertūtur ſuis vacātes curis.
tertius amicus eſt fides:ſpes:charitas ⁊ ele
moſyna ⁊ cetera bona opa que nos cū eximꝰ
de corpore pñt precedere:⁊ pro nobis apud
deum interuenire ⁊ ab inimicis demonibus
nos liberare. Hoc inſuper addidit dicēs. In
quadam magna ciuitate conſuetudo fuit q̄
hominem extraneum ⁊ ignotū omni anno
in principē eligebant. Cui omni poteſtate
accepta quicquid volebat facere licitū erat
⁊ ſine omni cōſtitutione terram regebat. Il
lo igitur in omnibus delicijs permanente:⁊
ſemꝑ ſibi ſic eſſe eſtimante:repente ciues in
eū inſurgebant ⁊ ꝑ totam ciuitatem nudum
trahentes in remotā inſulā exulē trāſmitte-
bant:vbi nec cibum nec veſtimentum inue-
niens fame ⁊ frigore vrgebatur. Tandē qui
dam alius ſublimatus in regno:cū illorū ciui
um cōſuetudinem didiciſſet:infinitos theſau
ros ad inſulā illā premiſit:vbi poſt annū in
exiliū relegatus ceteris fame deficientibus
ille immēſis delicijs abūdabat. Ciuitas hec
mundus iſte eſt. Ciues tenebrarum princi-
pes qui nos falſa mūdi delectatione alliciūt
nobiſqꝫ nō ſperantibus mors ſuꝑuenit:⁊ in
locū tenebrarū demergimur. Diuitiarū vo
ad eternū locū premiſſio fit manibus egeno
rum. F Igitur cum barlaam ꝑfecte fi
liū regis docuiſſet ⁊ ipſe eū iam relicto prē
ſequi vellet:dixit barlaā. Si hoc feceris: cui
dam iuueni ſimilis eris:qui cū quandam no
bilem nollet deſponſare vxorē:ipſe renuēs
aufugit ⁊ in quendā locū deueniēs virginē
quādā cuiuſdā ſenis pauperis filiā laboran-
tem ⁊ ore deū laudantem vidit. Ad quā ille.
Quid eſt qđ agis mulier. Cum enī ita pauꝑ
ſis:gratias tamen agis deo ac ſi magna re-
cepiſſes ab eo. Ad quē illa. Sicut parua me
dicina ſepe a magno languore liberat:ſic gra
tiarū actio in paruis donis maiorum effi-
citur auctrix donorum. Hec tñ que extrinſe
cus ſunt noſtra nō ſunt:ſed ea que in nobis
ſunt ⁊ noſtra ſunt Adeo magna accepi:quia
me ad ſuā imaginē fecit:intellectū mihi de
dit:ad ſuā me gloriā vocauit:⁊ ianuā regni
ſui iam mihi aperuit. Pro tantis ergo ⁊ tam
magnis donis ipm laudare cōuenit. Vidēs
iuuenis eius prudētiā:eā a patre ſuo in vxo-
rem petijt. Cui ille. Filiā meā accipere nō va
les:qꝛ diuitum ⁊ nobiliū filius es:ego autē
pauꝑ ſum. Sed cum ille oīno inſtaret. ait ſe
nex. Non poſſum eam tibi dare:vt in domū
patris tui ducas eā cum vnica mihi ſit. Et il



le. Apud vos manebo ⁊ vobis me in omnibꝰ
conformabo. Deponēs igitur precioſum or-
namentū:habitū ſenis induit:⁊ apud eum
manens ipſam in vxorē accepit. Poſtq̄ vo
ſenex diutius eū probauit in thalamū eū du
xit ⁊ immēſum pondus diuitiarū quantū nū
q̄ viderat ſibi oſtendit:⁊ oīa ſibi dedit. Dixit
autē ioſaphat. Cōuenienter iſta me tangit
narratio ⁊ a te hoc dictū eſſe de me exiſtimo
Sed dic mi pater quot annorū es. ⁊ vbi con
uerſaris:qꝛ a te nunq̄ volo ſeparari. Et ille an
norum ſum quadragintaquinqꝫ in deſertis
terre ſennaar degēs. Ad quē ioſaphat. Am-
plius pater mihi appares ſeptuaginta anno
rū. Et ille ſi a natiuitate mea oēs annos me
os queris diſcere bene eos exiſtimaſti. Sed
nullo a me in menſura vite cōputātur: quot
quot in vanitate mundi expenſi ſunt. Tunc
enī in interiore hoīe mortuus eram:⁊ annos
mortis nunq̄ vite nominabo. Cū igitur io-
ſaphat eū in deſertū ſequi vellet dixit barlaā
Si hoc feceris ⁊ tuo cōſortio carebo:⁊ per-
ſecutionis fratribus meis autoꝛ exiſtā. Sꝫ
cum opoꝛtunum tp̄s videris ad me venies.
Barlaam igitur filium regis baptizās ⁊ in
fide optime inſtruēs eū oſculatus eſt ⁊ ad lo
cū ſuū reuerſus eſt. G Poſtq̄ aūt rex fi
liū chriſtianū factū audiuit in dolore nimio
poſitus eſt. Quem quidam amicus ſuus no
mine arachis conſolans ait. Cognoſco rex
ſenē quendam heremitam qui de noſtra ſe-
cta eſt:qui per oīa barlaam ſimilis eſt. Hic
igitur barlaam ſe ſimulās primo xp̄ianorū
fidem defendet:deinde ſe ſuꝑari ꝑmittet et
oīa que docuerat reuocabit:⁊ ſic filius regis
ad nos redibit. Aſſumpto igr̃ predicto ꝓnci
pe magno exercitu ad querendum barlaam
iuit ⁊ heremitam illū capiēs ſe barlaā cepiſ
ſe dixit. Quē filius regis audiēs captum:ſcꝫ
magiſtrū ſuum amare fleuit. Sed poſtmo-
dum per dei reuelationē hunc nō eſſe cogno
uit. Ingreſſus igitur pater ad filiū ait. Fili
mi in triſticia magna me poſuiſti ⁊ meā ca-
niciē inhonoraſti:⁊ lumen oculorū meorū ab-
ſtuliſti. Quare fili hoc feciſti:⁊ deorum meo
rum cultum reliquiſti. Cui ille. Tenebras
pater fugi ⁊ ad lumē cucurri: errorē deſerui
⁊ veritatē agnoui. Noli aūt fruſtra laborare
quia a xp̄o me nunq̄ poteris reuocare. Sicut
enī tibi impoſſibile eſt altitudinē celi manu tā-
gere aut maximū ſiccare pelagus:ſic ⁊ illud
eſſe cognoſce. Tūc rex ait. Et quis horū mi-
hi autoꝛ eſt malorū niſi ego qui tam magnifi
ca tibi feci q̄ nunq̄ aliquis patrū fecit filio.
Quapropter prauitas voluntatis tue:⁊ cōten
tio effrenata aduerſus caput meū te inſani-
re fecit. Merito aſtrologi in natiuitate tua
dixerūt te arrogātē ⁊ parentibꝰ inobediēteꝫ
futurū. Nūc vo ſi mihi nō acquieueris a mea
diſcedes filiatiōe ⁊ pro pře inimicus effectꝰ
illa tibi faciam que nec hoſtibus adhuc feci.
Cui ioſaphat. Cur rex triſtaris:quia bonorū
particeps effectus ſum. Quis vnq̄ pr̄ in filij
ſui ꝓſperitate triſtis apparuit. Nō ergo iā
patrem vocabo te. Sed ſi mihi aduerſaberis
ſicut a ſerpente fugiā a te. Rex igitur ab eo
cum ira diſcedens arachi amico notā fecit
filij duritiam. Qui ſibi conſuluit:vt nō aſpe-
ris verbis cū eo vteretur:qꝛ blandis ⁊ lenibꝰ
puer melius traheret. Sequenti igitur die
rex ad filiū venit ⁊ circūplectēs oſculabatur
eum dicēs. Fili dulciſſime honora caniciem
patris tui. Verere fili patrem tuū. An neſcis
quale bonū eſt patri obedire:⁊ eū letificare:
ſicut ecōtra malū eſt ipm exacerbare. Quot
quot ei fecerūt male perierūt. Cui ioſaphat
Tempus amandi ⁊ tp̄s audiēdi ⁊ tp̄s obedi
endi tempus pacis ⁊ tempꝰ belli. Nullo enī
modo auertētibus nos a deo obedire debe-
mus ſiue ſit pater ſiue ſit mater. H Vi-
dens igitur pater eius cōſtantiā ait. Ex quo
video tuā pertinaciam nec mihi obedire vis
ſaltē veni:⁊ ambo pariter veritate credamꝰ
Barlaā enī qui te ſeduxit a me vinctꝰ tenet
Noſtri igr̃ ⁊ veſtri cum barlaā cōueniāt ⁊ ꝑ
conem mittā:vt oēs galilei ſine timore veni
ant. Et diſputatione incepta ſi veſter barlaā
obtinuerit vobis credemus:ſi autē noſtri vo
bis cōſentietis. Qđ cū regis filio placuiſſet:
⁊ illi cum ſimulato barlaā ordinaſſent quo
modo prius deberet ſimulare ſe fidem chri-
ſtianorum defendere ⁊ poſtea ſe permittere
ſuꝑari oēs inſimul cōuenerūt. Cōuerſus igi
tur ioſaphat ad nachor dixit. Noſti o barlaā

qualiter me docuiſti Si igiť fidē quā me do
cuiſti defenderis in doctrina tua vſq; in finē
vite pmanebo. Si aūt ſupatus fueris ſtatī
in te meā cōtumeliā vindicabo ꝛ cor tuum ꝛ
linguā manib᷒ extrahēs dabo canib᷒ ne alij
amplius pſumant filios regū in errorē mit
tere. His auditis nachor triſtis ꝛ pauidus
vehemēter factus eſt videns ſeipſum in fo
ueam quā fecit decidiſſe: ꝛ laqueo ſuo com
prehenſū eſſe. Aiaduertens igitur cogno
uit melius eſſe filio regis adherere: vt picu
lo mortis euadere poſſet. Rex aūt ſibi palā
dixerat vt fidē ſuā ſine timore defenderet.
Unus ergo rhetorū ſurgens dixit. Tu es
barlaā qui filiū regis ſeduxiſti. Et ille. Ego
ſum barlaā qui filiū regis nō in errorē miſi:
ſed ab errore liberaui. Et rhetor. Cū eximij
ꝛ mirabiles viri deos noſtros adorauerunt
quomodo tu aduerſus eos audes inſurge
re. Et ille reſpōdēs ait. Chaldei greci ꝛ egy
ptij errātes creaturas deos eē dixerūt. Nā
chaldei elemēta deos eſſe arbitrati ſunt: cū
creata ſint ad vtilitatē hoim: vt eorū dñatio
ni ſubiaceant: ꝛ multis paſſionibus corrum
pantur. Greci quoq; nephādos hoies deos
putāt: ſicut ſaturnū quē aiunt filios ſuos co
mediſſe ꝛ virilia ſibi abſcidiſſe ꝛ in mare p
ieciſſe ꝛ venerem inde natā fuiſſe ꝛ a filio
ſuo quoq; ioue alligatū ꝛ in tartarū pіectū
eſſe. Juppiter quoq; rex aliorū deorū eſſe de
ſcribiť. Quē tñ in aialia trāſformatū ſepe di
cunt vt adulteria cōmitteret. Venerē quo
q; deā adulterā eſſe dicunt. Nā aliquādo ha
buit mechū martē: aliquādo adonidē. Egy
ptij autem animalia coluerunt ſcilicet ouē
vitulū porcum ꝛ huiuſmodi. Chriſtiani aūt
filium altiſſimi colunt qui de celo deſcēdit ꝛ
carnem aſſumpſit. Cepit igitur nachor fidē
chriſtianorū euidenter defendere ꝛ rationi
bus cōmunire ita ꝙ rhetores illi muti effe
cti nihil omnino reſpondere ſciuerūt. Joſa
phat igitur vehemēter exultabat eo ꝙ domi
nus per inimicū veritatis veritatē defendiſ
ſet. Rex autē furore nimio repletus eſt. Juſ
ſit igitur conſiliū diſſolui quaſi de his ſequē
ti die denuo tractaturus. Dixitq; ioſaphat
patri. Aut magiſtrū meū pmitte mecū hac

nocte manere vt ſimul de reſpōſionibus ſtē
dis craſtino conferamus ꝛ tu tuos tecū aſſu
mas ꝛ cū eis conferas. Aut tuis mecū per
miſſis accipe meū. Alioquin nō iuſticiā ſed
violentiā exercebis. Quapropter nachor ſi
bi cōceſſit ſpē adhuc habēs ꝙ eū ſeduceret
Cū igitur fili᷒ regis cū nachor domū rediſ
ſet dixit ei ioſaphat. Ne putes me ignorare
quis ſis. Scio te non eſſe barlaā ſ; nachor
aſtrologum. Incipiēſq; ioſaphat viā ſalutis
ei predicauit ꝛ ad fidē cōuertens mane ad
heremū miſit. Ubi baptiſmū ſuſcipiēs here
miticā vitā duxit. J Magus autē quidā
noie theodas hec que gerebanť audiens ad
regem venit ꝛ ꝙ filiū ſuū ad leges patrias
redire faceret pmiſit. Cui rex. Si hoc fece
ris ſtatuā aureā tibi erigā ꝛ ipſi ſicut dijs ſa
crificiū offerā. Et ille. A filio tuo cunctos re
moue ꝛ mulieres decoras ꝛ ornatas intro
duci precipe vt ſemper cum eo ſint ꝛ mini
ſtrent ei conuerſentur ꝛ morentur cum eo.
Ego autē vnū de ſpiritibus meis ad eū diri
gam qui eum ad libidinē inflammabit. Ni
hil enim iuuenes ſic poteſt ſeducere ſicut fa
cies mulierū. Rex enim quidā cū filiū vix ha
buiſſet dixerūt peritiſſimi medici ꝙ ſi infra
decē annos ſolē vel lumen viderit lumine
oculorū priuabiť. Rex igitur in quadā petra
ſpelunca exciſa filiū ibi vſq; ad annos decē
manere fecit. Quib᷒ finitis iuſſit rex vt om
nium rerum genera ante eum adducerētur
vt omnium nomina ꝛ noticiam poſſet habe
re. Adductis igitur ante eum auro ꝛ argēto
lapidibus precioſis veſtibus ſplēdidis: eqs
regalibus ꝛ oium rerum generibus eū de
vniuſcuiuſq; rei nomine interrogaret mini
ſtri omnium ſibi nomina indicabant. Cum
autē nomen mulierū diſcere anxie quere
ret ſpatari᷒ regis ludēdo dixit demōes eas
eſſe que hoies ſeducunt. Rege autem inter
rogante filium quid de omnibus que vide
rat plus amaret. qui inquit pater aliud ni
ſi demones illos qui ſeducūt hoies. In nul
lo enim ſicut in his ſic exarſit aia mea Non
igitur aliter putes te filium tuum ſuperare
niſi hoc modo Rex igitur omibus miniſtris
eiectis puellas decoras ei ſociauit q̄ eū ſem



per ad libidinem prouocabant nec habebat
aliū ad quem reſpiceret aut cum quo loque
retur vel cū quo veſceretur. Malignus ve
ro ſpiritus a mago miſſus in iuuenē irruit
ꝛ magnum intus caminum ignis accendit.
Malignus igitur ſpiritus intus iflāmabat
Puelle aūt exterius dirū excitabant ardorē
Qui ſe tam fortiter vexari ſentiens turbaba
tur: ꝛ deo ſe totū recōmēdās diuinā conſola
tionem recepit: ꝛ omnis temptatio abſceſſit
Deinde quandam puellam pulcherrimā cu
iuſdam regis filiam ſed patre orbatā ad eū
miſit. Cui cum vir dei predicaret: illa reſpon
dit. Si me ab idolorum cultura ſaluare deſi
deras coniungere mihi nuptiarum copula.
Nam ꝛ chriſtiani coniugia nō abhorrent ſ;
laudant: qꝛ patriarche eorū ꝛ prophete: ꝛ pe
trus eorum apoſtolus coniuges habuerūt.
Ad quam ille. Inaniter mulier iſta mihi pro
ſequeris. Permittiť quidē xpianis vxores
ducere: ſ; non his qui pmiſerūt xpo virgini
tatem ſeruare. Et illa. Sit ita vt vis. Sed ſi
aiā meā ſaluare deſideras: vnā minimā pe
titionē mihi perfice. Concūbe mecū tm̄ hac
nocte ꝛ pmitto tibi ꝙ ſummo diluculo effici
ar xpiana. Nā ſi vt dicit᷒ gaudiū eſt angelis
in celo ſup vno pctōre penitentiā agente ipi
auctori ꝯuerſionis: nōne magna merces de
beť. Semel tm̄ mihi acqeſce: ꝛ ſic meipſam
ſaluabis. Illa igiť turrim aie illius fortiter
cōcutere cepit. Qd̄ demon vidēs ſocijs ſuis
ait. Videtis quō puella iſta cōcuſſit quē nos
nō potuim᷒ cōcutere. Venite ergo ꝛ in eū for
titer irruam᷒: ex quo cōgruū tp̄s inuenim᷒.
Cernēs igiť ſanct᷒ iuuenis ſe tā fortiter ca
ptiuatū: qꝛ ꝛ concupiſcētia incitabat: ꝛ ſalus
vnius puelle diabolo ſuggerente ipm cōmo
uebat lachrymis infuſus orationi ſe dedit.
In q̄ orone obdormiēs: vidit ſe duci in quod
dā pratū decoris floribus exornatū vbi folia
arborū dulcē ſonū reddebāt: aura quadā gra
ta agitata: ꝛ odorē mirificū emanabāt. Ubi
fructus viſu ſpecioſiſſimi ꝛ guſtu deſiderabi
les. Ubi ſedes poſite erant auro ꝛ gēmis fa
bricate: lecti lucidi cū pcioſiſſimis ornamen
tis aque limpidiſſime pterfluentes. De hinc
in ciuitatē ipm introduxerūt: cui᷒ muri ex au

ro obrizo erant: q̄ claritate mirabili refulge
bāt. Ubi etherei quidā exercit᷒ cātātes can
ticū qd̄ auris mortaliū nūq̄ audiuit. Dictū
eſt ei. Iſte eſt locus beatorū. Cū aūt viri vel
lent eū reducere: rogabat vt eū ibi manere p
mitterent. Qui dixerūt. Cū labore multo ve
nies huc: ſi tm̄ tibi vim inferre poteris. Dein
de ad loca teterrima ipm duxerūt omni fedi
tate plena. Dictūq; eſt ei. Iſte eſt loc᷒ iniuſto
rum. Cū aūt euigilaſſet pulchritudo illi᷒ pu
elle ꝛ ceterarū ſtercore fetidior ei videbatur
Verū cū maligni ſpirit᷒ ad theodā rediſſent
ꝛ ipe eos exprobaret dixerūt. Priuſq̄ ſigno
crucis ſignareť ſup ipm irruētes fortiter ipm
cōturbauim᷒. Ut aūt ſeipm ſigno crucis mu
niuit nos pſecutus eſt cū ira. Tūc theodas
cū rege ad eū intrauit ſperās ꝙ ei pſuadere
poſſet. S; pdict᷒ magus capt᷒ eſt ab eo quē
capere voluit: ꝛ ab eo cōuerſus baptiſma ſu
ſcepit: ꝛ laudabilē vitā duxit. K Rex igiť
deſperās dimiſit ei de cōſilio amicorū mediū
regni ſui. Ille aūt l; deſertū tota mēte deſi
deraret: tm̄ ppter fidei dilationē ad tp̄s ipm
regnū ſuſcepit: ac in ſuis ciuitatibus tēpla ꝛ
cruces erexit: ꝛ oēs ad xpm cōuertit. Pater
aūt tādē filij rōnibus ꝛ predicatiōibus aſſen
ſum pbens fidē xpi recepit: ꝛ baptiſmū ſuſci
piēs: ꝛ totū regnū filio ſuo dimittēs: ipe mie
opibus vacabat: ꝛ poſt hoc vitā laudabiliter
finiuit. Joſaphat aūt barachiā regē prenūci
ans pluries fugere voluit: ſed ſemp a popu
lo captus vix tādē euaſit. Cū ergo p deſertū
pergeret: cuidā pauperi regalē habitū dedit
ꝛ ipſe in paupima veſte remāſit. Diabol᷒ au
tem multas ei inſidias parabat. Aliquando
eū gladio euaginato in eū irruebat ꝛ eū pcu
tere minabať niſi deſiſteret Aliqñ i forma fe
rarū ſibi apparebat frendēs ꝛ dirū mugitū
emittēs. Ille aūt dicebat. Dñs mihi adiutor
eſt nō timebo qd̄ faciat mihi hō. Duob᷒ igiť
annis in heremo ioſaphat vagabundus mā
ſit: nec barlaam inuenire potuit. Tandē aūt
ſpelūcam inuenit: ꝛ ante oſtiū ſtans dicebat
Benedic pater benedic. Cuius vocē barlaā
audiēs foras exiluit: ꝛ oſculātes ſe feruētiſ
ſime ſeſe alterutrū amplexibus ꝯſtringebāt
nec ſatiari poterāt. Retulit aūt ioſaphat bar

laam oīa que acciderant: et ille imenſas gratias egit deo. Manſit aūt ioſaphat ibidem multis annis in abſtinētia mirabili ⁊ virtute. Tādē cōpletis dieb' barlaā in pace qeuit circa annos dñi. cccl͡xxx. Joſaphat igit̄ in anno. xxv. regnū deſerens. xxxv. annis heremiticū laborem ſubijt. Et ſic multis clarus virtutibus in pace quieuit: ⁊ cū corpe barlaam poſitus fuit. Quod audiens rex barachias illuc cū multo exercitu venit ⁊ corpora reuerenter aſſumens in ciuitatē ſuā trāſtulit. Ad quorū tumulū miracula multa fiunt.

## De ſancto pelagio. clxxvi. A

PElagius papa multe ſanctitatis fuit: ac in pontificatu laudabiliter ſe gerēs tādē plenus bonis operibus in pace quieuit. Nō fuit aūt iſte pelagius p̄deceſſor ſancti gregorij: ſed alius ante ipſum. Huic eñi pelagio ſucceſſit iohānes tertius: iohāni tertio ſucceſſit benedictus: benedicto pelagius pelagio gregorius. Tempore igitur primi pelagij longobardi in italiam venerūt. Et qr multi huius hyſtoriam ignorare probant̄ iō eam hic inſerendā decreui prout in hyſtoria longobardoꝝ quam paulus longobardorū hyſtoriographus cōpilauit ⁊ in diuerſis cronicis explanata habetur. Gens etēm quedā erat germanica plurimū populoſa que de littoribus occeani parte ſeptētrionali egreſſa cū de inſula ſcādinaria per belloꝝ multa certamina diuerſarumqꝫ terraruꝫ circūitus tādem pannoniam deueniſſet: vltra nō audēs procedere ſedem ſibi in ea perpetue habitatiōis inſtituit. Hi primo vuinuli: poſtea longobardi ſunt appellati. Dū aūt adhuc in germania reſiderent agilmūdus rex longobardorum ſeptem pueros in piſcina a meretrice ad necandū p̄iectos inuenit quos vno partu dicta meretrix ediderat. Quos dū rex caſu repertos cum haſta ammirās reuolueret vnus coꝝ haſtaꝫ regis manu tenuit. Quem rex videns ⁊ ſtupens nutriri fecit: ⁊ lamiſſionem vocauit magnū eum futurū eſſe p̄nūcians. Qui tante p̄bitatis extitit ꝙ mortuo rege eum longobardi regem fecerunt. Per idē fere tp̄s. ſ. āno ab incarnatōe dñi. cccc͡xc. dum quidam ep̄s arrianus: vt ait eutropi' quēdam noīe barbā baptizare volēs diceret. Baptizo te barba in noīe pr̄is p filiū in ſpiritu ſancto: filium ⁊ ſpiritum ſanctum minorem patre p h oſtendere volens ſubito aqua diſparuit ⁊ baptizandus ad eccl'iam cōfugit Per idē fere tempus floruerunt ſancti medardus ⁊ gildardus fratres vterini vno die nati: vno die epiſcopi cōſecrati: vno die mortui: vno die a xp̄o aſſumpti. Antevero hoc tēpus: vt in quadā cronica dicitur: ſcꝫ circa annum dñi. cccci. dum intra gallias arriana hereſis pullularet: vnitas ſubſtantie triuꝫ perſonarum euidenti miraculo demonſtratur: vt ait ſigibert'. Dum enim in vrbe vaſaccenſi miſſam epiſcop' celebraret: vidit tres guttas clariſſimas equalis magnitudis ſup altare emiſſas: que ſimul defluentes in vnum coniuncte gemmam pulcherrimā effecerūt Quam cū in medio cuiuſdā crucis auree poſuiſſet: alie gemme que ibi erant de ipſa p̄tinus ceciderunt. Addidit quoqꝫ ꝙ impijs obſcura ⁊ mundis clara videbat̄: ⁊ ꝙ infirmis dabat ſanitatem: ⁊ adorantibus crucem augebat deuotionē. B Poſt hoc autem longobardis his quidā rex p̄erat nomine albuinus vir quidam fortis ⁊ ſtrenu' Qui cum rege gebidan iorū p̄lium gerēs eius exercitum contriuit ⁊ regem interfecit Quapropter filius predicti regis occiſi qui ſibi in regnum ſucceſſerat: in vltionem patris ſui contra albuinum manu armata fortiter proceſſit Contra quem albuinus exercitum ſuum mouit ⁊ ipſum ſuperans interfecit. Filiamqꝫ ſuam nomine roſimūdam captiuam ducens in vxorem accepit. Sed ⁊ de capite ipſius regis ſibi cuppam parauit quam argēto circūducens inde bibebat In illis autem diebus iuſtinus iunior imperium gubernabat: qui quendaꝫ principem eunuchum habebat qui dicebatur narſes: virum quidē nobilem ⁊ ſtrenuū: qui cōtra gothos qui totā italiam inuaſerant procedens ipſos ſuperauit: ⁊ regem coꝝ attilā occidit: ⁊ vniuerſam italiam paccataꝫ reddidit. Qui pro magnis beneficijs magnam inuidiā pertulit a romanis. Quapropter apud impatorem falſo accuſatus: a p̄fato imperatore depoſitus eſt Uxor quoqꝫ imperatoris noīe ſaphina hanc contumeliam ſibi miſit ꝙ eū cū ancillis ſuis filare faceret ⁊ lanarum penſa diuidere. Ad hec verba narſes reſpondit. Et ego talem telam tibi ordiri procurabo quā donec viueris deponere nō valebis. Neapolim igitur narſes ſecedens: longobardis mandauit vt pauperrima pannonie rura deſererent: ⁊ ad italie fertile ſolum poſſidendū confluerēt. Qd albuinus audiens pānoniā deſeruit ⁊ anno ab incarnatione domini. dlxviij. cum longobardis italiam intrauit. Erat autem cōſuetudo eis longas valde barbas portare. Uñ cū quadā vice: vt aiunt exploratores ad eos venire deberent: p̄cepit albuinus vt omēs mulieres ſolutos crines circa mentū circūducerent: vt barbati homines ab exploratoribus crederētur. Et inde longobardi a longis barbis poſtmodum ſunt vocati. Barda eñi in coꝝ lingua barbaꝫ ſonabat. Alij dicūt ꝙ cū vuinuli cū vuādalis pugnaturi eēnt: et ad quendam qui habebat ſpiritum prophetie acceſſiſſent: vt pro eorum victoria exoraret ⁊ eis benediceret: de cōſilio vxoris iuxta feneſtram in qua mane ad orientem orabat ſe poſuerunt ⁊ mulieres circa mentum capillos circūducere de eiuſdē cōſilio preceperūt. Cum ergo ille feneſtram aperiens eos vidiſſet exclamauit. Qui ſunt iſti longobardi. Et vxor ſua adiunxit vt quibus nomen dederat victoriaꝫ condonaret. Ingreſſi igitur italiā omnes pene ciuitates ceperunt: cunctis habitatoribus interfectis. Papiam autem tribus annis obſeſſam tandem ceperunt. Rex autē albuinus iurauerat ſe omnes chriſtianos occiſurum. Uñ cum papiam intrare deberet equus eius ante portam ciuitatis genua figēs quātūcūqꝫ calcaribus vrgeret̄ ſurgere nō valebat: quouſqꝫ ad monitioneꝫ cuiuſdā xp̄iani rex iuramētū mutauit. Mediolanum ergo longobardi ingreſſi totaꝫ pene italiaꝫ intra breue ſpacium temporis ſubiugarunt p̄ter romam ⁊ romaniliam. Que romanilia eſt vocata quaſi altera roma ex eo. ſ. ꝙ rome ſemp adheſiſſet. C Cum igitur rex albuinus verone eſſet: ⁊ quoddā magnū cōuiuiuꝫ p̄paraſſet: cyphū ſuū quē de capite regis fecerat aſſerri faciens ex eo bibit ⁊ vxorē ſuā nomīe reſimundā de eo bibere fecit dicēs. Bibe cū patre tuo. Qd cū reſimunda didiciſſet odiū magnū cōtra regē cōcepit Erat aūt regi dux quidā qui quādā domicellam regine carnaliter cognoſcebat. At regina abſente rege quadā nocte ancille ſue cubiculū intrans predicto duci ex pſona ipſius ancille mandauit: vt ad ſe illa nocte deberet accedere. Qui cū veniſſet regina p̄dicto duci vice ancille ſe ſuppoſuit: ⁊ poſtmodū dixit ei Scis que ſum. Cui cum ille eſſe talē amicā ſuam diceret illa ait. Nequaq̄. Sed ſum reſimunda. Certe talē rē perpetraſti hodie ꝙ aut albuinū occides: aut albuini gladio interibis. Uolo igitur: vt de ipſo viro meo qui patrem meū occidit: ⁊ de eius capite cuppam ſibi faciēs me i ea bibere fecit: me debes vindicare. Cui ille nō acquieſcens aliū ſe inuenire p̄miſit qui hoc negociū perpetraſſꝫ. Uñ illa arma ſubtrahens ſpataꝫ illius que erat ad lectuli caput ne tolli aut euaginari poſſet fortiter colligauit. Dū ergo rex in ſtratu dormiret: homicida eius cubiculū intrare conatur. Qd rex ſentiēs de ſtratu exilijt: ⁊ ſpataꝫ arripiens ſed extrahere nō valēs: cū ſcabello ſe viriliter defendere cepit. Sed ille cum optime eſſet armatus: in regē inualuit ⁊ occidit. Accipiens igitur vniuerſos theſauros palatij cū reſimūda rauēnā: vt dicit̄ aufugit. Sed cū reſimunda quēdā iuuenem pulcherrimum perfectum ſcꝫ rauēne vidiſſet: ipſum in virum habere deſiderans venenum viro in calice propinauit. Cuius amaritudinem ille p̄ſentiēs iubet vxori vt reſiduū bibat. Qd cū recuſaret ille euaginato gladio eam bibere cogit ⁊ ſic ambo ibidē perierunt. Tandē rex quidā longobardoꝝ adalaoth baptizat' eſt ⁊ fidem xp̄i ſuſcepit. Sed ei theudelina longobardorum regina xp̄ianiſſima ⁊ deuota: apud madocciam pulcherrimū oratoriū cōſtituit. Ad quā reginam gregorius libros dyalogorum trāſmiſit. Que virum ſuū nomine agiſulphuꝫ primo ducē thaurinenſem: ſcꝫ poſtmodū longobardorum regē ad fidē con

nertit: ⁊ cū romano imperio ⁊ eccleſia eum
pacē habere fecit. Sicqꝫ in feſto ſanctoꝝ
geruaſij ⁊ ꝓthaſij facta eſt pax inter roma-
nos ⁊ lōgobardos. Et ideo gregoriꝰ in eodē
feſto cantari inſtituit in officio miſſe. Loque
tur dn̄s pacē ⁊c. In natiuitate qꝫ ſcti iohan-
nis baptiſte ꝑdictoꝝ pax ⁊ cōuerſio ampliꝰ
confirmata fuit. Theudelina vero in beatū
iohānem ſpecialē deuotionē habebat. Cuiꝰ
meritis gentis ſue cōuerſionē aſcribēs pre
dictum oratoriū apud madocciā fabricauit
eiuſqꝫ gentis iohannē patronū ⁊ defenſorē
eſſe cuidā viro ſancto reuelatum fuit. D
Mortuo gregorio ſucceſſit ei ſabinus: ⁊ ſa
bino bonifacius tertius ⁊ bonifacio tertio
bonifacius quartus. Ad cuius preces focas
imꝑator donauit eccleſie xp̄i pantheon: cir-
ca ānos dn̄i. dcx. Et ad ꝑces tertij bonifacij
prius ſtatuit ſedē romanā eſſe caput oim̄ ec
cleſiarū. Nā eccleſia cōſtantinopolis ſe pri-
mam oium eccleſiarū ſcribebat. ¶ Huius
bonifacij tꝑe mortuo foca ⁊ regnāte eraclio
circa annū dn̄i. dcx. machometh pſeudo pro
pheta ⁊ etiā magus: agarenos ſiue iſmaeli-
tas. id eſt ſarracenos hoc modo decepit: ſi-
cut legit̄ in quadam hiſtoria ipſius ⁊ in qua
dam cronica. Clericꝰ quidā valde formoſus
cū in romana curia honorē quē cupiebat aſ-
ſequi nō potuiſſet indignatus ad ꝑtes vltra
marinas confugiēs ſua ſimulatione innume
rabiles ad ſe attraxit. Inueniēſqꝫ machо-
meth dixit ei ꝙ ipſuꝫ illi populo ꝑficere vel-
let. Nutrienſqꝫ colūbaꝫ grana: ⁊ alia huiuſ-
modi in auribꝰ machometh ponebat. Colū
ba aūt ſuꝑ eius humeros ſtās de auribꝰ eiꝰ
cibū ſibi ſumebat. Sicqꝫ iaꝫ adeo aſſueſctā
erat ꝙ qn̄cunqꝫ machometh videbat ꝓtinꝰ
ſuꝑ humeros eius ꝓſiliēs roſtrū in eius au-
re ponebat. Predictus igitur vir populū cō
uocans dixit ſe illū ſibi velle preficere quem
ſpiritusſanctus in ſpecie colūbe mōſtraret.
Statimqꝫ columbā ſecrete emiſit ⁊ illa ſuꝑ
humeros machometh qui cuꝫ alijs aſtabat
euolās roſtrū in eius aure appoſuit. Quod
populus videns ſpiritumſanctum eſſe cre-
didit qui ſuper eum deſcenderet: ac in eius
aure verba dei inferret. Et ſic machometh
ſarracenos decepit. Qui ſibi adherētes re-
gnū ꝑſidis ac orientalis imperij fines vſqꝫ ad
alexandriā inuaſerūt. Hoc qdā vulgariter
dicit̄. Sed verius eſt qđ inferius habetur.
Machometh igit̄ ꝓprias leges ꝯfinges ip
ſas a ſpū ſcto in ſpecie colūbe que ſepe vi-
dente populo ſuꝑ eum volabat: ſe recepiſſe
mētiebat̄. In quibus quedā de vtroqꝫ teſta-
mēto inſeruit. Nā cū in primeua etate mer-
cimonia exerceret: ⁊ apđ egyptū ⁊ paleſtinā
cū camelis ꝑgeret: cū xp̄ianis ⁊ iudeis ſepe
cōuerſabatur a qͥbus tam nouū ꝙ vetus di-
dicit teſtamentū. Unde ſm̄ ritū iudeoꝝ cir
cuncidūtur ſarraceni carnes porcinas non
comedūt. Cuius rationē cum vellet macho
meth aſſignare dixit: ꝙ ex fimo cameli por-
cus poſt diluuiū fuerit ꝓcreatus: ⁊ ideo tan
ꝙ immūdus a mūdo populo eſt vitādus. Cū
xp̄ianis aūt cōueniūt qr credūt vnū ſolū deū
omnipotentē omnium creatorem. Aſſeruit
etiam pſeudo propheta vera quedam falſis
immiſcens: ꝙ moyſes fuit magnus ꝓpheta
ſed xp̄us maior ⁊ ſummꝰ prophetarū natus
ex maria virgine virtute dei: abſqꝫ ſemine
hominis. Ait quoqꝫ in ſuo alcorano ꝙ xp̄us
dū adhuc puer eſſet de limo terre volucres
procreauit. Sed venenū immiſcuit: qr xp̄m
non vere paſſum nec vere reſurrexiſſe dixit
ſed alium quendam hominem ſibi ſimilem
huiuſmodi egiſſe vel paſſuꝫ eſſe docuit. E
Quedam autē matrona nomine cadigan q̄
preerat cuidam prouincie nomine corocor-
nia vidēs hominem iudeoꝝ ⁊ ſarracenoꝝ
contubernio vallari: extimabat in illo maie
ſtatem diuinam latere. Et cū eſſet vidua ip-
ſum in maritū accepit. Et ſic machometh
totius illius prouincie obtinuit principatū
Ille autē ſuis preſtigijs non ſolū predictā
dn̄am ſed etiā iudeos ⁊ ſarracenos demum
adeo dementauit: vt ſe meſſiam in lege pro
miſſum publice fateret̄. Poſt hoc vero ma
chometh cepit frequēter cadere epilentica
paſſione. Quod cadigam cernens plurimū
deteſtabatur: eo ꝙ impuriſſimo homini et
epilentico nupſiſſet. Quam ille placare deſi
derans talibus eam ſermonibus demulce-
bat dicens. Gabrielē archangelum frequē



ter mecū loquētem contemplor ⁊ nō ferens
ſplendorē vultus eius in me deficio ⁊ tabe-
ſco. Quod ſic eſſe mulier ⁊ ceteri crediderūt
Alibi tamen legitur ꝙ fuit quidā monachꝰ
qui machometū inſtruxit noīe ſergius q̄ in
errorē neſtorij incidens dū a monachis fuiſ
ſet expulſus in arabiaꝫ venit ⁊ machometo
adheſit. Licet alibi legat̄ ꝙ fuit archydiaco-
nus in partibus antiochie degens ⁊ fuit vt
aſſerūt iacobita qui circūciſionē ꝑdicāt chri
ſtumqꝫ non deū ſed hoiem tantū iuſtū ⁊ ſan
ctum de ſpiritusancto cōceptū: ⁊ de virgine
natū affirmāt. Que oia ſarraceni affirmant
⁊ credunt. Predictus igit̄ ſergiꝰ machome
tum de nouo ⁊ veteri teſtamēto vt tradunt
plura edocuit. Machometus eīm vtroqꝫ pa
rente orbatꝰ ſub patrui ſui cura pxcritie an
nos agebat multoqꝫ tꝑe cū vniuerſa gente
ſua arabum idoloꝝ cultui deſeruiuit queād
modum in alcorano ſuo teſtatur deū ſibi di-
xiſſe. Orphanus fuiſti ⁊ ſuſcepi te: in errore
idolatrie diu manſiſti: ⁊ inde eduxi te. pauꝑ
eras ⁊ ego locupletaui te. Uniuerſa eīm gēs
arabum cū machometo venerē ꝓ dea cole-
bat ⁊ inde eſt ꝙ adhuc ſexta feria apud ſar-
racenos in magna veneratione habet̄ ſicut
apud iudeos ſabbatū ⁊ apud xp̄ianos dies
dn̄ica colitur. Machometus igit̄ ꝑdicte ca
digan locupletatus diuitijs in tantā proru-
pit mentis audaciā vt regnū arabū ſibi vſur
pare cogitaret. Sed cū videret ſe ꝑ violen-
tiam hoc aſſequi non valere maxime cuꝫ a
contribulibus ſuis qui eo maiores fuerant
deſpiceretur ꝓphetam ſe fingere voluit vt
quos nō poterat ſubiugare per potentiā ſal
tem ꝑ ſanctitateꝫ attraheret ſimulatā. Pre
dictiqꝫ ſergij viri valde prudētis conſilijs ad
herebat. Ipſuꝫ enim abſcondi temerarie fa
ciebat ⁊ ab eo oia requirebat ⁊ populo refe-
rebat ac gabrielem archangeluꝫ eum noīa
bat. Et ſic machometus totius gentis illiꝰ
prophetam ſe ſimulando obtinuit principa
tum omneſqꝫ ſibi ſponte vel timore gladij
crediderūt. Et iſtud verius eſt ꝙ illud quod
ſupradictū eſt de columba ⁊ ſic eſt tenendū.
F Predictus igitur ſergius cū monachꝰ
eſſet voluit vt ſarraceni monachali habitu
vterentur ſcꝫ cuculla ſiue caputio ⁊ vt inſtar
monachoꝝ multas ⁊ ordinatas genuflexio
nes facerent ⁊ ordinate valde orarēt. Et qr
iudei verſus occidenteꝫ ⁊ xp̄iani verſus ori
entem orabant voluit vt ſui verſus meridiē
orarent. Que oia adhuc ſarraceni obſeruāt
Multas aūt leges machometus ꝓmulga
uit quas predictus ſergius eū docuit quarū
multas de moſayca lege accepit. Sepe nā-
qꝫ ſarraceni ſe lauant ⁊ maxime cū orare de
bent. Uerenda ſua manus brachia faciē et
os oia membra corporis abluūt vt mūdius
orare poſſint. Orantes autē vnū cōfitentur
deū qui nullū equalem vel ſimilē habet eiuſ
demqꝫ machometū prophetā. In anno quo
qꝫ integrum menſeꝫ ieiunant. Ieiunantes
autē nocturno tempore comedūt diurno ve
ro ieiunant ita vt ab ea hora diei qua nigrū
ab albo diſtinguere poſſunt vſqꝫ ad ſolis oc
caſum comedere vel bibere aut ſe vxoris cō
mixtione fedare nemo audeat. Poſt ſolis
occubitum vſqꝫ ad ſequētis diei crepuſculū
ſemꝑ licet eis cibo potu ⁊ proprijs vxoribus
vti. Infirmi autē ad hoc nō obligantur. Se
mel autem per ſingulos annos cauſa reco-
gnitionis ad domū dei que eſt in mecha ire
precipiūtur ⁊ ibi adorare eamqꝫ inconſutili
bus tegumentis circūire ⁊ lapides ꝑ media
foramina pro dyabolo lapitando iactare.
Quam domū dicunt adam conſtruxiſſe om
nibuſqꝫ filijs eius ⁊ abrahamꝫ iſmaeli locū
orationis fuiſſe. demū machometū eā domū
ſibi cunctiſqꝫ gentibus ſuis tradidiſſe affir
mant. Oēs carnes preter porcinas ſangui-
nem ⁊ morticinū comedere poſſunt. Qua-
tuor legitimas vxores inſimul habere eis lꝫ
quālibet vſqꝫ tertio repudiare ⁊ rurſus reci
pere ita tn̄ vt quaternariū numerū nō tran-
ſcēdāt. Empticias vero atqꝫ captiuas quot
volunt habere licituꝫ eſt et eas vendere poſ
ſunt cuꝫ velint niſi earuꝫ aliquā impregnaſ
ſent. Conceditur eis de propria cognatiōe
hēre vxores vt ſanguinis proles accreſcat ⁊
fortius inter eos amicitie vinculū aſtringa
tur. Circa poſſeſſiones repetēdas obſeruāt
vt actor teſtibus probet ⁊ reus iuramēto ſe
comprobet innocenteꝫ. Cū adultera depre-

henſus cū ea pariter lapidat̄. Cum aliū au-
tem fornicatus octoginta verberibus plecti-
tur. Machometus tñ dixit ſibi a dño ange-
lo gabriele nunciante fuiſſe cōceſſuȝ ꝙ ad a
liorum vxores accedere poſſet vt viros vlu
tis ⁊ ꝓphetas generaret. Quidā aūt ſeruus
eius cū pulchrā vxorē haberet: ⁊ ſibi ne cum
dño ſuo loq̄ret̄ interdixiſſet: quadā die ipāȝ
cū eo loquentē inuenit: ⁊ ꝓtinus eā a ſe reie
cit. Quā machometus recipiēs inter alias
ſuas vxores cōnumerauit. Timēs vo ex h
murmur populi cart.ā de celo ſibi delatā con
finxit. in qua continebat̄ ꝙ ſi aliqs vxorem
repudiaret: eius eſſet vxor qui eā ſuſcepiſſet
Qd ſarraceni vſq; hodie ꝑ lege obſeruant.
¶ Fur prima ⁊ ſecūda vice verberibus plecti
tur: tertia manus ei precidit̄: quarta pedis
truncatiōe punit̄. A vino ſemꝑ abſtinere iu-
bentur B Seruātib' hec ⁊ alia mādata
ꝓmiſit deus vt aſſerūt paradiſuȝ. i. ortū de-
liciarum aquis preterfluētibus irrigatū in
quo habebunt ſedes perpetuas nec frigore
aut eſtu aliquo affligent̄: oībus cibor̄ū gene
ribus veſcent̄: quicquid petierint ꝯtinuo
inuenient: veſtimentis ſericis oībus colori-
bus induentur: ⁊ virginibus ſpecioſiſſimis
cōiungentur: in delicijs oībus accubabunt.
Quibus angeli pincernarū more cum vaſis
aureis ⁊ argenteis in aureis lac: in argēteis
vinū afferentes dicēt. Comedite ⁊ bibite in
letitia. Tria flumina ſcȝ lactis mellis ⁊ vini
optimi aromatici eos habere dixit macho-
metus in paradiſo. ⁊ ꝙ angelos pulcherri-
mos ſunt viſuri. ⁊ adeo magnos ꝙ ab vno
oculo angeli vſq; ad aliū ſit ſpaciū vni' diei.
Non credētibus vero deo nec machometo
erit vt aſſerūt infernalis pena ſine fine Qui
buſcūq; ſi aūt pctis q̄libet obligat' fuerit ſi
in die mortis deo ⁊ machometo crediderit
in die iudicij machameto interueniēte vt aſ
ſerunt ſaluus erit. Hunc pſeudo ꝓphetam
ſarraceni tenebris inuoluti ſpiritū ꝓphetie
ſuper omnes habuiſſe affirmāt: ⁊ deceȝ an-
gelos ſibi fauentes ⁊ cum cuſtodiētes eū ha
buiſſe predicant. Addunt eſt ꝙ anteq̄ deus
celum ⁊ terraȝ creaſſet nomen machometi
in conſpectu dei aſtabat. ⁊ niſi ipſe macho-
metus futur' fuiſſet nec celū nec terra nec
paradiſus fuiſſet Mentiūtur eſt de eo ꝙ lu
na ad eū acceſſit quaȝ ille in ſinu recipiēs in
partes duas diuiſit ⁊ iterū ꝯiunxit. Venenū
inſuper in carne agnina ſibi oblatū fuiſſe di
cunt. Agnus aūt locutus eſt ei dicēs. Caue
ne me ſumas q: in me habeo venenū. Et tñ
poſt plures annos veneno ſibi dato interijt
¶ Sed iam nūc ad longobardoꝝ hiſtoriaȝ
ꝓſequendā ſtilus ſe vertat. Longobardi igit̄
romano imperio plurimū moleſti erāt lȝ fi-
dem xpi recepiſſent. Poſt hoc autem pipi-
nus princeps maior regie dom' francoruȝ
defunctus eſt. Cui ſucceſſit karolus filius
eius qui tutides appellabat̄. Qui multas vi
ctorias faciēs reliquit duos filios eiuſdem
aule regie principes ſcȝ karolū magnū ⁊ pi
pinum. Sed karolus magnus relicta ſeculi
pompa caſſinēſis monachus eſt effect'. Pi
pinus aūt aulā regiā ſtrenue gubernabat.
Sed cuȝ childericus rex eſſet inutilis ⁊ re-
miſſus: ꝯſuluit pipinus zachariā papā an il
le deberet eē rex qui ſolo noīe regis erat cō
tentus. Cui papa reſpōdit illū regē debere
vocari q̄ bene rēpublicā gereret. Qua reſpō
ſione franci aīati childericū in monaſteriuȝ
recluſerūt ⁊ pipinū regē creauerūt circa an-
num dñi. dccxl. Verū cū arſtulphus rex lon-
gobardorū eccleſiā romanā ſuis poſſeſſioni
bus ⁊ dñio ſpoliaſſet ſtephan' papa q̄ zacha
rie ſucceſſerat ad pipinū regē francie cōtra
lōgobardos auxiliū petiturus acceſſit. P
Pipinus aūt copioſuȝ exercitū cōgregans
in italiā venit ⁊ arſtulphum regē obſedit. A
quo quadraginta obſides accepit vt eccleſie
romane omnia predia que abſtulerat redde
ret ⁊ ipſam amplius nō inquietaret. Sȝ re-
cedente pipino arſtulphus totū quod ꝓmi-
ſerat irritū fecit. Qui tñ poſt modicū dū ve-
natuȝ pergeret ſubito ſuſpirauit ⁊ deſideri'
eidem ſucceſſit ¶ Per idē tempus dū theo
doricus rex gothoꝝ iuſſu imperatoris italiā
regeret ⁊ arriana hereſi deprauatus eſſet et
boetius pbs conſularis patricius cum ſima
co patricio cuius gener erat rempublicam
miniſtraret: ⁊ auctoritatem romani ſenat'
contra theodoricum defenſaret idem theo



doricus boetium papie in exiliuȝ truſit: vbi
librum de conſolatione cōpoſuit: ⁊ tandem
cuȝ extinxit. Eius vxor elpes nomine: hym
num apoſtolorum petri ⁊ pauli qui ſic inci-
pit. Felix per oēs feſtū mūdi cardies edidiſ-
ſe fertur. Epitaphiū eſt ſuū ipſa cōpoſuit ita
dicens Elpes dicta fui ſicilie regiōis alūna
Quam procul a patria coniugis egit amor.
Porticibus ſacris iam nūc peregrina qui-
eſco. Iudicis eterni teſtificata thronū. The
odoricus autem ſubito defunctus a quodā
ſancto heremita viſus eſt a iohāne papa ⁊ ſi
macho quos ipſe occiderat nudus ⁊ diſcal-
ciatus in ollā vulcani demergi ſicut ait Gre
gorius in dyalogo. ¶ Circa annuȝ domini.
dclxxvij. dagobertus rex francorū vt in qua
dam cronica habet̄ q̄ longe ante pipinū re-
gnauerat a ſui pueritia ſanctū dioniſiū ī ma
gna veneratione habere cepit. Nā ⁊ quādo
lothanij patris ſui irā metuebat: ad eccleſiā
ſancti dionyſij confugiebat Cū ergo factus
iam rex mortuus fuiſſet cuidaȝ ſancto viro
in viſione monſtratū eſt ꝙ anima eius ad iu
dicium rapta fuit: ⁊ multi ſancti ſuarū eccle
ſiarum expoliationē obijciebant eidē. Cum
ergo multi angeli iam ad penas rapere eaȝ
vellent: affuit beatus dionyſius ⁊ eius inter
uentu liberatus eſt ⁊ pena euaſit. Forte eñ
eius aīa ad corpus redijt ⁊ ibi penitētiā egit
¶ Clodoueus rex corpus ſancti dionyſij mi
nus religioſe diſcooperiēs os brachij ei' fre
git ⁊ cupide rapuit. Qui mox in amētiā ver-
ſus eſt. ¶ Circa annū dñi. dclxxxvij. beda ve
nerabilis ꝑſbyter ⁊ monachus in anglia cla
ruit: qui licet in ſanctorū cathalogo compu
tetur: tamen ab eccleſia nō ſanctus ſed vene
rabilis appellatur. Et hoc duplici de cauſa.
Prima eſt quia cū pre nimia ſenectute eiuſ
oculi caligaſſent: habebat vt aiunt quendaȝ
ductorē a quo per villas ⁊ caſtella ſe duci fa
ciebat ⁊ vbiq; verbū dñi predicabat. Quadā
vice dum per quandam vallem magnis lapi
dibus plenā trāſiret: eius diſcipulus deriſio
nis cauſa eidē dixit: ꝙ ibi eſſet magnus po
pulus congregatus qui eius predicationeȝ
ſilēter ⁊ auide expectaret. Tūc ille feruēter
predicare incipiens. Cū in fine per oīa ſecu
la ſeculoꝝ cōcluſiſſet: mox vt aiunt alta voce
lapides clamauerūt Amē venerabilis pater
Quia igit̄ venerabilē eū miraculoſe lapideſ
vocauerūt. ideo venerabi'is pater appellat̄
Vel vt alij reſpōderūt angeli aſſerūt. Bñ ve
nerabilis pater dixiſti. Secūda cauſa eſt: q:
poſt eius mortē quidā clericus ſibi deuotus
quendā verſum edere cupiebat: quē in ei' tu
mulo facere ſculpi volebat ita īcipiēs. Hac
ſunt in foſſa: volēs verſum taliter termīare
bede ſancti oſſa. ſed q: talē finē verſus con-
gruitas nō patiebat̄: ſed ſedula mēte reuol-
ueret nec congruū finē videret: dū quadam
nocte multū ſuꝑ hoc cogitāſ mane ad tumu
lum ꝓperaſſet manib' angelicis verſuȝ talit̄
ſculptū reperit ⁊ finitū. Hac ſunt in foſſa be
de venerabilis oſſa. ¶ In die autē aſcenſio
nis cū morti appropinquaret ad altare por-
tari ſe faciēs antiphonā. O rex glorioſe dñe
virtutū vſq; ad finē dixit deuote. Qua finita
in pace dormiuit. tātuſq; odor oēs ꝑfudit vt
in paradiſo ſe eſſe extiſtimarēt Eius corpus
cū deuotiōe ꝯgrua colit̄ apud ianuā. Per
idem tempus ſcȝ circa annū dñi. dcc. rachor
dus rex friſonuȝ cuȝ baptiſari deberet ⁊ iaȝ
vnū pedem in lauachro intinxiſſet alterum
retrahens interrogauit. Vbi nā plures ma
iorum ſuorum eſſent in inferno an in para-
diſo. Et audiēs plures eſſe in inferno: intin
ctum pedē retrahēs ſanctius eſt inquit plu-
res q̄ pauciores ſeq̄. Et ita ludificat' a de-
mone ꝓmittēte ꝙ tertia die ab hinc incom-
parabilia dona ſibi daret ipe quarta die ſubi
ta ⁊ eterna morte perijt. In campania ita-
lie frumētuȝ ⁊ oleū ⁊ legumina iſtar pluuie
de celo cecidiſſe refertur. Per idem tp̄s ſcȝ
circa annū dñi. dccxl. cum corpus ſancti be-
nedicti de monte caſſino ad monaſteriū flo
riacēſe: ⁊ corpus ſancte ſcholaſtice ſororis
eius apud ceromanas fuiſſe tranſlatū karo
lus magnus monachus caſſinenſis corpus
ſancti benedicti ad caſtrum caſſinū trāſfer-
re volebat: ſed miraculis a deo oſtenſi ⁊ frā-
cis reſiſtentibus prohibitus fuit. ¶ Eo
tempore circa annū domini ſeptingenteſi-
mūquadrageſimū terremot' magn' factus
eſt quo vrbes alie ſunt ſubuerſe alie a mōte

nis ad ſubiecta campeſtria cum muris ⁊ ha
bitatoribus ſuis integre ⁊ ſalue vltra ſex mi
liaria vt dicit̃ träſmigrauit. ¶ Corpus ſan-
cte petronelle petri apli filie träſfert̃ in cu⁹
ſepulchro marmoreo ipſius petri manu ſcri
ptuʒ legebat̃. Auree petronelle dilectiſſime
filie vt ait ſigibert⁹. ¶ Eo tpe tyrij armena
infeſtät i quoꝝ patria cũ olim peſtilẽtia fuiſ-
ſet ſuaſu xpianoꝝ in modũ crucis ſua capita
totonderunt ⁊ q꜡ ꝑ hoc ſignuʒ ſalus reddita
eſt: hũc tondendi retinuerunt rituʒ. Pipino
tandem poſt multos triũphos defuncto: ka
rolus magnus eius filius eidem in regnuʒ
ſucceſſit: cui⁹ tpe in romana ſede adrian⁹ põ-
tifex preſidebat. Qui ad karolũ magnũ lega
tos miſit: poſtulãs ab eo auxiliũ ꝯtra deſide
riũ regem longobardoꝝ qui more patris ſui
arſtulphi ecclíam plurimũ infeſtabat. Cui
karolus obediẽs magno ꝯgregato exercitu
per monteʒ ſeniſium italiã intrauit: papiam
ciuitatẽ regiã potenter obſedit: ⁊ ibi deſide-
rium capiens cũ vxore ⁊ filijs ⁊ principibus
ad gallias in exiliuʒ miſit: ⁊ oĩa iura eccleſie
que lõgobardi abſtulerãt ſibi reſtituit. Erãt
tũc in exercitu karoli amicus ⁊ amelius ſtrẽ
nuiſſimi milites xpi quoꝝ miri actus legun
tur. Qui apud mortariam vbi longobardos
karolus ſuperauit ceciderunt. Et hic termi
natũ eſt regnũ longobardorum. Nam dein-
ceps illũ regẽ habebant quẽ ceſares ſibi da-
bant. Proficiſcente karolo romam papa ſi-
nodũ. cliij. epoꝝ cõgregauit. In qua ſynodo
papa ius eligendi pontificem romanuʒ ⁊ or
dinandi apoſtolicaʒ ſedem karolo dedit. Ar
chiepõs quoqȝ ⁊ epõs per ſinglas ꝓuincias
ante cõſecrationẽ ab ipſo inueſtiturã accipe
re diffiniuit. Filij qȝ eius rome reges vngun
tur. ſ. pipin⁹ ſup italiã. ludouic⁹ ſup aquitani
am alchuin⁹ mgr̃ karoli tũc florebat. Pipi-
nus karoli filius de cõiuratione cõtra prẽm
cõuictus in monachũ tonſurarett̃. Circa an-
num dñi. dcclxxx. tpe. ſ. hyrene imperatricis
⁊ filij ſui nomine cõſtantini homo quidã in
longis muris tracie fodiẽs ſicut in quadam
cronica legit̃ inuenit archã lapideã. Quã cũ
expurgaſſet ⁊ releuaſſet virũ iacentẽ ibi repe
rit: ⁊ lr̃as taliter continentes. Xpõs naſcetur

et maria virgine ⁊ credo in eum. Sub con-
ſtantino ⁊ hyrene. impatoribus o ſol iteruʒ
me videbis. Defuncto adriano leo in roma
nam ſedem ſublimatus eſt vir ꝑ oĩa reuerẽ-
dus. Cuius ſublimationeʒ ꝓpinqui adriani
egre ferẽtes: cũ letanias maiores ageret cõ
tra eũ populo cõcitato: ei oculos eruerunt ⁊
linguam preſciderũt. Sed deus miraculoſe
linguam ſibi ⁊ viſum reſtituit. Quidnam ad
karolum cõfugiſſet ipſe eũ in ſede ſua collo-
cauit ⁊ reos puniuit. Romã igitur ſuadente
papa anno dñi. dcclxxxiiij. relicto imperio cõ
ſtantinopolitano: vno oĩm cõſenſu impato-
rias laudes karolo acclamãt: eũqȝ ꝑ manuʒ
leonis imperatorem coronãt: ceſarẽ ⁊ augu
ſtum appellant. Poſt ꝯſtantinũ eñ magnũ
imperialis ſedes apud cõſtantinopolim ha-
hebat̃ ꝓ eo ꝙ dictus cõſtantinus romanã ſe
dem vicarijs beati petri reliqt ⁊ apud predi
ctam vrbẽ ſedem ſibi ordinauit. Verũtamen
ꝓpter dignitatẽ imperatores romani nũcu
pati ſunt vſqȝ ad illud tempus quo imperiuʒ
romanũ ad reges frãcoꝝ trãſlatũ eſt. Poſt
ea vero illi grecorum ſiue conſtantinopoli-
tani: iſti vero romanorum imperatores vo-
cati ſunt. Hoc aũt de tanto imperatore val-
de mirabile fuit ꝙ nullam filiarum ſuarum
ꝙdiu vixit voluit cõiugio copulare. Dicebat
eñ ſe earum contubernio non poſſe carere
Et vt alchynus eius magiſter de eo ſcribit:
licet alias felix eſſet in hoc aduerſe fortune
malignitatem expertus eſt: ſatis declarans
quid ſuper hoc dicere vellet. Quod tamẽ ita
imperator diſſimulauit: ac ſi de eo nulla ſu-
ſpitio haberetur: ẽquis de hoc mĩſtus ſermo
fieret. Vnde ⁊ quocũqȝ ibat ſemper eas ſecũ
ducebat. K Huius karoli tempore of
ficium ambroſianum maxime dimiſſum eſt
⁊ gregorianum ſolẽniter diuulgatum: impe
riali auctoritate ad hoc plurimum adiuuãte
Ambroſius nãqȝ vt teſtatur auguſtinus in
libro confeſ. cum a iuſtina imperatrice arri-
ana perfidia deprauata perſecutionem pa-
teretur ⁊ intra eccleſiam cũ plebe catholica
inſidijs vrgeret̃: inſtituit hymnos ⁊ pſalmos
ſecũdum morem orientalium decantari: ne
populus merorís tedio cõtabeſceret. Quod



per omnes fuit poſtmodũ eccleſias deriua-
tum. Veruʒ gregorius poſtmodũ ſuperue-
niens plura mutauit: addidit: ⁊ detrũcauit.
Sancti eñ patres non ſtatim oĩa ad deco-
rem officij pertinentia videre potuerũt: ſed
diuerſi diuerſa ordinauerũt. Nam et miſſe
inceptio tres varietates habuit. Olim eniʒ
a lectione incohoabatur ſicut adhuc in ſabba
to ſancto fit. Poſtmodum celeſtinus papa
pſalmos ad introitũ miſſe cantari inſtituit.
Gregorius vero introitũ miſſe cũ cantu or-
dinauit: ⁊ vnũ verſuʒ de illo pſalmo qui tot⁹
cantabat̃ retinuit. Pſalmos olim circa arã
in modũ corone circunſtãtes cõcorditer cõ-
cinebant. ⁊ inde chorus dicitur. Sed flauia
nus ⁊ theodorus ꝙ alternatim cãtarẽt inſti
tuerũt: ab ignatio hec habẽtes: q̃ ſup hoc di
uinitus fuit edoctus. Hieronym⁹ qȝ epl̃as
euangelia ⁊ ex magna parte officia diurna
⁊ nocturna preter cantũ ordinauit. Ambro
ſius gelaſius ⁊ gregorius orõnes ⁊ cantus
addiderũt: ⁊ lectiõibus ⁊ euãgelijs coapta-
uerũt. Gradualia tractus ⁊ alleluya gelaſi⁹
⁊ gregorius ad miſſaʒ cantari inſtituerunt
Hilarius vel ſm̃ quoſdã ſimachus papa vel
ſʒ alios theleſphorus papa addidit ad gl̃ia
in excelſis laudam⁹ te. et cetera que ſequunt̃
Nocherus abbas ſancti galli ſequentias ꝓ
neumis ipſius all̃a primus cõpoſuit: ſed ni
colaus papa ad miſſas eas cantari conceſ-
ſit. Hermãnus ꝯtract⁹ theuthonicus fecit
rex oĩpotens. ſcti ſpũs aſſit nobis gratia. et
aue maria. ⁊ antiphonaʒ Alma redẽptoris
mater. ⁊ ſymõ bariona. Petrus vero de cõ
poſtella epõs fecit. Salue regina Sigibert⁹
tamen dicit ꝙ robertus rex francoꝝ fecit ſe
quẽtiã. ſancti ſpiritus aſſit nobis gratia. ⁊c.
Karolus vt refert turpinus archiepiſcopus
erat corpore decorus: ſed viſu ferus: ſtatura
eius pedũ octo ⁊ facies eius palmuʒ ⁊ dimi
dium in longitudine poſſidebat: barba vero
eius palmũ vnum. frons erat vnius pedis.
Militem armatũ ſup equũ ſedentẽ a verti-
ce ſimul cum equo vno ictu cuʒ ſpata ſcinde
bat. Quattuor ferraturas equorũ ſimul fa-
cile manib⁹ extẽdebat Militẽ armatũ recte
ſtantẽ ſuper manũ ſuã a terra vſqȝ ad caput

ſuum ſola manu velociter eleuabat. Leporẽ
integrũ aut duas gallinas vel anſerẽ edebat
Modicũ vinũ ⁊ lımphatũ bibebat. Tãʒ par
cus i bibẽdo erat: ꝙ ſemꝑ in cena raro plus
ꝙ ter bibere ſolebat. Cenobia multa ꝯſtru
xit. ⁊ laudabiliter vitam finiuit. ⁊ in fine re-
rum ſuarum chriſtuʒ heredem fecit. Cui in
imperiũ ſucceſſit ludouicus eius filius vir
clemẽtiſſimus circa annos dñi. dcccxv. Cu-
ius tpe epĩ ⁊ clerici cingula auro texta ⁊ exq
ſitas veſtes ⁊ alia ornamẽta ſecularia depo
ſuerunt. Theodolphus aureliancẽſis epiſco
pus falſo apud imperatorem accuſatus ab
eodeʒ eſt cuſtodie andegauis mancipatus.
Cũ autẽ vt i quadã cronica habet̃ in die pal
marũ proceſſio iuxta domũ in q̃ cuſtodieba
tur trãſiret: ille aperta feneſtra factoqȝ ſilẽ-
tio pulcherrimos illos verſus a ſe editos ſcʒ
Gloria laus ⁊ honor tibi ſit rex xp̃e redem-
ptor ⁊c. preſente imperatore cantauit. Qui
in tantũ imperatori placuerũt ꝙ ipm a vin-
culis mox abſoluit: ⁊ in ſuã ſedẽ reſtituit. Le
gati michaelis imperatoris conſtantinopo
litani inter cetera munera detulerũt ludoui
co filio Karoli magni libros dionyſij de ie-
rarchia de greco in latinũ trãſlatos. Qui cũ
gaudio ſunt recepti. ⁊. xix. infirmi. in ipa no
cte in eccleſia eius ſunt curati. L Mor-
tuo ludouico lotharius imperiũ tenuit. Cui
fratres eius ſcʒ karolus ⁊ ludouicus belluʒ
indicentes tãta vtrinqȝ facta eſt ſtrages vt
nulla etas meminerit tantã aliquãdo fuiſſe
in regno francorũ. Tandẽ pacto inito karo
lus regnauit i francia: ludouicus in germa-
nia: lotharius in italia: ⁊ parte francie q̃ ab
ipſo lothoringia dicta eſt. Qui poſtmodum
ludouico eius filio imperiuʒ derelinquens
habitum monachalem accepit. Huius
tempore vt in alia quadã cronica dicit̃ erat
papa ſergius natione romanus qui primo
os porci dictus eſt: ſed mutato noĩe vocat⁹
eſt ſergius. Ab illo tempore ordinatũ eſt: vt
omnes pape nomĩa mutẽt Tum q꜡ dñs his
quos in apoſtolatũ elegit nomen mutauit:
tum quia ſicut mutant̃ in noĩe ſic mutari de
bent in vite ꝑfectiõe: tum ne ille qui ad tam
decorem officiũ eligit̃ aliquo noĩe indecoro

turpetur. Huius ludouici tpe ſcʒ anno dñi.
dccclxi. vt in quadã cronica habet in paro-
chia maguntina malign⁹ ſpũs parietes do-
moꝝ quaſi malleis pulſando ⁊ manifeſte lo
quẽdo ⁊ diſcordias ſeminãdo adeo hoies in
feſtabat vt quocũqꝫ intraſſet ſtatim illa do-
mus exurebat. Preſbyteris aũt letanias a-
gentibus: ⁊ aquã benedictã ſpargẽtib⁹. ini-
micus lapides iactabat ⁊ multos cruẽtabat
Tandẽ aliqñ conquieſcẽs cõfeſſus eſt ſe qñ
aqua ſpargebat ſub cappa talis ſacerdotis
quaſi familiaris ſui latuiſſe accuſans eũ ꝙ
cũ filia ꝓcuratoris in peccatũ lapſus fuerit
¶ Per idẽ tp̃s rex bulgaroꝝ cũ gẽte ſua ad
fidẽ ↄuerſus tante ꝑfectõis fuit: vt maiore
filio i regnũ ordinato ipſe habitũ monacha
lem accepit. Sed cũ eius filius iuueniliter
agens ad gẽtilitatis culturã redire vellet: re
ſumpta militia ꝑſecutus eũ cepit effoſſiſqꝫ
oculis in carcerẽ truſit ⁊ in regnũ ſtatuto fi
lio iuniore habitũ ſacrũ reſumpſit. ¶ In ita
lia apud bixiam tribus diebus ⁊ tribus no
ctib⁹ ſanguis de celis pluiſſe narrat. ¶ Per
idem tp̃us locuſte innumerabiles in gallijs
apparuerũt: ſenas habẽtes alas: ſex pedes:
ſex dẽtes lapidib⁹ duriores vt caſtroꝝ acies
turmatim volãtes ſpacium diurni itineris
quattuor aut quinqꝫ milib⁹ extendẽtes. oĩa
viridia in herbis ⁊ arboribus vaſtãtes q̃ vſ-
qꝫ ad mare britannicũ peruenẽtes: tandeʒ
flatu ventorũ in ꝓfundo maris dimerſe ſunt
Sed eſtu occeani ad littus reiecte: ex putre
dine ſua aerem corruperunt. vnde mortali-
tas maxima ⁊ fames ꝑualida eſt ſecuta: ita
vt fere tertia pars hoiʒ interiret. ¶ Deniqꝫ
ꝓm⁹ otto imꝑauit. ſ. anno dñi. dcccccxxxviij.
Duʒ autẽ in paſchali ſolẽnitate dictus otto
principibus conuiuiũ preparaſſet anteꝙ̃ ſe
derent cuiuſdaʒ principis filius more pue-
rili ferculũ de menſa accepit quẽ dapifer fu
ſte proſtrauit. Quod cernens pedagog⁹ pue
ri ipſum dapiferum mox peremit. Queʒ cũ
ſine audientia ceſar condemnare vellet: ille
ceſarem ad terram deiecit ⁊ ſuffocare cepit
Qui cũ de eius manibus vix erutus fuiſſet
ipſum reſeruari iuſſit ſe culpabilẽ clamãeꝙ
feſto honorem non detuliſſe. Unde ipſuʒ libe

re abire permiſit. ¶ Ottoni primo ſuc-
ceſſit otto ſecũdus. Hic dũ italici pacẽ ſep⁹
violarẽt romã venit: ⁊ oĩbus ꝓceribus ma
gnatibus ⁊ põtificibus apud gradũ eccleſie
conuiuium grande fecit. Quib⁹ epulãtibus
latenter oẽs cingi fecit armatis. Deinde de
violata pace querimoniã mouẽs iubet i ſcri-
ptis culpabiles recitari: quos ſtatim ibideʒ
decollari fecit: alios vero epulari ſatagebat
¶ Huic ſucceſſit otto terti⁹ circa annũ dñi.
dccccſxxxiiij. Iſte cognominabat mirabilia
mũdi. Hic vt in quadã cronica dicit quãdaʒ
vxorẽ habuit: que cuidã comiti ſe ꝓſtituere
voluit. Sed cũ ille nollet tantũ facinus per
petrare illa idignata predictũ comitẽ apud
imperatorẽ adeo infamauit: ꝙ eũ imꝑator
ſine audiẽtia decollari fecit. Qui anteꝙ̃ de-
collaretur: rogauit vxorem ſuam vt iudicio
candẽtis ferri poſt mortẽ eũ comprobet in-
nocentem. Adeſt dies in quo ceſar pupillis
⁊ viduis ſe aſſerit iudiciũ facturũ. Affuit et
vidua mariti ſui caput ſecũ ſuis portans in
vlnis. Tũc queſiuit ab imperatore qua mor
te dignus eſſet qui aliquẽ iniuſte occidiſſet
Qui cũ priuatione capitis dignũ eũ aſſere-
ret illa intulit dicens. Tu es ille vir q̇ mari-
tum meum ad ſuggeſtionẽ vxoris tue inno
center occidi mandaſti. Et vt me verum di
cere cõprobes hoc candẽtis ferri iudicio cõ
probabo. Quod ceſar videns obſtupuit ⁊ in
manu femine puniendũ ſe dedit. Interuen
tu tamen pontificum ⁊ procerum inducias
decẽ dierũ: de inde octo: tertio ſeptẽ: quarto
ſex a vidua accepit. Tunc imperator cauſa
examinata: ⁊ veritate cognita: vxorẽ viuam
concremauit: ⁊ pro redẽptione ſui quattuor
caſtra vidue dedit. Que caſtra ſunt in epiſco
patu luuienſi ⁊ vocant ab inducijs dieruʒ. x.
viij. vij. vi. ¶ Poſt hunc beatus henricus
qui fuit dux bauarie anno dñi milleſimo ſe-
cũdo imꝑiũ ſumpſit. Qui ſtephano regi vn
garie adhuc gẽtili ſororẽ ſuã noĩe galã i vxo
rem dedit: ⁊ tam ip̃m regẽ ꝙ̃ totã ei⁹ gẽtem
ad fidẽ xp̄i ↄuertit. Qui ſtephanus tante re
ligionis fuit: vt multorum miraculorũ glo-
ria deus ipſum illuſtrem redderet. Hic hen
ricus ⁊ vxor eius kunegundus virgines ꝑ-



manſerunt ⁊ celibem vitam ducentes in pa
ce quieuerunt. ¶ Huic ſucceſſit conradus
quidam dux francorum qui neptem ſancti
henrici duxit in vxorem. Huius tempore vi
ſa eſt i celo trabs ignea mire magnitudinis
ſuper ſolem iam ad occaſuʒ vergentẽ curre
re: ⁊ ad terrã cadere. Hic quoſdã epiſcopos
de italia in vincula coniecit. Et qr mediola-
nenſis archiep̃s de vinculis fugit ſuburbia
mediolani incendit. Die vero penthecoſtes
cũ imperator in parua eccleſia ſecus vrbem
coronaretur ad miſſaʒ taʒ grauia tonitrua
fulguraqꝫ fuerũt vt aliqui mẽte excederent
aliqui ſpiritũ exalarẽt. Bruno vero ep̃s qui
miſſaʒ cantabat ⁊ ſecretarius imperatoris
cũ alijs dixerũt ſe inter miſſarũ ſolennia vi-
diſſe ſanctũ Ambroſiũ imperatori cõminã-
tem. Huius conradi tempore ſcilicet anno
dñi. Mxxv comes lupoldus vt in quadam
cronica dicitur iram regis metuens cũ vxo
re ſua in ſiluã fugiens in quodam tugurio
latitabat. In qua ſilua dum ceſar venaretur
nocte ſuperueniẽte in codeʒ tugurio ipſum
oportuit hoſpitari. Cui hoſpita pregnãs vi
cinaqꝫ partui decẽter vt potuit ſtrauit: ⁊ ne-
ceſſaria miniſtrauit. Eadẽ nocte mulier fili
um peperit: ⁊ vocẽ tertio ad ſe venientẽ ce-
ſar audiuit. Conrade hic puer modo ꝓgeni
tus gener tu⁹ erit. Mane ille ſurgẽs duos
armigeros ſibi ſecretarios ad ſe vocauit di
cens. Ite ⁊ puerulũ illum de manibus ma
tris violenter auferte: ⁊ ipſum per medium
ſcindẽtes cor eius mihi portate. Conciti il-
li euntes de gremio matris puerũ rapuerunt
Quem videntes elegantiſſime forme miſe-
ricordia cõmoti ipſum ſuper quandam ar-
borem ne a feris deuoraretur repoſuerunt
⁊ leporem ſcindẽtes cor eius ceſari detule-
runt. Eodẽ die dũ quidã dux inde trãſiret et
puerum vagientem audiret eum ad ſe duci
fecit. Et dũ filium non haberet vxori attulit
et nutriri eũ faciẽs a ſe de vxore ſua genitũ
eſſe finxit ⁊ henricũ vocauit. Cum igit iam
creuiſſet erat corpore pulcherrimus ore fa-
cũdus ⁊ oĩbus gratioſus. Quẽ ceſar tam de
corem ⁊ prudentẽ videns a patre ip̃m pe-
tijt: ⁊ in curia ſua manere fecit. Sed cũ vide

ret puerũ oĩbus gratioſuʒ: ⁊ ab oĩbus cõmẽ
dari: dubitare cepit: ne poſt ſe regnaret ⁊ ne
iſte ſit ille quẽ occidi mãdauerat. Uolẽs igi
tur eſſe ſecurus litteras manibus ſuis ſcri-
ptas per eum vxori dirigit in hũc modũ. In
quantum eſt tibi cara vita tua mox vt litte-
ras iſtas receperis puerũ hũc necabis. Duʒ
igit pergẽs in quadã eccleſia hoſpitat⁹ fuiſ-
ſet ⁊ feſſus ſup bancũ quieſceret ⁊ burſa in
qua erãt littere depẽderet ſacerdos curioſi
tate ductus burſaʒ aperuit: ⁊ litteras ſigillo
regis munitas vidẽs ip̃as ſaluo ſigillo ape-
ruit ⁊ legẽs ſcelus abhorruit. Et radiẽs ſub
tiliter qđ dicebatur iſtũ necabis ſcripſit filiã
noſtrã iſti in vxorẽ dabis. Cũqꝫ regina lr̃as
ſigillo imꝑatoris munitas videret ⁊ de ma
nu imꝑatoris ſcriptas eſſe cognoſceret con
uocatis principib⁹ celebrauit nuptias ⁊ filiã
ſuã eidẽ i vxorẽ dedit. Que nuptie aquiſgra
ni celebrate ſunt. Cũ aũt ceſari a dicẽtibus
narraret ꝙ̃ ſolẽnit fuiſſent filie ſue nuptie
celebrate ille obſtupefact⁹ a duob⁹ armige-
ris ⁊ duce ⁊ ſacerdote veritate cõperta dei or
dinationi non reſiſtendum eſſe vidit ⁊ ideo
ꝓ puero mittens euʒ eſſe ſuum generũ ap-
probauit ⁊ poſt ſe imperio regnare iſtituit.
In loco autẽ vbi puer henricus nat⁹ fuit no
bile monaſteriũ edificatũ eſt quod vſqꝫ ho-
die vrſania nominatũ eſt. ¶ Iſte hen
ricus omnes ioculatores a curia ſua remo-
uit: ⁊ que his dari conſueuerant pauperibus
erogabat. Huius tempore tantũ ſciſma in
eccleſia fuit vt tres in ſummos pontifices
electi eſſent. A quodã tandeʒ p̃ſbytero noĩe
gratiano magna illis data pecunia eidẽ ceſ
ſerũt: ⁊ ipſe papatũ obtinuit. At henricus dũ
ꝓ ſedando ſciſmate romaʒ pergeret gratia
nus ei obuians auream coronã ſibi obtulit
vt propitiũ ſibi haberet. Ille autẽ cũcta diſ-
ſimulans ſynodo conuocata gratianũ de ſy
monia cõuicit ⁊ aliũ ſubrogauit. In libro ta
mẽ boniʒi quẽ miſit ad comitiſſam mechtil
dim dicit ꝙ cũ predictus p̃ſbyter ſimplicita
te ductus pontificatũ ſibi per pecuniã acqui
ſierit vt ſciſmati obuiaret ipſe poſtmodum
errorem ſuum cognoſcens ſeipſum ſuaden
te iperatore depoſuit. ¶ Poſt hũc henricũ

tertius heinricus imperat. Huius tempo-
re bruno in papã eligitur ⁊ leo vocatur. Qui
cum ad capeſcendã ſedem apoſtolicã romã
pergeret: audiuit voces angeloꝝ canentiuꝫ
Dicit dominus. Ego cogito cogitatiões pa
cis ⁊c. Hic de multis ſanctiſ cantus cõpoſuit
Hoc tempore per berẽgarium turbata fuit
eccleſia: qui aſſerebat corpus ⁊ ſanguinẽ xpi
nõ vere: ſed figuratiue eſſe in altari. Contra
quem ſcripſit egregie lanfrancus prior becẽ
ſis natione papiẽſis qui fuit magiſter anſel-
mi cantuarieñ. Deinde quartus heinricus
imperat anno dñi. M. lvij. Cuius tempore
maxime floruit lanfrãcus. Ad cuius crimi-
nam doctrinã conuolauit de burgundia anſel
mus vir poſtmodum multa virtute ⁊ ſapiẽ-
tia adornatus ⁊ ei in prioratu monaſterij be
cenſis ſucceſſit. Sub hoc tempore hieruſalẽ
a ſaracenis capta a fidelibus recuperata eſt
Oſſa beati nicholai apud barẽſem vrbẽ trãſ
lata ſunt. De quo inter cetera legitur: ꝙ dũ
in quadam eccleſia que ſancta crux dicit̃ ſub
iecta ſancte marie de charitate nondũ beati
nicholai noua hyſtoria cantaret̃: fratres pri
orem vt eam ſibi cantare liceret inſtanti⁹ ex
orabant. Qui nullatenus acquieſcens dixit
incõgruũ eſſe morẽ priſtinũ de nouitatibus
immutare. Cum adhuc fratres inſtarent il-
le indignatus rñdit. Recedite fratres nunꝙ̃
a me licentia concedet̃: vt noua cantica imo
ioculatoria quedã in mea eccl'ia decantent̃.
Adueniente vero feſtiuitate eiuſdeꝫ: frẽs cũ
quadã triſticia matutinaruꝫ vigilias perege
runt. Cũq; omnes in lectis ſe recepiſſent: ec
ce nicholaus viſibiliter priori apparuit terri
bilis Quẽ p capillos a lecto abſtrahens dor
mitorij pauimento colliſit. Incipienſq; anti
phonam. O paſtor eterne. per ſingulas vo-
cum differentias virgis quas in manu tene
bat: grauiſſimos ictus ſuper dorſuꝫ prioris
ingeminans per ordinem moroſe canendo
antiphonaꝫ ad finem vſq; perduxit. Qui cũ
omnes ſuis clamoribus excitaſſet: ſemiuiu⁹
ad lectum deportatur. Tandeꝫ ad ſe rediẽs
ait. Ite ⁊ hiſtoriaꝫ nouam ſancti nicholai a-
modo decantate. Hoc tempore ex molineñ
cenobio. xxi. monachi cum abbate ſuo rober
to ciſtercij ſolitudinem adeuntes vbi regule
ſue pfeſſionem diſtrictius obſeruarent: no-
uum ordinem ex veteri inſtituerunt. Hilde
brandus prior cluniaceñ. factus papa grego
rius eſt vocatus. Hic dum in minoribus cõ
ſtitutus legatione fungeretur apud lugdu-
num arcbiepm ebronenſem de ſymonia cõ-
uicit miraculoſe. Nã dum idẽ archieps oẽs
accuſatores ſuos corrũperet ⁊ conuinci non
poſſet: legatus vt gloria ⁊ patri ⁊ filio ⁊ ſpiri
tuiſancto diceret imperauit. Ille gloria pa-
tri ⁊ filio expedite dicebat ſpirituiſancto ve-
ro dicere nõ poterat: quippe qꝛ in ſpiritũſan
ctum peccauerat. Qui peccatũ ſuũ confitẽs
mox vt depoſit⁹ eſt clara voce ſpiritũſanctuꝫ
nominauit. Hoc miraculum recitat bonizo
in libro ad comitiſſam mechtildim O
Mortuo heinrico quarto ſpire: ⁊ cũ alijs re
gibus ſepulto in eius epitaphio verſus iſte
fuit inſcript⁹. Filius hic: pater hic: auus hic
proauuſ iacet iſtic. Huic ſucceſſit heinricus
quintus anno dñi. M. cxij. Qui papã cũ car
dinalibus cepit ⁊ eos dimittens inueſtiturã
epiſcopoꝝ ⁊ abbatũ per anulũ ⁊ baculuꝫ pa-
ſtoralem accepit. Sub hoc tempe bernard⁹
cum fratribus ſuis ciſterciũ ingredit̃. In p-
rochia legienſi porca porcellam faciem ho-
minis habẽtẽ enixa eſt. Pullus galline qua
drupes natus eſt. Lotharius ſucceſſit hein-
rico. Cui⁹ tpe mulier quedã in hyſpania mõ
ſtrum bis gemini corpis enixa eſt: auerſis
vultibus ⁊ corporibus ſibi cohẽrẽs. Ante q̃-
dem effigies erat hois integro corpis me-
broꝝq; ordie diſtincta: retro vero facies ca
nis corpis ⁊ mẽbrorum ppꝛietate integra.
Poſt hunc regnauit conradus anno dñi.
Milleſimo centeſimo triceſimooctauo.
Eo tempore hugo de ſancto victore doctor
excellentiſſimus ⁊ in omni ſcientia ſumm⁹ ⁊
religione deuotus obijt. De quo referunt ꝙ
cum infirmitate vltima laboraret ⁊ nullum
cibũ retinere poſſet: corpus tñ dñicũ ſibi da-
ri cũ multa inſtantia poſtulabat. Tunc frẽs
eius turbationẽ ſedare volẽtes ſimplicẽ ho-
ſtiã inſtar corporis dñici ſibi detulerunt. Qꝺ
ille per ſpiritũ recognoſcẽs ait. Miſereatur
veſtri dñs fratres. Cur me deludere voluiſtiſ



Iſte enĩ nõ eſt dñs meus quem deportaſtis.
Mox illi ſtupefacti cucurrerũt ⁊ ſibi corpus
dñicũ detulerũt. Sed ille videnꝫ ꝙ recipe nõ
valeret: eleuatis in celũ manibus ſic orauit.
Aſcẽdat filius ad prẽꝫ ⁊ ſpũs ad deũ ſuũ qui
fecit illũ. Et inter hec verba ſpiritũ exalauit
⁊ corpus dñi ibidẽ diſparuit. Eugenius ab-
bas ſancti anaſtaſij papa ↄſtituit̃. Qui ab vr
be expulſus eo ꝙ ſenatores aliũ creauerunt
gallias venit ⁊ bernardũ ađ ſe miſit qui viã
dñi predicabat ⁊ multa miracula faciebat.
G. libertus porretanus florebat. Frederic⁹
nepos conradi imperauit anno dñi. M. cliiij.
Eodem tẽpore floruit magiſter petrus lom
bardus epiſcopus pariſienſis qui libruꝫ ſen-
tentiarum gloſas pſalterij ⁊ epl'arum pauli
vtiliter compilauit. P Eo tpe tres lune
in celo viſe ſunt ⁊ in medio ſignũ crucis: nec
multo poſt viſi ſunt tres ſoles. Tunc alexan
der in papam canonice eſt electus. Contra
quẽ octauianus: iohãnes cremẽſis tituli ſan
cti calixti: ⁊ iohãnes ſtrumẽſis ſucceſſiue in
papã eligunt̃ ⁊ fauore imperatoris fulciunt̃
Durauit hoc ſciſma annis. xviij. Infra qꝺ tẽ
pus teutonici qui apud tuſculanũ pro impe-
ratore morabant̃ romanos apud mõtẽ por-
tum inuadunt: ⁊ tota. ix. vſq; ad veſperas oc
ciderunt: vt nunꝙ̃ ex romanis tot milia ſint
occiſi. Licet tempore hanibalis tot occiſi ſint
vt tres cophinos anuloꝝ quos de digitis p
cerũ occiſoꝝ idẽ hanibal extrahi fecit cartha
ginẽ deſtinauerit. Quoꝝ multi apud ſanctũ
ſtephanũ ⁊ ſanctũ laurentiũ ſepulti ſunt. Et
habẽt h̃ epitaphiũ. Mille decẽ decies ſex de
cieſq; ſeni. Impator frederic⁹ dũ terrã ſctãꝫ
viſitaſſet ⁊ in flumine quodã lauaret̃ ibideꝫ
necatus perijt. Vel vt alij aſſerunt: equo ſuo
inpingẽte in aquã cecidit ibiq; interijt. Huic
ſucceſſit heinricus filius eius: anno domini
M. cxc. Eo tpe tante pluuie cum tonitruis
⁊ fulminibus ⁊ tẽpeſtatibus facte ſunt. quã-
tas nulla meminit hominuꝫ antiquitas. La
pides enĩ in ↄtitate ouoruꝫ quadranguli mi
xti cũ pluuia de celo cadentes: arbores: vine
as ⁊ ſegetes deſtruxerunt: et multos homi-
nes occiderũt. Coruiq; ⁊ ꝯ plures aues p
aera in hac tempeſtate volãtes viſi ſunt car-
bones viuos in roſtris portare ⁊ domos incẽ
dere. Contra romanã eccleſiam ſemper ty-
rannidem henricus exercuit: ⁊ ideo eo mor-
tuo innocentius tertius ne frater eius phi-
lippus pmoueret̃ ſe oppoſuit ⁊ ottoni filio
duciſ ſaxonie adheſit ⁊ eum aquiſgrani in re
gem alemanie coronari fecit. Eo tempore
dũ plures barones francie p liberatiõe ter
re ſancte vltra mare pgerent ↄſtantinopo-
lim ceperũt. His tpibus ordines predicato
rum ⁊ minoꝝ fratrũ orti ſunt. Innocentius
quartus legatos ad philippũ regem franco
rum miſit: vt terrã albigentiuꝫ inuaderet ⁊
hereticos deleret. Qui omnes capiens con
cremari fecit. Deniq; innocentius ottonem
imperatorẽ coronauit: ⁊ vt iura eccleſie ſal
uaret ab eo iuramentuꝫ exegit. Qui ſtatim
ipſo die cõtra iuramentũ fecit ⁊ romipetas
expoliari iuſſit. Unde papa eum excõmuni-
cauit ⁊ ab imperio depoſuit. Eo tpe fuit ſan
cta helizabeth filia regis vngarie q̃ fuit vxor
lantgrauij turingie. Que inter alia innume
ra miracl'a plures. id eſt. xvi. mortuos vt ſcri
bitur ſuſcitauit ⁊ cecum natum illuminauit
De cuius corpore vſq; hodie oleũ fluere per
hibet̃. Ottone depoſito fredericus henrici fi
lius eligitur ⁊ ab honorio coronatur. Leges
optimas p libertate eccleſie ⁊ cõtra hereti-
cos edidit. Hic ſuper omnes diuitijs ⁊ glo-
ria abũdauit: ſed eis in ſuperbia abuſus fuit
Nam tyrãnidem contra eccleſiam exercuit:
duos cardinales vinclauit: plãtos quos gre
gorius. ix. ad conciliũ ↄuocauerat capi fecit
⁊ iõ ab ipſo excõicat̃. Deniq; gregorius mul
tis tribulationibus preſſus morit̃ ⁊ innocen
tius. iiij. natiõe ianuẽſis ↄciliũ apꝺ lugdunũ
cõuocãs: ipm impatorẽ depoſuit. Quo depo
ſito ⁊ defuncto ſedes impij vſq; hodie vacat

¶ De dedicatione templi. clxxvij A

DEdicatio eccleſie in-
ter alias feſtiuitates ab eccleſia
celebratur. Et qm̃ duplex eſt ec
cleſia ſiue tẽplum ſcꝫ materiale
⁊ ſpirituale: ideo de huius tẽpli duplicis de-
dicatione hic breuiter eſt agẽdũ. Circa dedi
cationẽ aũt tẽpli materialis tria vidẽda ſunt

C

Primo quare dedicat̃ ſiue cõſecratur: ſcđo qualiter cõſecrat̃: tertio ꝑ quos ꝓphanat̃: et qꝛ in tẽplo duo ſunt que cõſecrant̃: ſcʒ altare ⁊ ip̄m tẽpluʒ: ideo primo videndũ eſt: quare cõſecratur altare; ſecundo quare templũ. Altare aũt ↄ̄ſecrat̃ ad tria: primo ad ſacramentum domini offerendũ. Geneſ. viij. Edificauit noe altare dño ⁊ tollens de cunctis volucribus ⁊ pecoribus mundis obtulit ſuꝑ altare. Hoc aũt ſacramẽtum eſt corpus ⁊ ſanguis xp̄i quẽ in memoriã paſſionis dñice immolamus: iuxta qđ nobis p̄cepit dicẽs. Hoc facite in meã cõmemoratiõem. Habemus eñ triplex memoriale dñice paſſionis: vnuʒ in ſcripto. ſ. paſſio chriſti imaginib⁹ figurata. Et hoc hʒ fieri ꝙtum ad viſum. Ipſa eñ crucifixi imago ⁊ alie imagines in eccl'ia fiunt ꝓpter rememorationẽ excitãdã deuotionem ⁊ inſtructionẽ: qꝛ ſunt quaſi libri laycoꝝ. Scđm in verbo ſcʒ paſſio chriſti p̄dicata. Et hoc hʒ fieri ꝙtũ ad auditũ. Tertiũ in ſacramento. ſ. paſſio in hoc ſacramẽto tam ſignãter expreſſa: in quo corpus ⁊ ſanguis xp̄i veraciter continetur ⁊ nobis offertur. Et hoc memoriale hʒ fieri ꝙtuʒ ad guſtũ. Si ergo affectũ noſtrũ accendit paſſio xp̄i deſcripta ⁊ amplius predicata: multo fortius inflãmare debʒ in hoc ſacramẽto tã ſignanter expreſſa. Secũdo ad nomen dñi inuocãduʒ. Gen. xij. Edificauit Abraã altare dño qui apparuit ei ⁊ inuocabit ibi nomen dñi. Hec aũt inuocatio ſcđm apl'm. i. ad thimoth. ij. Habet fieri aut per obſecrationes que fiũt cũ adiuratione ꝓ malis remouẽdis: aut ꝑ orões que fiũt pro bonis impetrãdis: aut ꝑ poſtulatiões q̃ fiũt ꝓ bonis cumulandis: aut ꝑ grarum actiões que fiunt pro bonis habitis cõſeruãdis. Inuocatio aũt que fit ſuꝑ altare ꝓprie dicit̃ miſſa eo ꝙ celeſti miſſus. ſ. xp̄s a p̄re mittit̃: qui ipſam hoſtiam cõſecrat ⁊ per eundẽ a nobis patri mittit̃: vt ꝓ nobis intercedat. vñ Hugo. Ipſa hoſtia ſacra miſſa vocari põt quia trãſmiſſa eſt primo a p̄re nobis ꝑ incarnationem: ſcđo a nobis patri per paſſionẽ. Similiter in ſacramẽto primo a patre nobis per ſanctificationẽ qua nobiſcũ eſſe incipit: poſtea a nobis patri ꝑ oblationẽ qua ꝓ nobis intercedit. Et nota ꝙ miſſa tribus linguis cantatur: ſcʒ greca hebrayca ⁊ latina ad repreſentandum titulũ dñice paſſionis: qui ſcriptus erat grece hebrayce ⁊ latine. Itẽ ad notãdũ ꝙ oĩs lingua dʒ laudare deũ: q̄ ꝑ hãc triplicẽ linguã intelligitur. Latina aũt ſunt euangelia epiſtole orões ⁊ cantus. Greca ſunt kyrieleyſon xp̄eeleyſon: que nouẽ vicibus cantantur vt ad ſocietatẽ nouẽ ordinũ angeloꝝ perueniamus. Hebrayca ſunt alleluya amẽ ſabaoth oſanna. Tertio ad cantandum. Eccle. xlvij. Dedit illi cõtra inimicos potentiaʒ et ſtare fecit ↄ̄ altare cãtores ⁊ in ſono eoꝝ fecit dulces modulos. Et dicit modulos in plurali: qꝛ ſm hugonẽ de ſanctovictore tres ſunt ſpecies ſonoꝝ qui faciũt tres modulos. Fit eñ ſonus pulſu flatu ⁊ cantu. Ad cytharam ꝑtinet pulſus: ad organũ flatus: ad vocem cantus. Aſſignari poteſt hec cõſonãtia ſonoꝝ concordie morũ: ſi referat̃ ad pulſum cythare manuum operatio: ad flatũ organi mentis deuotio: ad cantum vocis ſermonis exhortatio. Et infra. quid ꝓdeſt dulcedo oris ſine dulcedine cordis. Frangis vocẽ frãge ⁊ voluntatem. Seruas cõſonãtiã vocũ: ſerua cõcordiã moruʒ: vt ꝑ exemplũ cõcordes proximo: per voluntatẽ dño: ꝑ obedientiã magiſtro. Hoc igit̃ triplex genus muſicoꝝ referẽ ad triplicẽ differẽtiã officij eccleſie ſicut dicit̃ in mitrali de officio. Nam ipſum officiũ eccleſie cõſiſtit in pſalmis in cantu ⁊ in lectionibus. Primum igitur genus muſicorũ eſt qđ fit pulſu digitorum: vt in pſalterio ⁊ ſimilibus. Et ad illud ꝑtinet pſalmodia p̄s. Laudate eum in pſalterio cythara. Secũduʒ eſt quod fit cantu ſicut in voce: et ad iſtud pertinent lectiones p̄s. Pſallite ei in vociferatione. Tertiũ qđ fit flatu: ſicut in tuba: ⁊ ad iſtud pertinet cantus p̄s. Laudate eũ in ſono tube. B Templũ autem ſeu eccleſia cõſecratur quintuplici ratione. Primo vt inde diabolus ⁊ eius poteſtas expellatur: vt refert Greg. in dyalogo: ꝙ cum quedam eccleſia arrianorum fidelibus reddita cõſecraret̃ ⁊ reliquie ſancti ſebaſtiani ⁊ beate agathe illuc delate fuiſſent: populus ibidẽ congregatus porcum ſubito intra ſuos pedes huc illucq̃ diſcurrere ſenſerunt. Qui fores eccleſie repetẽs a nullo videri potuit omneſq̃ in admirationem cõmouit. Quod idcirco dñs oſtendit: vt cunctis pateficret ꝙ de loco eodem immũdus habitator exiret. Sequenti aũt nocte magnus in eiuſdeʒ eccleſie tectis ſtrepitus factus eſt ac ſi in hoc aliquis errãdo diſcurreret. Secũda nocte iterũ grauior ſonus increuit. Tanto vero terrore tertia inſonuit: ac ſi omnis illa eccleſia a fundamẽtis fuiſſet euerſa: ſtatimq̃ receſſit: nec amplius illa antiqui hoſtis inquietudo apparuit. Sʒ per terroris ſonitum quem fecit innotuit a loco quẽ diu tenuerat ꝙ coact⁹ exibat. Hec Grego. Secũdo cõſecratur: vt ad eam fugientes ſaluẽtur. Unde alique eccleſie poſt dedicationẽ a principibus priuilegiãtur: vt qui ad eã confugerint ſaluent̃. vnde dicit canon. Reos ſanguinis defendit eccleſia: ne vitam perdant ⁊ membra. Et ob hoc ioab in tabernaculum fugit ⁊ cornu altaris apprehendit. Tertio ↄ̄ſecrat̃ vt ibideʒ orões exaudiant̃ qđ ſignatũ eſt. iij. Regũ. viij. vbi ſalomo dedicato tẽplo ait. Quicũq̃ rogauerit ĩ loco iſto exaudies ĩ loco habitacli tui ĩ celo: ⁊ cũ exaudieris ꝓpici⁹ eris. Adoram⁹ aũt in ipſis eccl'ijs ad orientẽ: qđ fit triplici rõne ſm Damaſcenum lib. iiij. c. v. Primo vt patriã nr̃am nos requirere oſtendamus. Scđo vt ad xp̄m crucifixum reſpiciamus. Tertio vt venientẽ iudicem nos expectare mõſtremus. ait eñ ſic. Deus paradiſum in eden ad orientem plantauit vñ hoiem trãſgreſſum exulem fecit et ante paradiſum ex occidente habitare fecit. Antiquã igitur patriã exquirẽtes ⁊ ad ip̄am aſpicientes: deũ ad oriẽtem adoram⁹. Sʒ ⁊ dñs crucifixus ad occidẽtẽ reſpiciebat: ⁊ ita adoramus ad ip̄m reſpiciẽtes. Et aſſumpt⁹ ad orientẽ ſurſum ferebatur ⁊ ita ip̄m apoſtoli adorauerũt: ⁊ ita veniet quõ viderũt eũ euntẽ in celũ. Ip̄m igit̃ expectantes ad orientem adoramus: hec damaſcenus. Quarto cõſecratur: vt ibi laudes deo ſoluant̃. Qđ quidẽ fit in ſeptẽ horis canonicis: ſcʒ matutinis: prima: tertia: ſexta: nona: veſpera: ⁊ cõpletorio. Et licet in qualibet hora diei deus eſſet laudandus: tamẽ qꝛ ad hoc infirmitas



noſtra nõ ſufficit ordinatum eſt: vt his horis ſpãliter deũ laudemus eo ꝙ he hore ab alijs priuilegiate ſunt in aliqb⁹. Nã in nocte media qua matutine celebrantur xp̄s natus eſt captus ⁊ illuſus a iudeis fuit. In hac iterum hora infernũ ſpoliauit. Dicit̃ eñ in mitrali ꝙ in media nocte infernũ ſpoliauit large accipiendo. ſ. ante lucẽ mane ſurrexit: hora prima apparuit marie magdalene. In media etiã nocte ad iudiciuʒ ventur⁹ aſſerit̃. vñ hieroni. Reor inquit traditiõnẽ apl'icã ꝑmãſiſſe: vt die vigiliarũ paſche ante noctis medium dimittere nõ liceat populos expectantes aduẽtũ xp̄i. Et poſt ꝙ aduenerit illud tẽpus ſecuritate p̄ſumpta feſtuʒ cunctos agere diẽ. In hac igit̃ hora laudes deo cantam⁹ vt ei de ei⁹ natiuitate captiõe ⁊ patrũ liberatione grãs agam⁹ ⁊ ei⁹ aduẽtũ ſoliciti expectem⁹. Adduntur etiã matutinales laudes: qꝛ in mane egyptios in mare ſubmerſit mũdũ creauit ⁊ ſurrexit. In hac ergo hora laudes deo reddimus ne in mari hui⁹ mũdi cũ egyptijs demergamur: vt ꝓ nr̃a creatiõe et ei⁹ reſurrectiõe grãs deo reddam⁹. In hora prima xp̄s ad tẽplũ maxime conueniebat: ⁊ populus ibidẽ ad euʒ manicabat. i. mane ad eũ veniebat: vt hʒ Luce. xxi. Pilato p̄ſentatus fuit. In hac etiã hora reſurgẽs mulieribus primo apparuit. Hec eſt etiã prima hora diei: iõ ergo in hac hora in eccl'ia deo laudes exoluim⁹: vt xp̄m imitemur ⁊ ſibi reſurgenti ⁊ apparẽti grãs agamus: ⁊ vt deo tan ꝙ oĩm principio ipſius diei primitias ſoluamus. In hora tertia xp̄s linguis iudeoꝝ crucifixus eſt: a pilato ad colũnã flagellat⁹ eſt: ⁊ adhuc vt dicit̃ in hiſtorijs: colũna vbi ligat⁹ fuit veſtigia cruoris oſtẽdit: ⁊ hac eadẽ hora ſpiritusſanctus miſſus eſt. In ſexta in cruce clauis confixus eſt. tenebre per vniuerſum mundum facte ſunt: vt in morte dñi ſui ſol lugẽs ſe veſtibus nigris cõtegeret: ⁊ ne dñm crucifigẽtib⁹ lumen p̄beret ⁊ in hac hora in die aſcenſionis cum diſcipulis diſcubuit. In nona hora xp̄s ſpm̄ emiſit: miles lat⁹ ei⁹ aperuit cetus apoſtoloꝝ ad orandũ cõuenire cõſueuit: ⁊ chriſtus in celuʒ aſcẽdit. ꝓpter has prerogatiuas deum in his horis [illegible]

In veſpera chriſtus in cena ſacramētū cor⸗
poris ⁊ ſanguinis inſtituit: pedes diſcipulo
rū lauit: de cruce depoſitus in ſepulcro col
locat⁹ fuit: diſcipulis in habitu peregrini ſe
manifeſtauit. Pro his oib⁹ i hac hora eccle
ſia xpo gratias agit. In cōpletorio xps ſan⸗
guineas guttas ſudauit: monumēto ei⁹ cu⸗
ſtodia deputata fuit: ⁊ ibidē qeuit: reſurgēs
pacē diſcipulis nūciauit. Et ꝓ his gratias
deo reddimus. Has aūt laudes q̄liter deo
exoluere debeamus dicit Bernardus. Fra
tres mei imolātes hoſtia laudis iungamus
v̄bis ſenſum: ſenſui affectū: affectui exulta⸗
tionē: exultatiōi maturitatē: maturitati hu⸗
militatē: humilitati libertatē. ¶ Quīto con
ſecratur vt ibidē ſacramēta eccliaſtica mini
ſtrentur vnde ipa eccleſia efficit̄ quaſi taber
na dei in qua ſacramēta cōtinent̄ ⁊ miniſtrā
tur. Quedā eñ miniſtrātur ⁊ dant̄ intranti
bus vt baptiſm⁹: quedā exeūtibus ſcȝ extre
ma vnctio: quedā cōmorātibus: ⁊ horū q̄dā
ſunt miniſtrātes his dat̄ ordo. Quidam pu⸗
gnantes ⁊ horū quidā pugne ſuccūbūt: his
datur penitentia. Quidā inſiſtūt ⁊ his con⸗
fertur audatia animi vt roborent̄: ⁊ hoc per
confirmationē: dat̄ cibus vt ſuſtētent̄: ⁊ hoc
per eucharīſtie ſumptionē fit remotio impe
dimenti ne deijciantur: ⁊ hoc per matrimo⸗
nij cōiunctionē. Secūdo vidēdum eſt quali⸗
ter conſecratur: ſed primo de altari: ſecūdo
de eccleſia. ¶ Ad cōſecrationē autē alta
ris plura concurrunt. Primo enim quattu⸗
or cruces de aqua bñdicta in quattuor corni
bus altaris configurantur. Scdo ipſum ſe
pties circūitur. Tertio aqua benedicta cuȝ
iſopo ſepties aſpergitur. Quarto incenſum
in ipſo crematur. Quinto chriſmate inungi
tur. Sexto mūdis pannis operit̄. Hec autē
repreſentāt ea q̄ debēt habere illi qui ad al⸗
tare accedūt. Debēt eñ primo habere cha⸗
ritatem quadruplicē per crucē acquiſitaȝ: vt
ſcȝ diligant deum: ſeipſos: amicos ⁊ inimi⸗
cos. Et hec ſignāt quattuor cruces in quat⸗
tuor cornibus altaris facte. Et de his quat
tuor cornibus charitatis dicit̄ in geñ. xxviij.
Dilataberis ad orientē ⁊ occidentē ſepten⸗
trionē ⁊ meridiē vel ideo quattuor cruces in
quattuor cornibus fiunt ad ſignificandū q̄
xp̄us per crucē quattuor mūdi partes ſalua
uit. vel ideo ad ſignificādū q̄ crucē dñi quat
tuor modis debemus portare. ſ. in corde ꝑ
meditationē: in ore ꝑ cōfeſſionē: in corpore
per mortificationē: in facie per aſſiduā im⸗
preſſionē. Secūdo debēt habere curā ⁊ vigi
lantiam: qđ ſignificat̄ ꝑ circūitus vnde tunc
cantat̄. Inuenerūt me vigiles ⁊c. Debēt eñ
ſollicite vigilare ſuꝑ gregē ſuū. vnde negli⸗
gentiam prelati ponit Gilbertus inter ridi⸗
culoſa dicēs. Ridiculoſa an magis ꝑiculoſa
res eſt ſpeculator cecus: precurſor claudus:
negligēs ꝓlatus: doctor neſcius: preco mu⸗
tus. Uel ꝑ ſeptē circūitus circa altare ſigni⸗
ficantur ſeptē meditatōes ⁊ cōſiderationes
quas circa ſeptemplicē virtutē humilitatis
xpi habere debemus: ⁊ ꝑ ipſas frequēter cir
cuire. Prima virtus eſt q̄ cū diues eſſet fa
ctus eſt pauper. Secūda q̄ in preſepio poſi
tus. Tertia q̄ parentibus ſubditus. Quar⸗
ta q̄ ſub manu ſerui caput inclinauit. Quin
ta q̄ diſcipulū furē ⁊ ꝓditorē ſuſtinuit. Se
xta q̄ ante iniquum iudicem manſuetus ta
cuit. Septima q̄ ꝓ crucifixoribus clemēter
orauit. vel per ſeptē illos circūitus ſignificā
tur ſeptem vie xpi. Prima fuit de celo in vte
rum. Secūda de vtero in preſepiuȝ. Tertia
de preſepio in mundū Quarta de mundo in
patibulum. Quinta de patibulo in ſepulchꝝ
Sexta de ſepulchro in lymbū. Septima de
lymbo reſurgens in celū. Tertio debent ha
bere dominice paſſionis memoriam: quod
ſignificatur per aſperſionem aque. Septeȝ
enim aque aſperſiōes ſunt ſeptē ſanguinis
chriſti effuſiōes. quarū prima fluxit in circū
ciſione. ſecūda in oratiōe: tertia in corporis
flagellatione: quarta in capitis coronatiōe:
quinta in manuū ꝑforatiōe: ſexta in pedum
affixione: ſeptima in lateris apertione He
aūt ſanguinis aſperſiones facte fuerūt cuȝ
iſopo humilitatis ⁊ ineſtimabilis charitat̄.
Iſopus eñ eſt herba humilis ⁊ calida vel io
ſepties aſpergit̄: ad ſignificādū q̄ in baptiſ⸗
mo ſeptē dona ſanctiſpiritus dantur. Quar
to debent habere orationem feruentem et
deuotam quod ſignificatur per concremati



onem thuris. thus eñ hȝ virtutē aſcēdendi
ex fumi leuitate: ꝯſolidādi ex ſua charitate:
ꝯſtringēdi ex cōglutinoſitate: cōfortandi ex
aromaticitate. ſic oratio aſcendit in dei me⸗
moriā. aiaȝ cōſolidat q̄tū ad culpā ꝑteritam
impetrādo medelā: cōſtringit q̄tū ad future
impetrādo cautelaȝ: cōfortat q̄tū ad preſen
tem impetrando tutelam. Uel poteſt dici q̄
deuota oratio ꝑ thus ſignificat̄: q̄r hȝ ad deū
aſcendere. Eccle. xxxv. Oratio humiliantis
ſe nubes penetrat. Odorē deo reddere Apo
calip. v. Habētes ſinguli cytharas ⁊ phialas
aureas plenas odoramentoꝝ ⁊c. ex corde in
flāmato procedere. Apoc. viij. Data ſunt illi
incenſa multa ⁊c. Et infra. Accepit angelus
thuribulum et impleuit illud de igne alt. ⁊c.
¶ Quinto debent habere nitorem cōſcien⸗
tie ⁊ odorem bone fame: qđ ſignificat̄ ꝑ chriſ
ma qđ ꝯficitur ex oleo ⁊ balſamo. Debēt eñ
habere puram cōſcientiā vt poſſit dicere cū
apoſtolo. Gloria noſtra hec eſt teſtimoniuȝ
cōſcientie noſtre. Bonā famaȝ vñ. i. thimo.
iij. oȝ illuȝ teſtimoniū habere bonum ab his
qui foris ſunt. Chriſo. Clerici nullā debent
habere maculā nec in verbo nec in cogitatu
nec in facto: nec in opinione: q̄r ipſi ſunt pul
chritudo ⁊ virtus eccleſie: ⁊ ſi mali fuerint to
tam deturpant eccleſiā. ¶ Sexto debent ha
bere mūditiā operationis bone qđ ſignifica
tur ꝑ pānos albos ⁊ mundos quibus altare
operitur. Uſus eñ veſtimentoꝝ inuētus eſt
ad tegendū calefaciendū ⁊ ornandū. Sic bo
na opera tegunt aie nuditatē. Apoca. iij. Ue
ſtimentis albis induaris vt nō appareat cōfu⸗
ſio nuditatis tue. Ornant aiam ad honeſta⸗
tem roma. xiij. Induamur arma lucis ⁊c. ca
lefaciūt inflāmādo ad charitatē Iob. xxxvij.
ca. Nōne veſtimēta tua calida ſunt ⁊c. Mo
dicum eñ valeret accedenti ad altare ſi ha⸗
beret dignitatē ſummā ⁊ vitā infimā Bern.
monſtruoſa res eſt ſedes prima ⁊ vita ima.
gradus ſupremus ⁊ ſtatus infimus: vultus
grauis: actus leuis: ſermo mult⁹: fruct⁹ nul⸗
lus: ingens auctoritas: ⁊ animi inſtabilitas
¶ Secundo vidēdū eſt qualiter eccleſia cō
ſecratur: ⁊ ad hoc plura cōcurrūt. Epiſcop⁹
enim ipſam eccleſiam ter circūit: ⁊ qualibet
vice veniēs ad ianuaȝ percutit baculo paſto
rali dicēs. Aperite portas principes vras ⁊c.
Interius ⁊ exterius aqua benedicta ipſa ec
cleſia irrigatur. In pauimento fit crux de ci⸗
nere ⁊ ſabulo ex trāſuerſo angulo oriētis vſ⸗
q̄ ad angulū occidentis: ⁊ ibi litteris grecis
⁊ latinis ſcribitur alphabetū. In parietibus
eccleſie cruces depinguntur: ⁊ ipſe cruces il
luminātur ⁊ chriſmate inunguntur. ¶ Pri⸗
mum ergo ſcȝ triplex circūitus ſignat tripli⸗
cem circūitū quem fecit xps ꝓpter ipſius ec
cleſie ſanctificationē. primus fuit q̄ de celo
venit in mundū. ſecūdus q̄ de mūdo deſcen
dit ad lymbum: tertius q̄ de limbo rediens
⁊ ſurgens aſcēdit in celū. vel triplex circūit⁹
fit ad oſtēdendū q̄ illa eccleſia ꝯſecratur ad
honorē trinitat̄. vel triplex circūitus ſignat
triplicem ſtatū ſaluādoꝝ de eccleſia qui ſunt
virgines cōtinētes ⁊ cōiugati. Hec etiā deſi
gnantur in diſpoſitione materialis eccl'ie ſi⸗
cut oſtēdit richardus de ſancto victorie. Nā
ſanctuarium ſignat ordinē virginū: chorus
ordinem cōtinentiū: corpus ordinē coniuga
torum. Strictius eſt ſanctuariū q̄ chorus:
⁊ chorus q̄ corpus: quia pauciores ſunt vir
gines q̄ cōtinentes: ⁊ continētes q̄ cōiuga⸗
ti. Sanctior eſt etiā locus ſanctuarij q̄ cho⸗
rus ⁊ chorus q̄ corp⁹: quia dignior eſt ordo
virginum q̄ continentium: ⁊ continentium
q̄ coniugatorum. Hec richar. ¶ Secundū
ſcȝ trina ad hoſtium percuſſio ſignat triplex
ius quod habet chriſtus in eccleſia quare ſibi
debet aperiri. Eſt enim ſua creatione redē⸗
ptione: ⁊ glorificatiōis promiſſione. De hoc
triplici iure dicit anſelmus. Certe dñe q̄r me
feciſti debeo amori tuo meipſum totū q̄r me
redemiſti debeo amori tuo meipm̄ totuȝ: q̄r
tāta ꝓmittis debeo meipſuȝ totū: immo tm̄
debeo amori tuo pluſq̄ meipm̄ q̄tum tu es
maior meipſo: ꝓ quo dediſti teipſum ⁊ cui ꝓ
mittis teipm̄. Trina aūt ꝓclamatio. Attolli
te portas principes veſtras: ſignificat trinā
eius potentiā. ſ. in celo in mūdo ⁊ in inferno
Tertio iteri⁹ ⁊ exteri⁹ aqua bñdicta aſpergi
tur: qđ fit triplici de cā ꝑmo ꝓpter demonis
expulſionē. Aqua eñ bñdicta hȝ ꝓpriā virtu
tē expellēdi ipȝ diabolū: vñ i exorciſmo aque

Ut ſis aqua exorciſata ad effugādā oēʒ
ptātē inimici ⁊ ipſum inimicū eradicare ⁊c.
Iſta aūt aqua bñdicta fit ex quattuor reb᷒.ſ.
ex aqua: vino: ſale: ⁊ cinere: quia videlicet qt
tuor ſunt que maxime inimicū expellūt.ſ.la
chrymarum effuſio que per aquā. ſpūalis ex
ultatio que per vinū: matura diſcretio q̄ per
ſal: ⁊ pfunda humiliatio: q̄ p cinerē deſignā-
tur. Scdo ppter ipſius eccle expiationem.
Omnia enim terrena hec ppter peccatum
corrupta ſunt ⁊ fedata: ⁊ ideo loc᷒ ipſe aqua
bñdicta aſpergit᷑: vt ab omni feditate ⁊ immū-
dicia liberet᷑ purget᷑ ⁊ expiet᷑. Hinc eſt etiaʒ
ꝙ in lege oīa pene p aquā mundabant᷑. Ter
tio ppter oēm remouēdā maledictionē: ter-
ra eñ a principio cū fructu ſuo maledictōeʒ
accepit ex eo ꝙ ex eius fructu deceptio fctā
fuit. aqua vero nulli maledictioni ſubiacuit
hinc eſt ꝙ dñs comedit piſcem ſʒ nō legit᷑ co
mediſſe carnē noīatim: niſi forte de agno pa
ſchali ppter p̄ceptū legis in exēplū.ſ. abſtinē
di aliqñ a licitis ⁊ aliqñ eadē comedendi. Ut
ergo oīs maledictio remoueat᷑ ⁊ bñdictio in
troducat᷑ ideo aqua bñdicta aſpergit᷑. Quar
to in pauimēto alphabetū ſcribit᷑ qḋ quideʒ
repreſentat coniunctionē vtriuſqʒ populi.ſ.
gentilis ⁊ iudei: vel paginam vtriuſqʒ teſta-
menti vel articulos noſtre fidei. Illud eñ al
phabetuʒ ex lr̄is grecis ⁊ latinis in cruce fa
ctis rep̄ſentat vnionē in fide populi gentilis
⁊ iudei per crucē xp̄i factā. vnde ⁊ illa crux ex
trāſuerſo angulo orientis vſqʒ ad angulum
occidentis ducitur ad ſignificāduʒ ꝙ ille qui
prius erat dexter fact᷒ eſt ſiniſter: ⁊ qui erat
in capite factus eſt in cauda ⁊ ecōuerſo. Se
cundo repreſentat paginaʒ vtriuſqʒ teſtamē
ti qḋ per crucē xp̄i adimpletū eſt. vnde mori-
ens dixit cōſummatū eſt. Et crux ex trāſuer
ſo ducitur: q: vnū teſtamētū in alio cōtinet᷑:
q: rota erat in rota. Tertio rep̄ſentat articu
los fidei. Eccleſie eñ pauimentū eſt noſtre
fidei fundamētū. Elementa que inſcribun-
tur ſunt articli fidei: quib᷒ rudes ⁊ neophiti
ci de vtroqʒ populo in eccleſia erudiūtur qui
ſe puluerē ⁊ cinerē reputare debent iuxta il-
lud qḋ dixit abraā. Geñ. xviij. Loquar ad dñʒ
meū cū ſim puluis ⁊ cinis. Quinto cruces in

eccleſia depingunt᷑: qḋ ſiquidē fit triplici rō-
ne. Primo ppter demonū terroreʒ: vt.ſ. de-
mones qui inde expulſi ſunt videntes ſignū
crucis terreant᷑ ⁊ illuc ingredi nō p̄ſumant.
Timēt eñ valde ſignū crucis. vñ chriſoſto-
mus. Ubicūqʒ demones ſignum dñicū vide
rint: fugiūt timentes baculū quo plagā acce
perūt. Scdo ppter triūphi oſtenſionē. Cru-
ces eñ ſunt vexilla xp̄i ⁊ ſigna eius triūphi.
Unde vt oſtendat᷑ ꝙ locus ille xp̄i dñio ſubiu
gatus eſt: iō ibidē cruces depingunt᷑. Naʒ ⁊
apud imperialē magnificentiā obſeruat᷑: vt
qñ aliqua ciuitas ei tradit᷑: imperiale vexillū
in ea erigitur. In huius figuratione dicitur
Geñ. xxviij. ꝙ iacob lapidē quē ſuppoſuerat
capiti ſuo erexit in titulū videlʒ in titulū p̄co
nialē memorialē ⁊ triūphalē. Tertio propter
apl'oꝝ repreſentationē. Nam illa duodecim
luminaria ante cruces poſita ſignificāt duo
decim apl'os qui p fidē crucifixi totū mundū
illuminauerūt. Hē igit᷑ cruces illuminātur:
⁊ chariſmate inungunt᷑: qm̄ ⁊ apl'i fide paſſi-
onis xp̄i totū mundū illumiauerūt ad cogni
tionē: inflāmauerūt ad amorē: vnxerūt ad cō
ſcientie nitorē: qḋ p oleū: ⁊ ad vite bone odo
rem qḋ per balſamū intelligit᷑. ¶ De
tertio.ſ. per quos prophanatur ſciendum ꝙ
ipſam domū dei p tres orphanatā legim᷒.ſ.
per hieroboā. per naburʒadan: ⁊ per anthio
chū. hieroboam eñ ſicut legit᷑. iij. regum. xij.
Duos vitulos fecit ponēs vnū in dan ⁊ aliuʒ
in bethel. que dicit᷑ domus dei: ⁊ hoc ppter
auariciam fecit: ne ſcʒ regnū ad roboam re
diret. Per hoc ſignificatur ꝙ auaricia cleri
coruʒ multū eccleſiā dei cōtaminat q̄ in ipſis
clericis multū regnat. Hieremie. viij. A mi-
nimo vſqʒ ad maximum omnes auariciā ſe-
quuntur. Berñ. Quē dabis mihi de numero
prelatoꝝ: qui nō magis inuigilet ſubditoruʒ
euacuandis marſupijs ꝙ vitijs extirpandis
Vituli ſunt nepotuli quos in bethel.i. domo
dei ponunt. Eccleſia etiam per hieroboam
prophanatur ſi ex auaricia vſurarioꝝum vel
raptorū edificat᷑. vñ legit᷑ ꝙ cū quidā vſurari
us eccleſiam quandā de rapinis ⁊ vſuris cō-
ſtruxiſſet epiſcopum ad eius dedicationem
multis precibus inuitauit. Cum igitur epi-



ſcopus cū ſuo clero officiū ꝯſecrationis age
ret vidit poſt altare diabolū ſtantē in cathe-
dra in habitu epiſcopali: qui dixit epiſcopo.
Quare eccleſiaʒ meā ꝯſecras: ceſſa iā: q: ad
me iuriſdictio eius ptinet: q: de vſuris ⁊ rapi
nis edificata eſt. Cum ergo ep̄s inde cū cle-
ricis territus fugeret diabolus ꝯtinuo ipaʒ
eccleſiam cū grādi ſtrepitu deſtruxit. Nabu
ʒardan ſicut legitur. iiij. regū. xxv. domū dei
combuſſit. Nabuʒardan autem princeps co
quorum ſignificat illos qui gule ⁊ luxurie de
diti ſunt qui de ventre ſuo deū ſuū fecerūt ſe
cūdū qḋ dicit apl's. Quorū deus vēter eſt ⁊c.
Qualiter autem venter deus dicat᷑: oſtendit
hugo de ſctō victore in ſuo clauſtrali dicēs.
Solēt dijs tēpla cōſtrui: altaria erigi: miſtri
ad ſeruiendū ordinari: imolari pecudes thu
ra cōcremari. Deo ſiquidē ventri templū eſt
coquina: altare menſa: miſtri coqui: imolate
pecudes carnes cocte fumus incēſoꝝ odor
ſaporꝝ. Rex anthiocus qui fuit ſupbiſſimus ⁊
ambicioſus domū dei polluit ⁊ pphanauit ſi
cut legit᷑. i. Mach. i. Per quem ſignificat᷑ ꝙ
ſupbia ⁊ ambitio q̄ vigēt i clericis qui nō ap
petūt pdeſſe ſʒ preeſſe multū eccliaʒ dei con
tamināt. De quo ſupbia ābitioſe dicit Ber.
Honorati incedunt de bonis dñi cui tñ dño
honorē nō deferūt. Inde his quē quotidie vi
des meretricius nitor: hiſtrionicus habitus
regius apparatus. Inde aurū in frenis ⁊ ſel
lis ⁊ calcaribus ⁊ plus calcaria ꝙ̄ altaria ful
gent. Et ſicut p tres prophanata extitit: ita
p alios tres dedicata ⁊ ꝯſecrata fuit. dedica
tionē eñ primo fecit moyſes: ſcdo ſalomon.
tertio iudas machabeus: per qḋ inſinuat᷑ ꝙ
in dedicatione eccleſie debemus habere hu
militatē que fuit in moyſe. ſapiētiā ⁊ diſcreti
onem que fuerūt in ſalomone: vere fidei cō-
feſſionē que fuit in iuda. ¶ Scdo vidē-
dū eſt de ꝯſecratione ſiue dedicatiōe templi
ſpūali qḋ tēplū ſum᷒ nos: ſcʒ cōgregatio oim
fideliū: qḋ cōſtruit᷑ ex lapidibus viuis. i. petri
ij. tanꝙ̄ lapides viui ſupedificati ⁊c. Ex lapi
dibus pollitis. vñ cantat᷑. Tunſionibus preſ
ſuris expoliri lapides ⁊c. Ex lapidibus qua
dris. q̄ttuor eñ latera lapidis ſpūalis: ſunt
fides ſpes charitas ⁊ operatio que equalia

ſunt: q: vt dicit greg. quātū credis tm̄ ſperas
quātū credis ⁊ ſperas: tm̄ diligis: quātū cre-
dis ſperas ⁊ diligis: tm̄ operaris. In hoc q̄-
dem templo altare eſt cor noſtrū ſup qḋ alta
re tria debent deo offerri. Primuʒ eſt ignis
dilectionis perpetue. Leuiti. vi. Ignis ſcʒ di
lectionis erit ppetuus ⁊ nūꝙ̄ deficiet in alta
ri ſcʒ cordis. ſcōm eſt incenſum oratōis odo
riferē. i. paralip. vi. Aaron ⁊ filij eius adole-
bunt incēſum ſup altare holocauſtomatis ⁊
thimiamatiſ. Tertiū eſt ſacrificiū iuſticie qḋ
ſacrificiū cōſiſtit in oblatione penitentie ⁊ in
holocauſto dilectiōis perfecte ⁊ in vitulo car
nis mortificate. De his p̄s. Tūc acceptabis
ſacrificiū iuſticie oblatiōes ⁊ holocauſta tūc
imponēt ſuper altare tuū vitulos. Templuʒ
aūt ſpirituale qḋ ſumus nos ad ſimilitudinē
tēpli materialis cōſecratur. Primo eñ ſum
mus pontifex ſcʒ xp̄s hoſtiū cordis clauſum
inueniēs ter circūit dū peccatū oris cordis ⁊
operis ad memoriā eius reducit. de hoc tri-
plici circūitu dicitur Eſaie. xxiij. Sume cy-
tharam quo ad primum: circui ciuitatē cor-
dis ſcʒ quo ad ſcōm: meretrix obliuioni tra-
dita quo ad tertiū. Scdo ipſum hoſtium cor
dis clauſum ter pcutit: vt ſibi aperiat᷑. pcutit
eñ ipſum cor ictu beneficij conſilij ⁊ flagelli
De qua triplici percuſſione dicitur Prouer
bio. i. q̄tū ad malos. Extendi manuʒ meam
⁊c. hoc quātū ad collata bñficia. Deſpexiſtis
omne ꝯſiliū meū hoc q̄tū ad inſpirata ꝯſilia
Et increpatiōes meas neglexiſtis: hoc quā
tum ad illata flagella. Uel ter percutit dum
rōnalē mouet ad peccati cognitionē: cōcupi
ſcibilē ad dolorē: iraſcibileʒ ad peccati vindi
ctā ⁊ deteſtationē. Tertio ipʒ tēplū ſpiritua
le ter aqua intus ⁊ extra dʒ irrigari. hec aūt
trina irrigatio eſt trina lachrymarū interio-
rum vel aliquādo exterioruʒ effuſio. Mens
eñ ſancti viri vt dicit Gregorius dolore effi
citur ꝯſiderādo vbi fuit: vbi erit: vbi eſt: ⁊ vbi
nō eſt. Ubi fuit inquit in peccato: vbi erit in
iudicio: vbi eſt in miſeria vbi nō eſt in gloria
Qñ ergo iteriores vł exteriores lachrymas
fundit ꝯſiderādo.ſ. quia fuit in peccato ⁊ de
ipſo rationem reddet in iudicio: tūc iſtud tē-
plū iam ſemel aqua aſpergitur. qñ autē pro

…ria in qua eſt ad fletum cōpungit̄:tunc
ſecūdo aqua irrigatur:qñ ꝓ gloꝛia in q̄ non
eſt lachꝛymas fundit:tūc tertiā aquā aſper-
git. Huic aūt aque admiſcent vinū ſal ⁊ cine
res:q꞉ cū his lachꝛymis debem⁹ habere vi-
num ſpūalis exultatiōis:ſal mature diſcre-
tionis:⁊ cineres ꝓfunde humiliatiōis. Uel
per vinū limphatū intelligit̄ humilitas xpi
quā habuit ī carnis ſuſceptiōe. Uinū em̄ lim
phatū eſt verbū humanatū.ꝑ ſal intelligitur
ſanctitas ſue vite:que eſt oībus cōdimentū
religiōis. Per cinerē intelligit̄ eius paſſio.
His igit̄ tribus coꝛ noſtrū debem⁹ aſꝑgere
ſcʒ beneficio incarnationis ꝑ qđ ꝓuocemur
ad humilitatē:exemplo ſue cōuerſationis ꝑ
qđ infoꝛmemur ad ſanctitatem:⁊ memoꝛie
paſſiōis ꝑ qđ incitemur ad charitatē. Quar
to ſcribit in hoc templo coꝛdis ſpūale alpha
betū ſiue ſpūalis ſcriptura. Hec aūt ſcriptu
ra q̄ ibi ſcribit̄ triplex eſt.ſ.dictamina faciē-
doꝝ:teſtimonia diuinoꝝ bñficioꝝ:accuſa
tio ꝓpꝛioꝝ delictoꝝ. De his tribus. Roma.
ij. Cū em̄ gētes q̄ legē nō habēt naturaliter
ea q̄ legis ſunt eiuſmodi legē nō habētes:ip
ſi ſibi ſunt lex qui oſtendunt opus legis ſcri
ptum in coꝛdibus ſuis. Ecce pꝛimū teſtimo-
niū reddente illis ꝯſciētia ipoꝝ. Ecce ſcđm
Et inter ſe inuicē cogitationū accuſantium
vel etiā defendētiū. Ecce tertiū. Quinto dñr
pingi cruces.i.aſſumi penitētie auſteritates
qui quidē debēt inungi ⁊ igne illuſtrari:quia
non ſolum ferēde ſunt patienter ſʒ etiā libē
ter:qđ ſignificat̄ ꝑ vnctionē:⁊ ardēter qđ ſi-
gnificat̄ ꝑ ignē vñ Berñ. Qui moꝛat̄ ī timo
re crucē xpi poꝛtat patienter.q̄ ꝓficit in ſpe
poꝛtat libēter:ſed q̄ conſumat̄ in charitate
amplectitur iam ardēter. Itē multi vident
cruces noſtras ſʒ nō vidēt vnctiōes noſtras
Qui ergo in ſe hec habebit vere templū ad
honoꝛē dei dedicatū erit:dignus plane in q̄
xp̄s habitet per gratiā vt tandē in eo habita
re dignetur per gloꝛiam:quod ipſe nobis ꝓ-
ſtare dignetur qui viuit ⁊ regnat deus ꝑ oīa
ſecula ſeculoꝛum amen

¶ Explicit legenda aurea ſiue lombardica
hyſtoꝛia iacobi de voꝛagine oꝛdinis p̄dicato
rum epiſcopi ianuenſis.

¶ Sequuntur quedam legende a quibuſdā
alijs ſuperaddite. Et pꝛimo de decem mili-
bus martyꝛum. clxxviij.

PAſſio ⁊ memoꝛia decē
milium martyꝛū veneraꝛ ⁊ colit̄
x.kaleñ.iulij.qui omnes vna die
ꝓ xp̄i noīe paſſi ſunt ſub adria-
no imperatoꝛe alijſq꜄ ſex regibus qui ei ve-
nerunt in adiutoꝛium. Hi ſancti martyꝛes
dum ab imperatoꝛe ad ſacrificādum idolis
cōpellerent̄ dixerunt. Sacrificiū viuū ⁊ im
maculatū offerim⁹ noſmetipſos dño noſtro
ieſu xp̄o:qui ꝓ humano genere naſci digna
tus eſt:⁊ deſcendere de celis multis malis
affligi:⁊ ad vltimū voluit etiā ꝓ nobis cruci
figi:quē tu miſer ignoꝛas. Tūc iratus impe
ratoꝛ iuſſit eos diu toꝛqueri ⁊ ad vltimū cru
cifigi. Et oīa toꝛmēta q̄ paſſus eſt dñs no-
ſter iheſus xp̄us foꝛti aīo ⁊ fide firmiſſima
ꝓ domino ſuſtinuerūt. Locus igitur vbi paſſi
ſunt beati martyꝛes mons eſt magnus ⁊ vo
catur ararat:⁊ diſtat ab alexandria ciuitate
quingentis quaſi ſtadijs. A q̄bus autē paſſi
ſunt fuerūt exercit⁹ regū q̄ illi venerāt in ad
iutoꝛiū triginta milia. Hoꝛa vero ſexta illi⁹
diei:terremot⁹ fact⁹ eſt magn⁹: petre ſciſſe
ſunt ſol obſcurat⁹ eſt:⁊ oīa ſigna q̄ in paſſio
ne dñi viſa fuerūt etiaʒ ibi viſa ſunt:tūc ſan
cti martyꝛes fundētes oꝛōneʒ ad dñm dixe
runt. Dñe deus memento noſtri in hoc pati
bulo crucis:⁊ ſuſcipe petitionē noſtrā et ea
que a te expoſcimus nobis cōcedere digne-
ris:vt quicūq꜄ memoꝛiaʒ noſtri coꝛde ⁊ oꝛe
cū ieiunio ⁊ deuotiōe celebꝛauerint mereāt̄
a te aſſeq̄ fructuoſaʒ mercedē tribuēdo eis
ſanitatē coꝛpoꝛuʒ medicamen aīe ⁊ in domi
bus eoꝝ intus ⁊ foꝛis honoꝝ oīum vberta
tem concede. Et ſi in pꝛelio fuerint:non eis
nocere pꝛeualeant inimici viſibiles ⁊ inuiſi-
biles:te pꝛo eis pugnāte:ſed ſicut placet tibi
armis tuis eos pꝛotege Dieſq꜄ vnus ieiunij
noſtre paſſionis vnū penitentialē annū com
pl[e]eat obſeruātibus ſe deuoto coꝛde. Et h[o]
dñatoꝛ dñe a te poſcimus:diſſipa oēm occu
pationē ⁊ omnem immundū ſpiritū oēmq꜄
infirmitatē eoꝝ expelle:q꞉ glorioſum et.



laudabile eſt nomē tuū ꝑ oīa ſecula ſeculoꝝ
Et reſpōdētibus oībus amen facta eſt vox
de celo dicēs. Que petiſtis dilectiſſimi mei
ſcitote vos impetraſſe. Gaudete ergo ⁊ letami
ni:q꞉ oꝛationes veſtre coꝛā xp̄o ⁊ immoꝛta-
li rege veraciter ſunt exaudite Et his dictis
in confeſſione emiſerāt ſpūm veraciter per
cepturi pꝛemia regni celoꝝ. Amen.
¶ Dñica in ramiſpalmarū. clxxix. A

HOdie ſācta mater ec
cleſia duas ꝓceſſiones ſolemni
ter recolit Pꝛima fuit qua iu-
dei a mōte oliueti vſq꜄ in hieru
ſalem cū ramis palmarū ⁊ oliuarū ⁊ cū ma-
gnis canticis ipſum aſſociauerunt. Et iſta
ꝓceſſio fuit magne reuerētie ⁊ honoꝛis. Et
hanc repñtat eccleſia in hodierno euāgelio.
Secūda ꝓceſſio fuit qua iudei xp̄m a hieru
ſalem in montē caluarie cauſa magnis op-
pꝛobꝛijs ⁊ irriſionibus deduxerūt:⁊ iſta fuit
ignominie magne ⁊ doloꝛis:⁊ hanc repñtat
eccleſia in euāgelio paſſiōis hodierno. Cir-
ca pꝛimā ꝓceſſionem quattuoꝛ ſunt vidēda
Pꝛimo a quib⁹ iſta ꝓceſſio ſit facta:q꞉ non
eſt facta a magnis aut diuitib⁹ ſʒ a pueris ⁊
pauperib⁹. Uñ dr̄ ī euāgelio hodierno. Plu
rima aūt turba ſtrauerūt veſtimenta in via
Quādo em̄ pueri ⁊ pauperes xp̄ʒ ꝓceſſiona
liter deducebāt pharíſei ⁊ pꝛīcipes xp̄i moꝛ
tē tractabāt. Simplices ei ⁊ pauꝑes xp̄o ad
herebāt:vñ xp̄s de oībus diuitib⁹ vnū ſoluʒ
ſcʒ zacheū habuit amicū. vñ luce.xix. xp̄s de
oībus potētib⁹ vnū ſolū.ſ.cēturionē habuit
vñ math.viij. De oīb⁹ ſapiētib⁹ vnū ſolū.ſ.ni
chodemū habuit. Ioh.iij. vñ.i. coꝛith.i. vide
te vocationē veſtrā frēs q꞉ nō multi ſapien-
tes ſʒ carnē:nō multi potētes:nō multi no
biles:ſed qui ſtulti ſunt mundi elegit dñs vt
cōfundat ſapiētes. Secūdo videndū eſt q̄re
triſtis vadens ad moꝛtē tantū honoꝛē reci-
pere voluit cū alias honoꝛes ⁊ regnū reſpu
it:vt dicit̄ Iohā.vi. Hic dicendū q꞉ xp̄s hoc
ideo fecit:q꞉ ille qui conſtitutus eſt honoꝛi-
bus magnis debet habere moꝛtis memoꝛi
am vt nō ſuperbiat. Si aūt quis habet ma-
gnas diuitias cogitet q꞉ vadit ad moꝛtē ⁊ q꞉
